This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

KF
16987
NEDL TRANSFER
HN 4RJD H

Digitized by Google

KF 16987

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

T. LIVII PATAVINI
HISTORIARUM
AB URBE CONDITA
LIBRI, QUI SUPERSUNT, OMNES,

CUM NOTIS INTEGRIS

LAUR. VALLAE, M. ANT. SABELLICI, BEATI RHENANI, SIGISM. GELENII, HENR. LORITI GLAREANI, CAR. SIGONII, FULVII URSINI, FRANC. SANCTII, J. FR. GRONOVII, TAN. FABRI, HENR. VALESII, JAC. PERIZONII, JAC. GRONOVII;

EXCERPTIS

PETR. NANNII, JUSTI LIPSII, FR. MODII, JANI GRUTERI;

NEC NON INEDITIS

JANI GEBHARDI, CAR. AND. DUKERI,

ET ALIORUM:

CURANTE

ARN. DRAKENBORCH,

QUI ET SUAS ADNOTATIONES ADJECIT.

ACCEDUNT

SUPPLEMENTA DEPERDITORUM T. LIVII LIBRORUM

A JO. FREINSHEMIO CONCINNATA.

EDITIO NOVA AUCTIOR ET EMENDATIOR.

TOMUS SEXTUS.

STUTGARDIAE,

EX TYPOGRAPHIA SOCIETATIS WUERTEMBERGICAE.

LIPSIAE IN COMMISSIS APUD C. H. F. HARTMANNUM.

MDCCCXXIII.

Digitized by Google

Digitized by Google

T. LIVII PATAVINI
HISTORIARUM
AB URBE CONDITA
LIBRI, QUI SUPERSUNT, OMNES,

CUM NOTIS INTEGRIS

LAUR. VALLAE, M. ANT. SABELLICI, BEATI RHENANI, SIGISM. GELENII, HENR. LORITI GLAREANI, CAR. SIGONII, FULVII URSINI, FRANC. SANCTII, J. FR. GRONOVII, TAN. FABRI, HENR. VALESII, JAC. PERIZONII, JAC. GRONOVII;

EXCERPTIS

PETR. NANNII, JUSTI LIPSII, FR. MODII, JANI GRUTERI;

NEC NON INEDITIS

JANI GEBHARDI, CAR. AND. DUKERI,

ET ALIORUM:

CURANTE

ARN. DRAKENBORCH,

QUI ET SUAS ADNOTATIONES ADJECIT.

ACCEDUNT

SUPPLEMENTA DEPERDITORUM T. LIVII LIBRORUM

A JO. FREINSHEMIO CONCINNATA.

EDITIO NOVA AUCTIOR ET EMENDATIOR.

TOMUS SEXTUS. PARS PRIOR.

STUTGARDIAE,

EX TYPOGRAPHIA SOCIETATIS WUERTEMBERGICAE.

LIPSIAE IN COMMISSIS APUD C. H. F. HARTMANNUM.

MDCCCXXIII.

Digitized by Google

-1185

~~Lit. Gen. 1871~~

KF16987

1894, Feb. 1.

Transferred from
Harvard College Library
to
Harvard University
Library

HARVARD
UNIVERSITY
LIBRARY

Digitized by Google

SUPPLEMENTORUM

LIVIANORUM

LIBRI DECEM,

AB UNDECIMO AD VIGESIMUM PRIMUM,

AUCTORE

JOANNE FREINSHEMIO.

Digitized by Google

Digitized by Google

T. LIVII PATAVINI

HISTORIARUM

AB URBE CONDITA

LIBRI.

EPITOME LIBRI UNDECIMI.

Quum Fabius Gurges consul male adversus Samnites pugnasset, et senatus de removendo eo ab exercitu ageret, Fabius Maximus pater, deprecatus hanc filii ignominiam, eo maxime senatum movit, quod iturum se filio legatum pollicitus est, idque praestitit. ejus consiliis et opera filius consul adjutus,

Quum Fabius Gurges consul male adversum Samnites pugnasset] Vox *consul* abest a Boend. Deinde *adversus Samnites* legunt Voss. Leid. Berg. et Lovel. V. infra ad Epit. Liv. 47. Mox vocem *eo* non agnoscit Hearnii N.

Fabius Maximus pater] Valerius c. 8. l. 1. et c. 1. l. 4. Sed praecipue videndus Zonaras tomo 11. p. 41. et seq. [l. 8, 1.] J. FR. GRON.

Deprecatus hanc sibi ignominiam] MS. cod. *hanc filii ignominiam*. DELRIUS. *timens hanc filii ignominiam* Leid. *deprecatus hanc filii ignominiam* Voss. Berg. Boend. Lovel. Hearnii N. Exc. Pithoei, Norvic. et primae edd. Frobenius demum anno 1535. lectionem, quae nunc circumfertur, substituit; ad quod nullam aliam caussam habuisse videtur, quam quod mox *filio*, et deinde *filius* sequatur. Orosius 3, 22. *Pater ejus Fabius Maximus, ignominiam filii deprecatus, legatum se filio iturum ultro obtulit.* Mox *cum iturum se filio legatum* Lovel. *quod iturum se legatum filio* Berg. *quod iterum*

Digitized by Google

caesis Samnitibus, triumphavit. C. Pontium, imperatorem Samnitium, ductum in triumpho securi percussit. Quum civitas pestilentia laboraret, missi legati, ut Aesculapii signum Romam ab Epidauro transferrent, anguem, qui se in navem eorum contulerat, in quo ipsum numen esse constabat, deportavere: eoque in insulam Tiberis egresso, eodem loco

se filio legatum Exc. Pithoei cum vett. edd. *quod interim se filio legatum* Hearnii N.

Atque ejus consiliis et opera filius consul adjutus] Ita edidit J. Clericus, secutus ed. Doujatii, qui iterum expressit ed. Freinshemii. Et hoc etiam superest in excusis usque ad Gruterum, qui in postrema ed. *τὸ atque* ejecit, quam vocem etiam omittunt Voss. Leid. Berg. Boend. et Lovel. Unum tantum Norvic. laudat Hearnius, qui vetustioribus excusis adsentiatur. Ego, codices secutus, *τὸ atque* iterum ejeci. Praeterea *ejusque consiliis* Boend. et *filius consul adjutus est* Berg. sed ultimae voci additae erant notae, eam delendam esse indicantes. Vox *consul* exsulat a Leid. eadem cum praecedenti *filius* a Boend. In verbis sequentibus *ductum in triumphum* praefert Leid.

Quum civitas pestilentia laboraret, missis legatis, ut Aesculapii] *Quum pestilentia civitas laboraret* Berg. et Lovel. Deinde *missi legati* Leid. et Berg. quod verum esse, et sensus aperte requirere videtur, ut cohaereat oratio *missi legati deportavere*. in contextum itaque recepi. Mox *in navem illorum*, pro *eorum*, Berg. quae vox omittitur in Leid. ut etiam *esse* in Berg. a m. 1. Deinde *deportaverunt* Voss. Leid. Berg. Boend. et Lovel.

Eoque in insulam Tiberis egresso, eodem loco sedes Aesculapii constituta est] Castiga ex fide vet. lib. *aedes Aesculapio consecrata est*. Nam Festus etiam l. 9. inquit [in v. *In insula*] *Aesculapio facta aedes fuit, quod aegroti a medicis aqua maxime sustententur*. Et Valerius 1, [8, 2.] *At in ripam Tiberis egressis legatis, in insulam, ubi templum dicatum est, transnavit*. SIG. MS. codex *constituta est*. DELRIUS. Voces *aedes* et *sedes* saepe permutari, praeter multos alios, etiam interpretes juris civilis ad princ. Instit. de Milit. Testam. adnotarunt. Hic, *sedes Aesculapio consecrata est*, potest notare, aedes consecrata est Aesculapio, quae ei perpetua sedes esset. Liv. 5, 22, 7. *In Aventinum aeternam sedem suam* etc. *perlatam, ubi templum ei postea idem, qui voverat, Camillus dedicavit*. Curtius 4, 7, 16. *Tandem ad sedem consecratam Deo ventum est*. Hoc loco tamen non displicet *aedes*, eo quod puto scriptores Latinos in simplici et historica narratione hujusmodi rei magis dicere *vovere*, *facere*, *dedicare*, *consecrare aedem*, vel *templum* alicui Deo, quam *sedem*. DUK. *eoque insula Tiberis egresso* Berg. Tum *aedes Aesculapii* Leid. *aedes Aesculapio* Voss. Berg. et Hearnii N. *Aesculapio aedes* Lovel. et Boend. Vulgatum *sedes* defendi

Digitized by Google

aedqs Aesculapio consecrata est. L. Postumius consularis, quoniam, quum exercitui praeesset, opera militum in agro suo usus erat, damnatus est. Cum Samnitibus pacem petentibus foedus quarto renovatum est. Curius Dentatus consul, Samnitibus caesis, et Sabinis, qui rebellaverant; victis; et in deditionem acceptis, bis in eodem magistratu trium-

potest illis, quae notantur ad Livii 1, 55, 4. et 5, 39, 12. utrumque etiam ferri potest *Aesculapii*, et *Aesculapio*. V. ad 5, 27, 7. Hic itaque codices sequi malui. Solent autem *aedes* et *sedes* passim in Mstis commutari. V. quae ad primum locum Livii notavimus, ut et ad 5, 42, 1. Adde ad 10, 9, 13. et Cel. Burm. ad Quinctil. 4. Instit. Orat. 2. p. 319. Praeterea *consecrata est* Berg. at id, quod ante Sigonium exstitit, servant Leid. Voss. Lovel. Boend. Hearnii Norvic. et Exc. Pithoei. Sigonii emendationem probavit Schottus ad Aurel. Vict. de Vir. Inl. 22. eamdem etiam servavit Gronov. Miror itaque, Clericum, qui sollemniter promiserat, se operam daturum, ut Livius ad J. Fr. Gronovii mentem quam accuratissime ederetur, in epitomis tamen librorum deperditorum vel Doujatium vel Freinshem. secutum esse, et hic *constituta est* edidisse.

Quoniam, quum exercitui praeesset, opera militum in agro suo usus erat] *quoniam* etc. *usus esset* Lovel. Boend. Norvic. et edd. antiquae ac recentiores, usque dum Gruterus anno 1628. *usus erat* restitueret, quod est in Voss. Leid. ac Berg. Posteriorem hanc lectionem Gronov. recepit. Verum Clericus cum Freinshem. ac Doujat. alteram. Insuper *qui quandoque* Leid. Sed praestat vulgatum. Paullo ante Postumii praenomen deest in Hearnii N. *consul* autem, pro *consularis*, legit Boend. Utraque lectio defendi potest. Militum enim opera in agro suo usus est, quum consul esset, et quidem priusquam adhuc paludatus ex urbe profectus foret: at die dicta damnatus est, quum consularis esset. V. Fragm. Dionys. Halic. in Exc. Peiresc. p. 531. et seqq. Verum, quum a vulgato stent plures codd. ei etiam adhaereo.

Cum Samnitibus pacem petentibus foedus quarto renovatum est] Duae priores voces non adparent in Voss. Berg. et Lovel. sed *pacem petentibus hostibus* praefert Leid. *pacem petentibus Samnitibus* Boend. *Samnitibus pacem petentibus* Norv. et edd. vett. usque ad Mogunt. quae prima dedit *Cum Samnitibus*. Mox *bellaverant*, pro *rebellaverant*, Boend. frequenti scribarum errore. V. ad 40, 38, 5. *rebellaverunt* Berg. Vox autem *bis* exsulat a Leid.

Coloniae deductae sunt, Castrum, Sena, Adria] De *Sena* per hos annos in agro Gallorum deducta Polybius libro secundo. SIG. *Castrum* non hoc tempore, sed *initio primi belli Punici* coloniam deductam esse, testatur Vellej. Paterc. 1, 14. *Hadria* au-

Digitized by Google

phavit. Coloniae deductae sunt, Castrum, Sena, Hadria. Triumviri capitales tunc primum creati sunt. Censu acto, lustrum conditum est. censa sunt civium capita ducenta septuaginta duo millia.

tem est in Leid. et edd. Rom. anni 1472. ac Parm. V. infra ad Livii 24, 10, 10.

Triumviri capitales tunc primum creati sunt] V. Varronem de L. L. l. 4. [p. 22.] Ante duumviri erant, in causa Horatii Trigemini primum constituti, post in Manlii Capitolini. Livius 6, 20. H. VALES. Nihil omnino certi de anno, quo primum creati sunt, constitui posse, existimat Pighius in Annal. ad ann. CDLXIV. p. 405. quia Pomponius l. 2. §. 30. D. de Or. Jur. triumviros hos post praetorem peregrinum creatos esse memorat. Sed, quum id chronologiae adversari videatur, vide, qua ratione JCtum excuset Rupert. in Encheir. c. 16. Ceterum *Triumviri. N. capitales tum primum creati sunt* Boend. *tum primum creati*, omissa voce sequenti, Lovel.

Censu acto, lustrum conditum est] Ita edidit Gruterus anno 1628. eamque lectionem Gronovii servarunt. Neque aliter erat in Berg. Antea edebatur, *Census actus est, lustrum conditum*, quod exemplo Freinshem. et Doujatii revocavit Clericus. Verum ita in nullo codicum exstitit, nisi in perpetuo editionum adsecla Norvic. Contra *Census actus est, lustrum conditum est* praefert Leid. *Census actus, lustrum conditum est* Boend. *Censuatio lustrum conditum est* Voss. *Censu acto lustrum conditum* Lov.

Censa sunt civium capita ducenta septuaginta tria millia] Vet. lib. *CCLXXII.* DELR. Ita et Leid. Berg. Lov. Boend. Hearnii N. Norv. Exc. Pithoei, et edd. vetustissimae. *ducenta septuaginta millia* Voss. Codices numero plures sequi tutius putavi.

Propter aes alienum et graves et longas seditiones] Vet. lib. *post graves et longas seditiones.* Nam Augustinus etiam l. 3, 17. de Civitate Dei ita loquitur: *Post graves et longas Romanas seditiones ad ultimum plebs in Janiculum hostili diremptione secessit.* SIG. Sigonium, codicis sui lectionem adoptantem, quum alii, tum etiam Gronovii secuti sunt. Clericus vero post Freinshem. et Doujat. priorem, quae ante Sigonium exstitit, recepit. Sigonio consentit Hearnii N. Verum *propter aes alienum, et longas seditiones*, duabus mediis vocibus omissis, exhibet Leid. *propter aes alienum, propter graves et ultimas seditiones* Berg. *propter aes alienum, propter longas et graves seditiones* Voss. *propter aes alienum, propter graves et longas seditiones* Lov. *propter aes alienum, et propter graves et longas seditiones* Boend. Mox *ad Janiculum*, pro *in Janiculum*, Boend. Supra Epit. 2. *Quum propter nexos ob aes alienum Sacrum in montem secessisset.*

Unde a Q. Hortensio dictatore deducta est] De hoc dictatore sic Plinius 16, 10. *Q. Hortensius dictator, cum plebes secessisset in Janiculum, legem*

Digitized by Google

Plebs propter aes alienum, post graves et longas seditiones, ad ultimum secessit in Janiculum: unde a Q. Hortensio dictatore deducta est, isque in ipso magistratu decessit. Res praeterea contra Volsini-

in Esculeto tulit, ut, quod ea tulisset, omnes Quirites teneret. Idem scribit Gellius 15, 27. Idem est in 1. Instit. Justiniani [tit. 2, 4.] Hac de re supra dixi in l. 8. SIG. Forte *reducta est.* J. FR. GRON. De lege Hortensia multa habent interpretes Institut. ad §. 4. de Jur. Nat. Gent. et Civ. et alii ad l. 2. §. 8. D. de Or. Jur. nec non, qui de Legibus Romanis scripserunt. Marcilius ad d. §. Instit. reprehendit Justinianum, qui plebiscita, *lege Hortensia lata*, non minus valere coepisse, quam leges, auctor est. Nam melius dicturum fuisse ait, *primum lege Horatia, deinde Hortensia, postremo autem etiam lege Publilia.* Sed, Justinianum et, quem hic sequitur, Pompon. d. l. 2. §. 8. de Or. Jur. sine reprehensione solius legis Hortensiae mentionem fecisse, dudum ostenderunt viri doctissimi. Arrogantissimus censor autem, in quo alium accusat, ipse culpa non vacat, ac turpiter errat. Nam lex Publilia, de qua Livius 8, 12. prior fuit lege Hortensia: illa enim A. V. CCCCXIV. haec A. V. CCCCLXIV. lata est. In eodem luto haeret Vinnius ad Instit. l. d. merito ibi ob id notatus a Cel. Heineccio. DUK. De lege Hortensia, ut et Horatia ac Publilia de eadem re latis, v. ad 8, 12, 14. Ceterum *abducta est* Voss. Sed placet Gronovii *reducta est*, nimirum in urbem. Solent autem saepe *deducere* et *reducere* commutari. V. ad 6, 26, 8.

Contra Volsinienses] *Vulsinienses* lapides Capitolini. SIG. *Volsinenses* Berg. *Volinenses* Boend. *Vulsinenses* Voss. *Vulscinentes* Leid. V. ad 5, 31, 5. Sequens vocabulum *gestas* exsulat a Voss.

Contra quos auxilium Tyrrhenis ferre placuerat] Meminit Plinius ejus rei 34, 6. *Publice autem ab exteris posita est*, inquit, *Romae C. Aelio tribuno plebis, lege perlata in Stennium Statilium Lucanum, qui Thurinos bis infestaverat. Ob id Aelium Thurini statua et corona aurea donaverunt. Iidem postea Fabricium donavere statua, liberati obsidione.* Hic autem Plinii locus vitium nobis ostendit, librariorum culpa natum, in Liviana Epitome. Nemo non enim nunc facile intelligit, pro *Tyrrhenis* (cum hoc vocabulum pro Etruscis sive Tuscis populis in usu potius fuerit olim apud Graecos magis, quam apud Latinos, vel Romanos scriptores historicos) eo loco *Thurinis* reponendum esse. PIGHIUS in Annal. ad ann. CDLXIII. p. 404. En quid hoc monstri? Romani auxilium tulere Tyrrhenis, id est Etruscis, contra Lucanos? at unde his tam subito tanta potentia, uti ab extrema Italiae ora per tot gentes, et, quod omnium maximum, per ipsum Romanum imperium Etruscos bello petierint? Nugae sunt, et mendum exscriptoris satis immane: qui, quum Volsiniensium Etruscorum nomen heic legeret, nec satis perciperet vocabulum genuinum *Thurinis*,

Digitized by Google

enses gestas continet: item adversus Lucanos, contra quos auxilium Thurinis ferre placuerat.

correxit id, seu corrupit potius, in *Tyrrhenis*. quo vocabulo nusquam hactenus ipse usus est Livius, nisi ubi l. 5, [33, 8.] ait, Tuscum mare Graecis dici *Tyrrhenum*. CLUVER. 4. Ital. ant. 14. p. 1264. Idem apparet ex Valerio Max. 1, 8, 6. ubi de Fabricio. Meminit etiam Dionys. Hal. in Excerptis Legat. [p. 306.] H. VALES. *Turnis* Boend. *Tyrhenis* Hearnii N. *Turinis* Berg. quare in contextum *Thurinis* recepi. Praeterea *placuit* contra fidem omnium codd. edidit Freinshem. quem inprovide Doujatius et Clericus secuti sunt.

Digitized by Google

JOHANNIS FREINSHEMII

SUPPLEMENTORUM LIVIANORUM LIBER I.

IN LOCUM LIBRI XI. T. LIVII.

I. Fractae jam multis proeliis Samnitium opes erant: neque dubium habebatur, quin bello finis imponi posset, si perculso et debilitato hosti quam minimum ad confirmandos animos spatii relinqueretur. Igitur Q. Fabius consul ardens juventa, et confecti belli gloriam sibi comparare certus, delectu haud segniter acto, protinus in Campaniam cum exercitu profectus est. Samnites enim, dura gens, et ad desperationem potius quam timorem tot cladibus acta, quod superioris anni consules ad triumphum suum legiones deduxerant, occasione temporum usi, non poenitendas copias ex reliquiis priorum pugnarum et novis delectibus coëgerant: et, quoniam pestilentia Romanos urgeri sciebant, praeterea consules, nec experientia bellorum, nec auctoritate magnopere metuendos, eum in annum factos esse audiverant; in spem erecti, Campanos semper spretos, tum autem, ut auctores periculorum malorumque suorum, invisiores, populationibus et vastatione agrorum lacessebant.

U. c. 461. Q. Fabio, D. Junio coss.

Samnites bellum renovant.

Campanos vastant.

II. Erat in duce Romano par dignitati Fabiae domus animus: sed contemtus toties a suis victae gentis, et rei gerendae cupiditas, consilium eripuerant. raptim ad hostes exercitu ducto, quum praemissos ab imperatore Samnitium speculatores vidisset, qui conspecto Romanorum agmine se recipiebant ad suos, universam hostium multitudinem fugere arbitratus, non locorum, non hominum explorato habitu, tamquam omnis victoriae spes in celeritate posita esset, quanta maxima festinatione poterat, signa inferri jussit. Apud Samnites a suis praemonitos omnia circumspectius acta sunt: praecipi opportuna loca, strui acies, alloquiis ducum accendi militis animi potuerunt. Igitur eventus proe-

Cap. I. Zonaras tom. 2. Liv. 7, 31. Zonaras.

Digitized by Google

U. c. 461. lii, qualis esse debuit, fuit. Fessos ex itinere et cursu, turbatis ordinibus, tamquam ad praedam magis quam pugnam venientes, instructus paratusque miles haud magno negotio pepulit: Fabius, desideratis suorum millibus tribus, majore etiam numero sauciorum, quo minus omnem exercitum amitteret, superventu noctis defensus est.

Q. Fabius a Samnitibus vincitur.

III. Tum loco paulo aequiore capto, quantum in illa trepidatione fieri potuit, castra communita sunt. in quibus haud multo melior, quam in ipsa acie, aut facies rerum, aut fiducia animorum fuit. non requies fessis, non cibus esurientibus, non fomenta sauciis suppetebant: tantum cum armis egressi, prioribus in castris impedimenta omnia reliquerant. Igitur inter gemitus morientium et querelas superstitum tota nox exacta est, omnibus imminentem diem cum horrore ac desperatione, ut supremam, opperientibus. *Neque enim laboribus fessos, exhaustos vigiliis, vulneribus debiles, perculsos infelici proelio, numero etiam multum imminuto, resistere posse hostibus, quos incolumis adhuc, integris animis corporibusque, et optima spe incensus exercitus sustinere nequivisset.* Rebus conclamatis, uti solet, remedium ab hostis errore fuit. Ille, venientis alterius consulis fama perterritus, ne, si oppugnare castra Fabiana adortus esset, recentium copiarum adventu a tergo circumveniretur, rerum supra spem felicium successu contentus, motis castris iter alio convertit. Digressis hostibus, Romani quoque ad tutiora loca se receperunt.

Remedium ab hostis errore.

IV. Postquam ista Romam adlata sunt, magis ignominia, quam accepto detrimento, mota civitas molestissime tulit, temeritate consulis effectum, ut bellum, quo diuturnius nullum fuerat, quum jam in exitu esset, nova spe repletis Samnitium animis, formidabilius iterum, quam a longo tempore fuisset, renasceretur. Neque tribuni modo plebis, quorum hae propriae artes erant, frequentibus ad populum concionibus invidia et odio cuncta repleverant: verum etiam apud Patres agitata re atroces sententiae dicebantur. factumque senatusconsultum est, quo *certum ante diem Fabius consul ad dicendam Romae caussam adesse* jubebatur. Venientem magna vis accusatorum adorta est: neque defendi factum quibat, et, quod unum ma-

Fabius accusatur.

Cap. II. Eutrop. l. 2. Suidas in *Φάβιος Μάξιμος*. Zonaras. Cap. IV. Liv. Epit. 11. Dio apud Valesium.

Digitized by Google

xime prodesse debebat reo, Fabii senis gratia in contrarium verterat. Minus enim ignoscendum ei putabant, qui, a praestantissimo viro genitus, et inter paternos triumphos educatus, non modo Romanum nomen, sed suae quoque familiae laudes, et partas a majoribus victorias, per tantam imprudentiam accepta clade foedavisset. U. c. 461.

V. Exculcerati animi, et defensionem paranti reo vix aequas aures praebituri, Fabii patris insigni pietate primum, mox etiam oratione leniti sunt. Is enim veritus, ne propter rem male gestam filius ab exercitu removeretur, ab ipsa quidem culpa purganda penitus abstinuit: sed sua et majorum merita modeste commemorans, *tam acerbam sibi jam seni, tam ignominiosam genti Fabiae notam* deprecabatur. *Neque tamen se postulare, ut ceteris tot Fabiis, qui ab ipsis prope urbis primordiis Romanam rem virtute consilioque auxissent; ut trecentis etiam illis, qui rempublicam sua et tantum non universi nominis Fabii internecione texissent, error unius condonetur; si immedicabilis ille sit, majusque commodum ex poena filii sui, quam incolumitate, proventurum esse videatur: se enim charitatem patriae adfectibus aliis omnibus anteferre satis didicisse. Verum enimvero, quidquid in hoc adolescente metuendum fuit, transactum est: bona autem, quae mens illius indolesque, ac sub me non ineptissimo magistro, uti vobis visus sum, instituta et exercita virtus pollicentur, adhuc exspectari possunt, nisi spem istam, non quidem iniqua, sed tamen intempestiva severitate praecidimus. Multis initio rerum gerendarum impegisse, ad prudentiam et cautionem profuit: qui, erroris admoniti, mediocria saepe damna ingenti utilitate redemerunt.*

Fabii patris pietas et oratio.

Multis impegisse profuit.

VI. *Et nescio, an non ad fortunae potius invidiam, quam hominis cujusquam peccatum, referri verius sit, quod et reipublicae nostrae, et Fabiae gentis diuturna felicitas mediocri detrimento castigata est: quamquam benevolentia magis haec Deorum, quam invidia, vocanda sit, cujus beneficio adversus exitiabilem superbiam, quae res nimium secundas sequi solet, non tam damnosa civitati clade, quam ad documentum efficaci, conditionis humanae admonemur. Quidquid id est, Quirites, mihi certe sinistri aliquid praesagiebat animus, quum die comitiorum sollicite vobiscum agerem, ne filium meum consulem faceretis. Quum enim patrem meum, avum, proavum, alios majores meos saepissime, ad haec meipsum quinquies hoc ma-*

Fabius cum populo egit ne filium consulem faceret.

Cap. VI. Polyaen. Strateg. 8, 15. Val. Max. 4, 1, 5.

Digitized by Google

U. c. 461. *giſtratu functum eſſe cogitarem, incipiebam vereri, ut eadem in gente ſummos honores continuari, vel Dii, vel homines, animo ſatis aequo paterentur. Atque utinam vel iſto tempore preces meae valuiſſent; vel vobis beneficium veſtrum tueri placeret! ne, quod honoris cauſſa, me recuſante, tribuiſtis filio meo, inauditae hactenus ignominiae occasio utrique fieret; vosque temeritatis argueremini, quos, si priorem de Q. Fabio ſententiam alio judicio rescinditis, aut dediſſe imperium sine cauſſa, aut abrogaſſe, poſteri credent.*

VII. *At si mitiora decreveritis, et veſtra vobis auctoritas, et Fabiae gentis exiſtimatio ſalva erit, errorque juvenilis, uti cum aliquo reipublicae damno commiſſus eſt, ita majore cum ejus emolumento emendabitur. Sed quis ſpondere hoc ausit? Ego, Quirites, ego pro filio meo ſponſorem me reipublicae dabo: et, quod ſenatui populoque Romano, deinde noſtrae domui felix fauſtumque sit, conſuli legatus ibo, particeps futurus omnis fortunae, quam aut invenire dabitur, aut facere. Viget adhuc animus; neque, ut in hac aetate, virium corporis poenitet: poſſum perferre militiae labores, poſſum in acie ſtare, et, si nihil aliud, memoria veterum pugnarum terrere hoſtes, alacritatem augere noſtrorum; et, quod caput eſt, poſſum adoleſcentiam conſulis, quae ſola rerum ſecius geſtarum cauſſa eſt, regere conſilio, et aetatis praefervidae impetus ſenili cautione temperare. Niſi filii ingenium tenerem, eumque recte monenti morem eſſe geſturum conſiderem, nollem in fine prope vitae sine dedecore actae, poſt tot conſulatus ex ſententia mea veſtraque geſtos, poſt ingentes victorias et illuſtres triumphos, tot annorum laboribus periculisque partam belli domique gloriam, unius juvenis inconſultae temeritati corrumpendam permittere.*

Fabius offert se legatum filio.

VIII. Huic orationi nec ad movendos praesentium animos pondus, nec ad sponsionem melioris eventus fides defuit. Summo omnium consensu legatione decreta, rebus omnibus intentissima cura provisis, non minore favore speque profectus consul eſt, quam paulo ante conviciis et indignatione redierat. In itinere deinde et caſtris, nihil non ex disciplina veterisque imperatoris artibus curatum eſt: et socii, quos Q. Fabius pater multis beneficiis et virtutis admiratione devinxerat, ad omnia, quae imperabantur, praesto fuere. Milites etiam ipsi delendae ignominiae cupidi, confisique consiliis ejus ducis, sub quo eamdem illam gentem a se patribusque suis saepe fusam fuga-

Omnibus adsentientibus.

Cap. VII. Val. Max. 5, 7, 1. Cap. VIII. Dio apud Vales.

Digitized by Google

tamque meminerant, copiam cum hoste confligendi dari votis omnibus desiderabant. Neque minores a recenti victoria Samnitibus animi erant. ita quum hi partum decus retinere, illi recuperare amissum niterentur, summis utrimque viribus concursum est. U. c. 461.

IX. Et jam deteriore loco res Romana esse coeperat, consulemque ipsum dux hostium C. Pontius Herennius cum delecta manu circumveniebat: quum, animadverso filii periculo, Maximus in confertum Samnitium agmen admisso equo se intulit. Sequutus est equitum globus, supra solitam alacritatem pudore accensus, si tot florentissimi juvenes animis et robore a sene vincerentur. Hic impetus totius proelii fortunam traxit. sustinuere primum Romanae legiones hostem, equitatus audacia animatae, mox impulerunt: frustra obnitente Herennio, qui, omnibus boni et ducis et militis muneribus eo die functus, dum redintegrare ordines, retinere fugientes, obsistere ingruentibus tendit, neque inhibere fugam suorum potuit, et opportunitatem evadendi ipse amisit. Capta cum duce millia Samnitium quatuor: ad millia viginti proelium et fuga hauserunt. Etiam castra hostium in potestatem redacta sunt, cum ingenti praeda, quam statim agri hostium late vastati, passimque expugnata, aut dedita oppida luculenter auxerunt. Tanta rerum commutatio accessione unius hominis facta est, ut paulo ante victor exercitus a victo caederetur: et eum imperatorem, a quo fusus fugatusque consul fuerat, ipse nunc captivum abduceret, ingens populo Romano spectaculum, et ornamentum triumphi sui: quem anno sequente ad urbem reversus summa omnium voluntate impetravit.

Pugna cum Samnitibus.

Fabii semis virtus.

C. Pontius Herennius capitur.

X. Dum haec a Fabiis in Samnio administrantur, etiam alter consul, D. Brutus, cui Falisci provincia evenerat, prosperis rebus usus est. Quippe adjutus a Sp. Carvilio legato, (nam et Bruto legatum adjungi placuerat) viro bellorum et hostis gnaro, adversus quem superiore anno consul rem feliciter gesserat, et ceterae Etruriae partem non exiguam perpopulatus est, et Faliscos occurrere ausos proelio vicit. His rebus in urbem nunciatis, quum tempus comitiorum venisset, consulesque a rebus gerendis avocari parum e republica videretur, interregnum est initum. Inter-

D. Brutus consul Faliscos vincit.

Interregnum.

Cap. IX. Oros. 3, 22. Zonar. Eutrop. 2. Cap. X. Zonar.

Digitized by Google

U.c. 461. rex L. Postumius Megellus, comitiis, quae ipse habebat, consul declaratus est; nullo ad eam diem exemplo, praeterquam Ap. Claudii, quod bonus nemo probaverat.

U.c. 462. L. Post. Megello III. C. Jun. Bruto coss.

XI. Sed Postumius non minore arrogantia magistratum gessit, quam acceperat. Jam primum nobilitate generis, et tertio tum consulatu inepte ferox, collegam ejus anni C. Junium Brutum, plebejum hominem, ut se longe inferiorem, olim habebat despectui. Ut vero de provinciis agi coeptum est, neque comparare cum Bruto, neque sortiri voluit, *administrationem Samnitici belli extra ordinem* poscens, *tamquam sibi debitam*, quod *duobus prioribus consulatibus res sese magnas adversus eumdem illum hostem gessisse* diceret. Multis in senatu contentionibus jactato negotio, quum C. Junius se hominem novum adversus gratiam et potentiam collegae jus suum obtinere non posse videret, ad extremum, *ne discordia consulum bono publico fraudi esset*, *sponte je cedere* testatus est.

Postumius consul collegam spernit.

XII. Premebat adhuc urbem agrosque pertinax contagionis malum: quod tertium jam annum expertis omnia, neque divina ope ulla, neque humana pelli potuerat. Igitur sive Sibyllinis ex libris, sive Delphici oraculi admonitu (nam hoc quoque traditur) decem legati missi sunt, qui Aesculapium ab Epidauro, qua in urbe natus esse credebatur, Romam arcesserent. Quamquam enim perplexum satis responsum erat, neque providere eventum rei Patres poterant, obsequendum tamen Diis statuerunt; ipsos viam explicaturos esse rati, qua possent eorum fata procedere. Res inde mira dictu sequitur, sed multis fidisque auctoribus, ipsaque structura aedis, quae tum in Tiberis insula facta dedicataque est, compertae veritatis. Quum apud Epidaurios mandata legati Romani edidissent, excepti quidem benigne; sed, quia parum liquebat, quid concedi posset, ut ipsi deportarent, quidquid ex usu videretur, in templum Aesculapii deducti sunt.

Aesculapius Romam arcessitur.

XIII. Apud Graecos ferme locis apricis excelsisque numinis istius constitutae sedes sunt. Epidaurii quoque quinque millibus passuum ab urbe distans templum

Cap. X. Liv. 27, 6. Liv. 3, 35. Cap. XI. Dionysius apud Vales. Liv. 9, 44. et 10, 33. Suidas in *Πασόμιος*. Dionys. Cap. XII. Valer. Max. 1, 8, 2. Ovid. Metam. 15. Pausan. 2. Ovid. Val. Max. Cap. XIII. Plut. Quaest. Rom. 94.

Digitized by Google

plum habebant, celeberrima iis temporibus fama, donisque hominum, qui valetudinem credebant ibi recepisse, praedives. Huc adducti, dum ingentis molis simulacrum, Thrasymedis Parii nobili ingenio fabrefactum, admirantur, ingens repente serpens ex ipsis adytis prolapsus animos omnium horrore summo et religione perfudit. Sacerdotes enim venerabundi, *ipsum in hoc angue numen esse, et nonnumquam hac forma conspici, salutari semper ostento*, clamitabant. Biduo conspectus in templo serpens, deinde iterum reconditus est: tertio die per medios spectantium venerantiumque coetus recta perrexit ad portum, ubi Romana triremis stabat; quam ingressus, in tabernaculo Q. Ogulnii, qui princeps legationis erat, multiplici spirarum orbe se composuit. Ferebatur antiquitus fabula, *eumdem illum Aesculapium, forma serpentis indutum, aliquando Epidauro Sicyonem mularum jugis deportatum fuisse, Nicagora quadam, Echetimi uxore, deducente.*

U. c. 461.

Serpens pro Aesculapio.

XIV. Laeti ergo prodigio Romani, tamquam praesentem Deum veherent, vela dedere, paucisque diebus interjectum mare permensi prosperrimo cursu Antium tenuerunt. Ibi quum inhorrescens mare navigationem impediret, prorepens ex navigio serpens, qui totum per iter quietus ibi se tenuerat, in vestibulum fani, quod ea urbe celeberrimum erat, adlabitur, eoque loco tres continuos dies exigit, magno cum metu legatorum, ne avelli inde non posset, quod toto eo tempore ad consuetos cibos non reverterat: donec navigio redditum magna cum alacritate Romam detulerunt. Ad spectaculum incredibilis rei tota effusa civitate, passim in ripa fluminis, quo subvehebatur, positae arae sunt, accensique odores, et victimae caesae. Jam ad eum locum perventum erat, ubi divisus modico intervallo Tiberis insulam efficit; quum relicta nave serpens eam insulam, quae post *Aesculapii* vocata est, natatu petens, cerni ulterius ab hominibus desiit. Patres, delectum a Deo locum interpretati, decreverunt, *ut eadem in sede templum Aesculapio struereturr.* Morbi, sive illa ope, sive quod alioquin desituri fuerant, cessavere. Templum mox insignibus donariis, et ho-

Antium devehitur.

Et inde Romam.

Templum Aesculapii.

Cap. XIII. Liv. 45, 28. Pausan. 2. Auctor de viris illustr. 22. Ovid. Val. Max. Paul. Diac. Hist. Misc. 2, 11. Val. Max. Liv. Epit. 11. Auctor de vir. illust. Pausan. Cap. XIV. Auctor de viris illustr. Ovid. Val. Max. Ovid. Sueton. Claud. 25. Liv. Epit. 11. Tabula marmorea apud Mercurialem de Arte Gymnastica, l. 1.

Digitized by Google

U. c. 462. minum, qui remediis salutaribus ab eo numine se adjutos ferebant, praedicatione nobilitatum est.

XV. L. Postumius consul superbiam, in urba adversus collegam suum exercitam, etiam in provinciam detulit. Quum enim Q. Fabius Gurges, qui priore anno consul fuerat, ex senatusconsulto proconsule res in Samnio gereret, scripsit ad hunc Postumius arroganter, excedere jubens provincia sua: *se administrando ei bello sufficere.* Obtendente jussa Patrum Fabio, *neque integrum sibi, deferere negotium, quod senatus imposuisset:* quum Romam nunciata res esset, metus incessit, ne per discordiam imperatorum respublica detrimentum caperet. Quare mitti ad consulem legatos placuit, qui verbis senatus peterent, ut Fabium ad exercitum et in Samnio esse pateretur. Quum alias absurdum et praefractum fuisse responsum ferunt, tum etiam vocem adjectam singularis pervicaciae: *Non se senatui, quamdiu consul esset, sed senatum sibi dicto audientem esse oportere.* Neve loquutus esse ferocius, quam fecisse videretur, protinus dimissis legatis Cominium (eam tum urbem Fabius obsidebat) cum exercitu progreditur, si alia ratione amoliri aemulum non posset, bello certaturus.

Postumii arrogantia.

XVI. Foedum spectaculum praebuissent hostibus Romana arma, si pari stoliditate, quam petebatur, resistere Fabius voluisset. Sed ille, natura et consiliis paternis moderatior, *non furori consulis, sed utilitati reipublicae cedere* praefatus, provincia excessit. Cominium post paucos dies a Postumio expugnatum est. Inde Venusiam ductus exercitus. hac quoque capta, circumlatum ad alia oppida bellum: quorum complura, partim vi, alia deditione in potestatem venerunt. Hostium in ea expeditione decem millia caesa sunt: sex millia ducenti traditis armis fidei victoris se permiserunt.

Fabii moderatio.

XVII. Non erant spernendae res, quas bello gesserat consul, sed gratiam earum superbia contumaciaque corruperat. Itaque quum ad Patres missa epistola de rebus suis perscripsisset, Venusinamque urbem et agrum deducendae coloniae accommodatissimum esse monuisset; accepta quidem res est, sed, praeterito auctore victoriae consiliique, ab aliis deducta sunt colonorum millia viginti: (sic enim apud scri-

Venusia colonia deducta.

Cap. XV. Dionys. apud Vales. Dio apud Vales. Dionys.

Digitized by Google

ptores minime contemnendos reperio) ingens numerus, et prope excedens fidem, nisi quod videri potest inter gentes indomitas, communi adversus Apulos Lucanosque praesidio, collocari validam manum placuisse. U. c. 462.

XVIII. Ceterum importunitas L. Postumii, quemadmodum ipsi supra veteres offensas ingentem conflavit invidiam, ita Q. Fabio ad favorem omnium valde profuit; eique, postquam ad urbem venit, deque rebus a se gestis disseruit, triumphus haud aegre decretus est. Triumphavit proconsule de Samnitibus, qui *Peusri* cognominantur, Kalendis Sextilibus. Curram equo sequutus est senex Fabius: quem non adjutorem magis victoriae, quam auctorem, spectantium deducentiumque voces celebrabant. Ipse, summam rei bene gestae gloriam ad consulem populi Romani trahens, sicuti nomine legati, sic etiam modestia utebatur; haud minori cum voluptate honores filii intuitus, quam eum adhuc parvulum in curru suo circumtulerat, quum ipse triumpharet. Ceterum praedae partem militibus consul dedit: reliqua in aerarium relata. C. Pontius Samnis in triumpho ductus, mox securi percussus est: vir acer et memorabilis, qui vim Romanam iis temporibus diu sustinuit, cladesque non contemnendas, sed ignominiam multo maximam ad Caudinas Furculas intulit: quem ajunt dicere solitum, *Si in ea tempora natus esset, quibus munera accipere Romani didicissent, se illos diutius imperare non fuisse passurum.* Ita tum fortuna civitatis non armorum magis industria, quam innocentia morum stetit.

Q. Fabii triumphus, prosequente patre.

C. Pontius securi percutitur.

Fortuna civitatis stat innocentia morum.

XIX. L. Postumius interea, non minus honoribus, qui aemulo concessi, quam qui sibi negati fuerant, fremens, per impotentiam animi, cum auctoritate Patrum contumacia certando, neque mederi acceptis vulneribus potuit, et ultro irritavit iras, quas modestia sermonum factorumque mitigare debuisset. Quippe non querelis adversus inimicos, non conviciis in ipsos ordines abstinens, quo Patribus aegre faceret, praedam omnem militibus distribuit, exercitumque, priusquam successor mitti posset, dimisit. Triumphum etiam contra voluntatem senatus actum, quamquam

L. Postumii insania perit.

Cap. XVII. Horat. Satyr. 2, 1. Cap. XVIII. Fasti Capitol. Plut. Fab. 43. Dio apud Vales. Val. Max. 5, 7, 1. Zonar. Liv. Epit. 11. Cic. de Off. 2, 23. Cap. XIX. Dionys. apud Vales. Liv. 10, 37.

Digitized by Google

U. c. 462. ad secundum ejus consulatum relatus sit, ad haec potius tempora pertinere crediderim: idque scriptores diligentiae fidelque non postremae in historiis suis prodiderunt. Ob haec facta recentioribus odiis petitus est: eumque, simul atque magistratu abiit, duo tribuni plebis corripuerunt, die ad populum dicta. Praeter ea, quae memoravimus, crimini dabatur, *quod priusquam paludatus ex urbe exiret, ex legionibus suis delectos milites, ad duo hominum millia, in agrum suum ad saltum repastinandum miserat: eosque in opere isto per multos dies detinuerat, immemor, non mancipia sibi, sed milites; neque ut suum agrum excoleret, sed ut publicum extenderet, datos.* His criminibus accusatus atrociter, frustra tentata defensione, suffragiis omnium tribuum damnatus, eique lis ducentis millibus nummûm aestimata est.

Ejusdem condemnatio.

U. c. 463. P. Corn. Rufino, M. Cur. Dentato coss.

XX. Jam P. Cornelius Rufinus, M. Curius Dentatus novi consules magistratum inierant. Hi, cum suis quisque legionibus, Samnium populationibus agrorum et ruinis urbium foede vastavere, Samnitesque multis locis congredi ausos ingentibus cladibus ad pacem foedusque petendum compulerunt. Quum enim tot proeliis juventutem pleramque, capto autem C. Pontio, consilium etiam et ducem amisissent; missis ad consules, et horum adsensu Romam legatis, ut foedus cum ipsis quarto renovaretur, impetrarunt: credo, Romanis etiam vincendo fessis, cupientibusque bellum difficile, ipsisque saepe calamitosum, tandem aliquando certae pacis tranquillitate componere. Illata primum Samnitibus arma M. Valerio tertium, A. Cornelio Cosso consulibus reperio: quae ad quartos et quinquagesimos indé consules vario Marte exercita, aut foederibus parum diuturnis suspensa, populum utrumque occupatum sollicitumque habuerunt.

Foedus cum Samnitibus quarto renovatur.

XXI. An ex hoc bello triumphaverit Cornelius, in obscuro est: de Manio non ambigitur; cujus fortuna eo fuit illustrior, quod, aliis subinde victis hostibus, bis eodem in magistratu triumphavit. Quippe Sabini, valida gens, et longa tum pace opulenta, sive precibus Samnitium et propinquitatis misericordia commoti, sive victis vicinis ad se quoque perventuro incendio volentes obsistere, armata juventute Romani

M. Curius bis in eodem magistratu triumphat.

Cap. XIX. Dionys. Liv. Epit. 11. Dionys. Cap. XX. Eutrop. 2. Oros. 3, 22. Liv. Epit. 11. Liv. 7, 29. Cap. XXI. Liv. Epit. 11.

Digitized by Google

juris loca quaedam invaserunt. Adversus hos egressus cum exercitu Curius, ut diduceret hostes, simul ne Sabinorum agri cladium bellicarum expertes haberentur, occultis itineribus copiarum partem misit, datis mandatis, *ut, quam latissime possent, terrorem ubivis vastitatemque facerent.* Ea necessitas, ad sua tuenda diversis abeuntibus agminibus, formidabile Sabini exercitus robur solvit, facilemque adversus dispersos victoriam consuli praebuit. U. c. 463. *Sabinos vincit.*

XXII. Hac expeditione usque ad Adriaticum mare perventum est: agrorum hominumque tanta vis in potestatem venit, ut celebrata deinde fuerit Curii vox, qui, pro temporum illorum disciplina factis quam verbis promptior, quum explicare singula nequiret, *Tantum*, inquit, *agrorum cepi, ut solitudo futura fuerit, nisi tantum etiam hominum cepissem: tantum autem hominum, ut interituri fame fuerint, nisi tantum cepissem et agrorum.* Sabinis pacem orantibus, veteris sub Tatio adfinitatis memoria, et quia minime gravibus odiis certatum fuerat, etiam civitas, sed sine suffragio, data est. Consulatus, quem anno sequente M. Valerius Corvinus cum Q. Caedicio Noctua gessit, tenuis admodum ad nos fama pervenit: nisi quod sub idem tempus colonias deductas esse reperio Castrum, et Adriam, unde mari nomen, et Senam in Gallico agro. Verumtamen, nondum eousque pacatis illis regionibus, magis est, ut accedam auctoribus aliis, qui coloniarum istarum originem ad inferiora tempora retulerunt. *Curii vox magnifica.* *Sabinis civitas datur.* U. c. 464. M. Valerio, Q. Caedicio coss. *Castrum et Adria, et Sena, coloniae.*

XXIII. Sed in urbe coërcendis, quae increbuerant, maleficiis novus magistratus institutus est, qui vinculis sontium servandis, et, quum animadverti oporteret, supplicio sumendo auctores atque moderatores praeessent: triumviri capitales appellati. Legis a L. Papirio tribuno plebis eo de negotio latae haec verba invenio: *Quicumque praetor posthac factus erit, quei inter cives jus dicet, tresviros capitales populum rogato: iique tresviri, quicumque facti erunt, sacramenta exigunto judicantoque, eodemque jure funto, utei ex legibus plebeique scitis exigere, judicare, esseque oporter.* Quo capite mulctarum quoque exigendarum potestas ipsis data videtur. *sacramentum* *Triumviri capitales.*

Cap. XXI. Frontin. Strateg. 1, 8. Cap. XXII. Flor. 1, 15. Oros. Flor. Auct. de vir. illustr. 33. Flor. Vellejus 1, 14. Liv. Epit. 11. Vellej. Cap. XXIII. Cic. de legib. 3, 3. L. 2. §. 30. ff. De O. J. Liv. Epit. 11. Festus Pomp. in v. *Sacramentum.*

Digitized by Google

U. c. 464. enim iis temporibus vocari solebat, quod poenae nomine pendebatur aes, quoniam illud ob sacrorum publicorum multitudinem, et angustias aerarii, sacrificiorum impensis destinari consueverat. Census quoque eo anno acti memoria non alia superest, quam quod civium capita ducenta septuaginta tria millia censa dicuntur. Principem senatus ab his quoque censoribus lectum fuisse Q. Fabium Maximum certa conjectura est, quod aliunde scimus, ex ea gente continuum eum honorem tribus mansisse, ut Maximus acceptum ab Ambusto patre, mox ad Gurgitem filium transmiserit.

Q. Fabius Maximus, princeps senatus.

Seditiones ob aes alienum.

XXIV. Interea, quum foris res satis laetae essent, gravibus domi discordiis seditionibusque laboratum est. Plebs, aere alieno oppressa, novas tabulas flagitabat, rem veterem, et ab ducentis amplius annis varie jactatam, ut turbulentus aliquis tribunus ad commovendos multitudinis animos stimulum eum admoverat, aut improbitate foeneratorum populi indignatio exarserat. Sed sub prioribus aliquot consulibus, morborum aut hostium metus remissiores in urbe contentiones fecerat. Q. Marcio Tremulo, P. Cornelio Arvina consulibus, deinde proximo anno, quum M. Claudius Marcellus, C. Nautius Rutilus magistratum gererent, majores aliquanto motus extiterunt. ad quos comprimendos, magis quam ullius alterius negotii bellive caussa, dictatorem fuisse dictum existimem Ap. Claudium, qui deinde Caecus est cognominatus; quem dictatorem fuisse, in antiquis monumentis reperio.

U. c. 465. Q. Marcio P. Cornelio coss.

U. c. 466. M. Claudio, C. Nautio coss.

C. Plotii libido.

XXV. Sane praeter acerbitatem iniquissimi foeneris, etiam nefaria C. Plotii libido, aegris jam hominum animis, ut citius atque vehementius exardescerent, subjecit faces. Huic T. Veturius, filius ejus Veturii, qui consul ob turpe foedus Samnitium populo deditus fuerat, quum ob calamitatem domesticam ad aes alienum compulsus solvendo non esset, in nexum se dedidit lubens, omniaque servilia ministeria patienter exsequutus est. Plotius adolescentulum forma liberali, ex magna spe consularis familiae ad infimae fortunae sordes depressisse non contentus, etiam

Cap. XXIII. Liv. Epit. 11. Plin. H. N. 7, 41. Cap. XXIV. Liv. Epit. 11. Zonar. Flor. 1, 23. Tabula marmorea apud Onuphr. in Fastos, et apud Pigh. an. 461. Cap. XXV. Val. Max. 6, 1, 9. et Dionys. apud Vales.

Digitized by Google

pudicitiam extorquere instituit, cui jam et rem familiarem omnem, et libertatem ipsam eripuerat. Deinde Veturium aspernantem, et quidvis potius, quam tantum flagitium, pati paratum, verberibus crudelissimis lacerat. Ille in publicum se proripiens, et ad consulum tribunal ab accurrente multitudine deductus, de intolerabili crudelitate et libidine creditoris queritur: et adparebant vibices, verberumque recentes notae. Consules igitur, rem non negligendam rati, de ea retulerunt ad senatum: dictisque sententiis Plotius in carcerem duci jussus, omnesque per totam urbem, quotquot aeris alieni caussa nexi erant, lege de eo negotio lata, liberati sunt. U. c. 466. *Nexi liberantur.*

XXVI. Non sum nescius, pro T. Veturio ab aliis Publium quemdam, tribuni, qui inter Caudinae pacis auctores fuisset, filium memorari. sed et anno ante haec tempora quadragesimo simillimam ob caussam lex de nexis lata fertur. Ceterum nihil vetat, ut plurium foeneratorum ea improbitas fuerit; et priori lege, ut fit, etiam per debitorum patientiam, inter angustias rei familiaris nihil recusantium, sensim neglecta, ejusdem exempli recens factum admonuerit, ut in posterum ea de caussa plenius atque diligentius caveretur. Sed populo non modo nexu, verum etiam foenoris saevitia liberari cupienti, gratae licet ultionis legisque impetratio non satisfecit. Verum, ut in morbis quibusdam acrioribus, remediorum diligentia quum mitigatus videri potest, magis accenditur dolor; non multo post adeo exulcerata res est, ut, quum tribuni plebis legem de novis tabulis summo nisu perferre contenderent, neque minoribus aut copiis aut animis a creditoribus resisteretur, plebes, exemplo majorum urbe relicta, trans amnem in Janiculum montem secederet: obstinato consilio, nisi re impetrata, ad penates suos non redeundi. *Plebs in Janiculum secedit.*

XXVII. Quum parum adversus haec opis in consulibus esset, (M. Valerium Potitum, C. Aelium Paetum fuisse conjiciunt) ad ultimum arduis temporibus remedium deventum est, ut dictator diceretur. dictus est Q. Hortensius. Is, adhibitis quae tempus et caussa postulabat fomentis, quum eo maxime distineri pacem civitatis intelligeret, quod scita sua contemni, le- U. c. 467. M. Valerio, C. Aelio coss.

Cap. XXVI. Dionys. Liv. 8, 28. Zonar. Liv. Epit. 11.
Cap. XXVII. Liv. Epit. 11.

Digitized by Google

U.c. 467. gemque Publiliam sperni plebs indigne ferret, quamquam multis reluctantibus, cedendum temporibus esse censuit: novaque lege in Esculeto lata iterum accuratius sanxit, *ut*, *quod plebes jussisset*, *omnes Quirites tenerer*. His aliisque lenimentis revocata ad concordiam et lares suos plebe, dictator, sive morbi subita vi, sive curis et laboribus oppressus, quod antea nemini contigerat, in magistratu mortuus est. Inde minor aliquamdiu ordinum in urbe dissensio fuit. sed imperii sensim deformata dignitas, quum, plebe ad ambitiosorum hominum fraudes parum cauta, et, vel potestatis exercendae caussa, quibuslibet rogationibus accipiendis facili, multa sciscerentur, quae reipublicae decus, et ad extremum ipsa fundamenta convellerent: documentum insigne res regentibus, ne vulgus, si re familiari commoda uti possit, majora non cogitaturum, injuriis opulentiorum ad cupiditatem potestatis, qua uti non didicit, adigi patiantur.

Lex Hortensia.

Vulgus non didicit uti summa potestate.

Lex de suffragiis.

XXVIII. Legem quoque de suffragiis circum haec tempora latam esse crediderim, qua Patres in comitiorum incertum eventum auctores fieri cogebantur. Hactenus enim eo jure utebantur, uti magistratum gerere non posset, cui populi suffragiis datus esset, nisi Patres auctores fuissent facti. Continebantur interdum hoc vinculo improvida plebis studia; et quamquam raro reprehenderent comitia Patres, tamen, quia jus ipsis erat, tamquam reprehensuri metuebantur. Tum vero, ferente legem tribuno plebis Maenio, populi quidem aucta potestas; sed eadem opera salubris et reipublicae decora comitiorum severitas debilitata est.

XXIX. Q. Hortensio dictatore mortuo, creatum alium, quidam auctores sunt, rei gerundae caussa, Q. Fabium Maximum, cujus tertia haec dictatura fuerit. ei L. Volumnius C. F. C. N. Flamma Violens magister equitum fuisse dicitur. Bellum enim ea tempestate cum Volsiniensibus erat, Etrusca gente. id opportunum fuit, ad exhauriendum quidquid in urbe novis rebus pronum, ac superioris discordiae nimium memor esset. Accessit etiam nova bellandi cum Lucanis caussa: qui Thurinos, Italiae, qua magna Graecia est, civita-

Bellum exhaurit fomitem urbium.

Thurini ad

Cap. XXVII. Liv. 8, 12. Plin. 16, 10. A. Gellius 15, 27. Aug. de Civit. Dei 3, 17. Cap. XXVIII. Liv. 1, 17. Cic. pro Planc. c. 3. Cic. in Bruto, c. 14. Cap. XXIX. Pigh. in Annal. Rom. anno 466. Liv. Epit. 11.

Digitized by Google

tem, praegraves accolae, multis injuriis ad fidem Romanorum confugere compulerant: bellumque adversus Lucanos, C. Aelio tribuno plebis rogante, populus sciverat. Educti igitur exercitus, et utrobique res gestae sunt, quarum memoria cum auctorum, qui eas perscripserant, annalibus amissa est. Thurini C. Aelio statuam et coronam auream dono dederunt. Consulatus C. Claudii Caninae, M. Aemilii Lepidi nulla re memorabili, quae tradita reperiatur, insignis sequitur, nisi quod Etrusca et Lucana bella tum etiam gesta videntur. M. etiam Curii de Lucanis reperitur ovatio: quae et inter quatuor ejus triumphos, toties enim triumphasse illum invenio, numeranda est. Sed quo anno, quove in magistratu aut imperio res eas gesserit, ignoratur.

U. c. 467. *fidem Roman. confugiunt.*

U. c. 468. C. Claudio M. Aemilio coss. *Etrusca et Lucana bella.*

XXX. Major inde moles et clade non contemnenda nobilis exorta est, bello cum Senonibus, Gallica gente, contracto. Hi saepe bellum cum populo Romano, saepe pacem habuerant; jamque decimum ferme annum post cladem in agro Sentinati acceptam, quum Decio se devovente magnus eorum numerus caesus est, quieverant; nisi quod juventutem suam adversus Romanos mercede ab Etruscis conduci paterentur. tum vero majore cum manu, quam aliquot ab annis suevissent, in Etruriam progressi, Arretium obsidebant. Arretini foedus a Romanis et antea petierant: sed, eo negato, impetraverant inducias, quarum tempus nondum exierat. Ceterum major in eo spes erat venturi auxilii, quod arma Gallica numquam concuti sciebant, quin eam rem magnopere ad se pertinere Romani arbitrarentur. Itaque, missis in urbem legatis, ut sibi subveniretur adversus communem hostem, petebant. Interea se circumegit annus, quo C. Servilius Tucca, L. Caecilius Metellus consules fuerant. Pro Caecilio Coelium annales quidam memorant. Sed Coeliae gentis inferior nobilitas ante annum ab urbe condita sexcentesimum sexagesimum, consularem imaginem nullam habuisse creditur.

Bellum cum Senonibus.

Arretium obsidetur.

U. c. 469. C. Servilio, L. Caecilio coss.

Cap. XXIX. Plin. 34, 6. Auct. de vir. illustr. 33. Fasti Capitol. Cap. XXX. Polyb. 2, 19. Liv. 10, 29. Polyb. Liv. 10, 37. Sigon. in Fastos.

Digitized by Google

EPITOME

LIBRI DUODECIMI.

Quum legati Romanorum a Gallis Senonibus interfecti essent, bello ob id Gallis indicto, L. Caecilius praetor cum legionibus ab iis caesus est. Quum a Tarentinis classis Romana direpta esset, duumviro, qui praeerat classi, occiso, legati, ad eos a se-

L. Caecilius praetor cum legionibus ab iis caesus est] Hunc *Caecilium praetorem* Orosius [3, 22.] et Augustinus 3, 17. indicant. Polyb. 2, [19.] *Λεύκιον στρατηγὸν* nominat, in ejusque occisi locum suffectum esse M. Curium. SIG. V. Jac. Gronov. ad Polyb. 2, 19. DUK. Circa initium hujus belli non convenit inter scriptores. Secundum Polyb. l. l. cum Gallis Arretium obsidentibus proelio congressus *Λεύκιος στρατηγὸς* cecidit. Ejus deinde successor *Μάνιος Κόριος* legatos de redimendis captivis misit, quos Galli interfecerunt. Eorum itaque necem ut ulciscerentur Romani, cum iis proelio congressi victoriam reportarunt. Contra, si Orosium et Augustinum locis laud. sequamur, Romani, audientes Gallos Senones cum Lucanis, Bruttiis, Samnitibus, et Etruscis de bello sibi inferendo conspirasse, missis legatis eos exorare conati sunt. Verum, legatis interfectis, ad eorum necem ulciscendam profectus Caecilius praetor proelio interiit. Iis hic consentit auctor Epitomarum. Diversas eorum narrationes se conciliare posse credit Merul. ad Enn. fragm. p. 309. et 310. statuendo, primum, cujus Polybius meminit, proelium accidisse anno CDLXIX. eoque periisse L. Caecilium consulem: hujus autem proelii Orosium, Augustinum, et auctorem Epitomes nullam mentionem fecisse. Consuli deinde interfecto substitutum M. Curium legatos ad Gallos misisse, qui eos necarunt. Anno deinde sequenti CDLXX. Caecilii consulis fratrem Caecilium praetorem cum Gallis alterum proelium commisisse, cujus memoriam praeter Polyb. servarunt etiam Oros. Augustin. et auctor Epitom. Ut autem sententiam verisimilem reddat, duos hoc tempore fratres Caecilios, quorum alter *Titi* praenomen habuit, floruisse docet ex Plinio 7. H. N. 28. *Q. Ennius, T. Caecilium Dentrem fratremque ejus praecipue miratus, propter eos sextum adjecit annalem.* atque ex eodem Plinii loco hic *T. Caecilius praetor* scribendum conjicit. Ejus tamen sententiam probare nequeo varias ob caussas. Primo enim in praenomine Caecilii praetoris nihil hic mutant ulli codd. aut edd. Deinde Polyb. secundo proelio Romanos victoriam obti-

Digitized by Google

natu, ut de iis injuriis quererentur, missi, pulsati sunt. ob id, bellum iis indictum est. Samnites defecerunt. Adversus eos, et Lucanos, et Bruttios, et Etruscos aliquot proeliis a compluribus ducibus bene pugnatum est. Pyrrhus Epirotarum rex, ut au-

nuisse, eoque maximam Gallorum Senonum partem cedisse refert. At unico illo proelio, quod referunt Oros. Augustin. et auctor Epitom. praetor Romanorum cum legionibus periit; et tamen eorum verba de secundo proelio intelligenda esse monuit Merula. Praeterea, utrum hoc tempore duo fratres Caecilii, quorum alter *Titi* praenomen habuerit, vixerint, incertum puto. In loco enim Plinii omnes codd. *sextum decimum*, pro *sextum*, legere, auctor est Harduinus. Ennius autem 16. Annal. non res hujus temporis, sed quae anno DLXIV. et undecim sequentibus gesta sunt, retulit, secundum ipsum Merulam. Potius itaque credo, alios annales secutum esse Polybium, alios autem Oros. Augustin. et Auctorem Epitom. et per *L. Caecilium praetorem* eumdem intelligo, qui anno praecedenti consul fuerat. Nam, ut Pighius in Annal. ad ann. CDLXIX. p. 413. docuit, in usu fere tunc erat, ut alter consulum in annum sequentem praetor crearetur. Ita, teste Liv. 10, 22, 9. Ap. Claudius praetor constitutus est; quem anno praecedenti consulem fuisse, ex Livio et Fastis constat. Aliud exemplum in Papirio vide apud eumdem Livium 10, 47, 5. Id tamen verum videtur, hunc L. Caecilium, primo consulem, mox praetorem, non tantum *Metelli*, ut Pighius credebat, sed etiam, *Dentris*, ut Merula volebat, cognomen habuisse. Fasti enim anonymi, quos Noris. et Eccard. in Hist. med. aevi ediderunt, ita consules hujus anni notant, *Tucca et Metello*, vel *Tucco, Metello*. At fasti Siculi *Τακίω καὶ Δέντωνος*. et fasti Idatiani *Tacio et Dentone*. *Dentone* autem ex *Dentre* corruptum puto. Ceterum verba *cum legionibus* desunt in Boend. at, iis tantum transpositis, *ab iis cum legionibus caesus est* praeferunt Berg. et Lovel. Paullo ante vero *a Gallis et Senonibus* perperam legit Voss.

Duce, qui praeerat classi, occiso] Vet. lib. *duumviro, qui praeerat classi*. Duumviri autem navales creari primum coepti sunt anno ab urbe condita CDXLIII. SIG. *duce* servant Voss. et Norv. Ejus loco *lucae* legit Boend. *luce* Berg. *duumviro* Leid. et Lov. Mox *de injuriis*, omisso medio pronomine, Boend. et Berg. *de his injuriis* Voss. Tum *ob hoc bellum his indictum est* Boend. et Berg. *ob id bellum indictum est* Leid.

Brutios] *Bruttii* duobus *tt* in Capitolinis lapidibus scribuntur, itemque in nummis argenteis, quos perantiquos pater habet tuus cum his literis *ΒΡΕΤΤΙΩΝ*. Praeterea Eustathius in Dionysium [vers. 362.] docet, omni 10 *Βρεττίους διὰ τῶν δύο τ'* esse scribendos. SIG. V. etiam Pighium in Annal. ad ann. CDLXXI. p. 418. Dausquej. Orthogr. parte 2. ea voce, Cellar. 2. Geogr. ant. 9. p. 582. et quae notantur ad Silii 6, 15. Contra unicum *t* praefert Cluver. 4. Ital. ant. 15. p. 1283.

Digitized by Google

xilium ferret Tarentinis, in Italiam venit. Quum in praesidium Rheginorum legio Campana cum praefecto Decio Jubellio missa esset, occisis Rheginis Rhegium occupavit.

A compluribus ducibus bene pugnatum est] *aliquam pluribus ducibus* Berg. *a quam pluribus ducibus* Voss. *a quam plurimis ducibus* Boend. Saepius has voces in Mstis commutari, supra dictum est ad 4, 31, 2. Adde Celeberr. Burmann. ad Petron. Satyr. c. 21. p. 71.

Quum in praesidium Rheginorum legio Campana cum praefecto Decio Jubellio missa esset] Polybius l. 1, [7.] hunc *Δέκιον Καμπανὸν* vocat. SIG. *in praesidio* Leid. Berg. et Boend. Infra 28, 28, 2. *Rhegium quondam in praesidium missa legio.* Tum *Reginorum* hic et mox Berg. et Boend. Utroque modo nomen urbis scribi solet, prout illud deducatur vel a Graeca voce *ῥήγνυμι*, vel a Latina *Rex*. V. Cluver. 4. Ital. ant. 15. p. 1296. Similiter etiam mox *Regium* iidem duo codd. ubi *Regnum* legunt Voss. Leid. et Hearnii N. Deinde *Decio missa* Leid. *Decio in bello missa* Voss. *Decio Jubelio missa* Berg. Hearnii Norvic. et edd. vett. Sed per duplex *ll* quoque infra scribitur 28, 28, 4. In verbis sequentibus etiam *occupaverunt*, pro *occupavit*, Lovel. in contextu, ut *legio* tamquam conlectivum construatur cum verbo plurali, quemadmodum *cohors* et similia alia, de quibus v. ad 35, 26, 9. At reliqui servant *occupavit*; et ita in unius istius margine etiam emendatur.

Digitized by Google

JOHANNIS FREINSHEMII
SUPPLEMENTORUM LIVIANORUM LIBER II.
IN LOCUM LIBRI XII. T. LIVII.

I. P. Cornelio Dolabella, Cn. Domitio Calvino consulibus, quum iterum Gallici belli terror se commovisset, multosque Tuscorum arma cum Senonibus sociare nunciaretur, Arretinorum periculum sibi minime negligendum esse Patres censuerunt. Sed quia neque Dolabella ex Volsiniensi agro, neque ex Lucania Domitius exciri sine rerum gerendarum incommodo poterant; L. Caecilium Metellum, prioris anni consulem, tum praetura fungentem, ad Arretinos obsidione liberandos quam primum coactis copiis exire senatus jussit. Ne tamen temere sumptum esse bellum videretur, praemitti legatos placuit, nunciaturos, *Arretium in fide Romanorum esse: justiusque facturos videri Gallos, quando foedus cum Romano populo habeant, si adversus amicos atque socios juventutem suam conduci non patiantur.* Haec legatio quum pagos Senonum circumiret, Britomaris quidam, regii generis ferox adolescens, cujus pater inter Etruscorum auxilia caesus a Romanis fuerat, insana vindictae cupiditate flagrans, non homines modo comprehensos, sed et ipsa sacrosancti muneris insignia, minutatim dissecuit sparsitque.

U. c. 470. P. Cornelio, Cn. Domitio coss.

Legati Romanorum ad Senones.

Violantur.

II. Rei tam atrocis fama quum hinc in urbem, inde in castra Dolabellae consulis accidisset, irritatis vehementer animis, bellum Senonibus indictum est: statimque missos fecit Etruscos Dolabella, magnisque itineribus cum exercitu per Sabinum ac Picenum agrum ad fines Senonum contendit. Senones subito hostium incursu, et absente copiarum suarum robore, cum paucis et inconditis occurrentes, facile profligantur. Consul, nullo dato victis spatio, exurit vicos, aedificia omnia diruit, vastat agrum omnem: denique pu-

Dolabella Senones vastat.

Cap. I. Oros. 3, 22. Marian. Scotus. Polyb. 3, 19. Liv. Epit. 12. Polyb. Appian. apud Fulv. Ursinum. Cap. II. Liv. Epit. 12. Appianus. Dionysius apud Fulv. Ursinum.

Digitized by Google

U. c. 470. beribus occisis, imbelli mulierum et puerorum multitudine abducta, quam paucissima potest humani cultus vestigia iis in locis relinquit. Britomaris captus, et vario cruciatuum genere tortus, ad triumphum servatur. Per eosdem dies haudquaquam pari fortuna res apud Arretium gestae. L. Caecilius praetor ante ipsum oppidum cum Senonibus Etruscisque adverso Marte conflixit. Septem tribuni militum, multique praeterea insignes viri cum ipso praetore caesi sunt: ex legionibus et auxiliis hominum millia plus minus tredecim desiderata.

L. Caecilius vincitur a Senonibus.

III. Sed minor apud Gallos hujus victoriae laetitia, quam, cognito patriae excidio, luctus atque consternatio fuit. Contractis, qui ubique per Etruriam militabant, popularibus, homines irae ac doloris pleni, consilii speique inopes, quum sedes, quibus reciperentur, nullas usquam haberent, quasi fato quodam ad exitium eos trahente, Romam pergendi capiunt impetum: *non aliter patriae suae vastatoribus rependi vicem posse, quam si urbem ipsorum simili clade adfectam intueri cogerentur. Neque minoribus animis viribusque, caussis etiam acrioribus, ab Arretio Romam petere, quam majores sui, ab ejusdem Etruriae oppido Clusio profecti, eamdem illam urbem occupassent.* His inter se vocibus instincti, ruunt; natura impatientes morae, et tum, ut incautos hostes opprimerent, etiam consilio properi. Sed per hostilem regionem ducentibus varia impedimenta objecta sunt: spatiumque fuit, quo provideri adversus hunc tumultum posset.

Senones Romam pergunt.

IV. Ita rejecti, dum per ignota et infesta omnia nulla certa destinatione vagantur, in Domitium consulem incidunt: protinusque cum eo conserunt manus. Sed adversus rationem atque disciplinam infelix temeritas fuit. Occisis in proelio multis, reliqui desperatione atque rabie accensi, ferrum, quod frustra in hostes strinxerant, suis corporibus admoverunt. Ita florentissimam modo nationem ob scelus interfectorum legatorum tam velox tamque vehemens ultio comprehendit, ut aliquot mensium intervallo penitus excisa, inter gentes, quarum jura violaverat, numerari desierit. Nam et parvae Senonum reliquiae, quae ad Bojos, vicinam et consanguineam gentem, se receperant, eodem anno a Dolabella consule internecione deletae

Senonum natio exciditur.

Cap. II. Appianus. Hist. Miscell. 2, 13. Polyb. 2, 19. Aug. de Civ. Dei 2, 17. Oros. 3, 22. Cap. III. Appianus. Eutrop. l. 2. Appianus. Cap. IV. Flor. 1, 13.

Digitized by Google

sunt. Quum enim atrocitate cladium suarum, et ejusdem calamitatis metu, Bojos Etruscosque concivissent, ad lacum, qui Vadimonis appellatur, pugna commissa, magnus Etruscorum numerus caesus est, Boji perpauci effugerunt, Senonum omne nomen ita periit, ut nemo superesse putaretur ex ea gente, quae Romam urbem incenderat. Sub id tempus Senam coloniam deductam esse, vero propius videtur, quo, Romanis universa regione potitis, nomen Senonum in ea parte Italiae funditus interiit. U. c. 470. *Etrusci et Boji vincuntur.*

V. Etrusci tamen Bojique, sequente statim anno, quum ex iis, qui puberes interea facti fuerant, exercitum supplevissent, iterum fortunam pugnae tentare sunt ausi. Tum igitur a Q. Aemilio Papo victos fuisse crediderim. Hujus enim et C. Fabricii consulatus primus eum in annum incidit, Papoque provinciam Etruriam obvenisse constat. Sed in plerisque annalibus, qui adhuc leguntur, rerum istarum memoria majorum interventu obliterata est. Quod enim tot continuis bellis atque victoriis maxima virtutis et potentiae incrementa Romanus populus quotidie caperet; adductae in metum, quae adhuc per Italiam sui juris erant, civitates gentesque maximum atque periculosissimum conflavere bellum: junctis, tamquam ad communes omnium hostes praedonesque opprimendos, consiliis et viribus. Neque differri arma visum est, donec adhuc Bojorum Etruscorumque reliquiae distinendis Romanorum copiis sufficerent. U. c. 471. Q. Aemilio, C. Fabricio coss.

VI. Primi Samnites, fracto rursum foedere, cum Lucanis Bruttiisque palam sociantes consilia, proruperunt. Sed hos C. Fabricius consul compluribus proeliis vicit: uno maxime memorabili, quum, Thurinam urbem iterum premente Statio Statilio, signis collatis dimicatum est; fusisque magna cum strage hostibus, ipsa etiam castra expugnata captaque. Memoriae proditum est, quum strenue castra defenderentur, scalas adferente quodam vasti corporis juvene, Romanos animatos plenam victoriam reportavisse. Caesa dicuntur in proelio et castris hostium millia viginti: quinque millia, cum ipso imperatore signisque militari- *C. Fabricius Samnites vincit.*

Cap. IV. Polyb. 2, 20. Flor. Polyb, 2, 19. Plin. 3, 15. Cap. V. Polyb. 2, 20. Dionys. apud Fulv. Ursinum. Cap. VI. Liv. Epit. 12. Dionys. Plin. 34, 7. Val. Max. 1, 8, 6. et Ammian. Marcellin. 24, 15.

Digitized by Google

U. c. 471. bus viginti, capta sunt. Postero die quum donaret eos consul, quorum insignis opera fuerat, vallaremque coronam ei se daturum dixisset, qui castra hostium primus transcendisset, quaesitus ingenti studio reperiri non potuit; si miles fuisset, ultro se oblaturus huic tanto honori. Creditum igitur vulgatumque est, Martem ipsum auctorem ejus operis caussamque victoriae fuisse: consulisque edicto supplicatio ei est habita, militesque laureati magna cum laetitia supplicatum ierunt.

Mars pro Romanis pugnasse creditus.

VII. Conspirantes adversus Romanum populos nullis adhuc auxiliis publice Tarentini juverant: qui praecipui foederis istius auctores, tamen aliorum laboribus, quam suo discrimine, lacessi Romana arma, bellique eventum praetentari, sapientius arbitrabantur. Sed minime diu tenuit ista dissimulatio, quin, casu quodam insanae plebis temeritatem provocante, civitatis consilia nudarentur. Jam tum ea Italiae ora, consuetudine Graecorum, a quibus Tarentus ceterarumque urbium pars pleraque conditae fuerant, deliciis spectaculorum atque histrionum immodice gaudebat: praecipua Tarentinorum luxuria, quos adeo corruptis moribus egisse memorant, ut plures epulas ludosque solennes reciperent, quam anni dies essent. Forte in theatro majore, juxta portum sito, ludos spectabant; quum L. Valerius (alii Cornelium nominant) duumvir navalis decemque Romanae naves, portum introiturae, se ostendunt: pernicioso utrisque errore, quum ignari rerum omnium Romani tamquam amicum et hospitale litus peterent; Tarentini, conscientia vaecordes, classem hostili animo consilioque missam esse interpretarentur.

Tarentini bello Romano se involvunt.

VIII. Adest Philocharis, quem ob turpitudinem vitae cives sui *Thaïdem* appellabant. Is, veterum quorumdam foederum illata mentione, fas esse Romanis negat Lacinium promontorium praeternavigandi: *obviam iri stolide ferocibus barbaris, superbiamque malo coërceri* jubet. Acclamat temeraria multitudo, prae continua crapula non bene mentis compos. Hominis foedissimi de tanta re sententia omnium adsensu accipitur. nec mora.

Auctor ejus consilii Philocharis.

Cap. VII. Zonaras. Strabo l. 6. p. 280. Flor. 1, 18. Zonaras. Appian. apud Fulv. Ursinum. Zonaras. Cap. VIII. Appianus.

Digitized by Google

ra. decurritur ad arma navesque. Romani, nullam ad rem minus, quam ad pugnam, parati, fugae se committunt. Sed, celeriter insequentibus Tarentinis, evadunt naves quinque: totidem a pluribus circumventae in portum rediguntur: ex his deprimuntur cum ipso duumviro quatuor; una capitur: homines aetate et robore militari interficiuntur; cetera turba in servitutem venditur. Mox ab eadem animi levitate bellum Thurinis inferunt, criminantes, *eorum opera Romanum ea in loca venisse, qui Graeci quum essent, barbaram gentem, quam cognatos vicinosque Tarentinos, dubiis rebus defensores habere maluissent.* Urbs in potestatem redacta diripitur: ejiciuntur principes: praesidium Romanum pacta incolumitate dimittitur. U. c. 471.

IX. Romae, re audita, erat quidem pro magnitudine injuriae non levis indignatio: sed bellum novum ea tempestate sumi non placuit. Legatio, quae de injuriis quereretur, decreta, mandatumque legatis, *ut captos restitui, Thurinis res ablatas aut aestimationem justam reddi, exsules reduci, rerum istarum auctores populo Romano dedi postularent.* More Graecarum urbium in theatro concionem populi cogere Tarentini solebant. Huc aegre admissi legati, turbam ebrietate et otio lascivientem repererunt. nam tum quoque dies festus agebatur. Ibi quum legationis princeps L. Postumius verba facere orsus esset, ludibriis petulantissimae multitudinis exceptus, multo etiam acriores odiorum caussas retulit Romam, quam extulerat. Quippe tam contemptim habuerant eum, ut sermoni ejus de cetero quidem attenderet nemo; sed quoties aliquid, ut ab homine Romano, parum Graece prolatum esset, tota concio solveretur in risum; barbarum increpantes conviciarentur; cultum legatorum, nam togati aderant, exploderent; postremo etiam theatro extruderent, jura gentium nequidquam invocantes. Foedum inde dictu, sed ad licentiae popularis coërcendam temeritatem utile exemplum traditur. abeuntibus legatis inter confertam Tarentinorum turbam, quae in ipso theatri exitu constiterat, scurra quidam Philonides (nam hoc quoque moribus suis corrupta civitas debet, ut celebrata sint annalibus scurrarum nomina, Tarentinorum

Romani legatos Tarentum mittunt.

Qui ludibrio habentur.

Cap. VIII. Flor. Dio apud Fulv. Ursinum. Appianus. Oros. 4, 1. Zonaras Appianus. Cap. IX. Dio. Liv. Epit. 12. Appianus. Dio apud Fulv. Ursinum. Zonaras. Oros. Dionys. apud Fulv. Ursinum. Dio. Dionys. Appian.

Digitized by Google

U.c. 471. principum ignorentur) sacra legatorum vestimenta, canis impudentis instar, urina respersit. Unius spurci et furiosi hominis ea noxa videri potuisset, nisi protinus adgnovisset temulenta civitas, risuque et plausibus factum illud comprobantium totum theatrum insonuisset. Postumius, hac voce edita, *Accipimus omen, o scurra, quando et ea nobis datis, quae non petimus*, conversus ad multitudinem, vestemque ignominia adfectam ostentans, ubi redintegratis cachinnis etiam versus in populum Romanum contumeliosos cani saltari-

Postumius Tarentinos increpat,

que videt, *Ridete*, exclamat, *ridete, Tarentini, dum licet: nam postea quidem large flebitis.* Iratis ad haec Tarentinis, *Et quo magis*, inquit, *stomachemini, praedico, vestem istam sanguine multo vobis eluendam esse.* Post haec, nullo alio accepto responso, abnavigarunt.

U.c. 472. L. Aemilio, Q. Marcio cos.

X. Jam Romae magistratum occeperant L. Aemilius Barbula, Q. Marcius Philippus consules. His senatum habentibus, quum et praetextam (nam, uti erat foedata, eam adtulerant legati) cernerent, et, ipsis exponentibus, ceterum injuriae tam multiplicis ordinem discerent Patres, commotis majorem in modum animis omnium, dubium non erat, quin armis vindicari contumeliam oporteret. Sed, quia tot aliis adversus validissimas gentes bellis districtae vires erant, statimne, an postea, contra Tarentinos mittendus exercitus esset, parum expediebant: multosque per dies ab orta luce ad occasum solis re in senatu disceptata, quum alii, *nihil tentandum, priusquam ceterae civitates, aut saltem quae finitimae Tarento essent, pacarentur*, alii, *sine mora decernendum esse bellum*, pugnarent; postremo numeratis sententiis senatusconsultum factum est, *ut de bello Tarentinis inferendo ad populum ferretur.* Id quum populus consensu jussisset, ad Aemilium consulem, qui jam in Samnium ad exercitum profectus fuerat, scriptae sunt literae, *ut, omissis praesentibus, castra in Tarentino agro poneret, et, nisi de illatis injuriis satisfaceret populus Tarentinus, eum justo pioque bello persequeretur.*

Bellum contra Tarentinos.

XI. Tarentini, non amplius cum paucis et inermibus hominibus, sed instructo exercitu, negotium sibi futurum esse cernentes, tamquam ex diuturna crapula expergefacti, jam serio, quid faciundum esset, con-

Cap. IX. Val. Max. 2, 2, 5. Dionys. Dio et Zonaras. Dionys. Appianus. Cap. X. Dionys. Appianus. Zonaras. Cap. XI. Appianus.

Digitized by Google

sultabant. bellum accipere periculosum; imperata facere servile videbatur: neque vitari utrumque poterat. Variantibus igitur sententiis, exsurgens quidam, *Quid frustra dies altercando terimus*, inquit, *Tarentini? Venerunt tempora, quae facta magis, quam verba, postulent: sed ad quae ex usu publico administranda consiliis rectis opus sit, et ore libero. Neque sane moveor, quod antehac communi quodam liberarum civitatum morbo, dictis ad gratiam compositis, etiamsi crebro nocerent, estis oblectati. tum enim, ut fit inter res prosperas, quid potissimum reipublicae conduceret, parum animadvertebatis. Jam autem in finibus nostris exercitus Romanus, et ante ipsas portas hostilis terror est: eo magistro profutura jucundis facile discetis anteponere.*

U. c. 472.

Tarentini cujusdam oratio.

XII. *Neque sic accipiatis, tamquam exprobraturus praeterita surrexerim. nam veterem quidem culpam intempestive objicere, inimici et alienis erroribus petulanter insultantis animi est: probi viri et salutis communis studiosi, peccata civitatis tegere, aut excusare malunt, nisi quoties ad calamitatem publicam amoliendam praeteritarum offensarum recordatio grande momentum habet. Nam ab errore quidem omni, homines quum simus, immunes haberi velle, nimium et superbum: sed ad eundem lapidem crebro impingere, neque saltem eventu temeritatem castigante ad cautionem erudiri, id vero jam vix bene humanum est. Ad unius hominis vocem naves Romanas degressimus: mox Thurios, cognatam gentem, hostilibus odiis vexavimus, quod ab Romanis defendi, quam a Lucanis Brutiisque diripi maluerunt: legatos Romanorum per turpem dictu contumeliam violari tulimus. Bellum igitur, quo carere potuimus, et grave bellum, et periculosum, et improvisum, alienissimo tempore nostro adtractum est. Denique jam in agro Tarentino Romana castra sunt: et nos adhuc incerti omnium, bellum formidabile, an pacem indecoram fastius sit accipi, deliberamus.*

Tarentinorum delicta.

XIII. *Atque utinam nunc demum, obliti blanditiarum, obliti privatorum commodorum, dignitatem utilitatemque publicam spectantes, in commune consuleremus! Esset, unde vel foedera honeste, vel arma tuto sumerentur. Nunc in duas vos abire partes, et propemodum factiones video. non judiciis, aut ex conditione rerum sumpto consilio; sed suis quisque caussis ducitur. Cur enim tam paucos juvenes et pauperes in ea sententia esse video, quae pacem laudat? aut cur nemini fere divitum et seniorum bellum placet? An alia tam aequaliter divisae civitatis caussa est, quam quod hi, rebus quietis, foenore suo*

Juvenes et pauperes bellum; alii pacem cupiunt.

Cap. XI. Eclogae ex Diodori l. 11. Cap. XII. Flor. 3. 18. Cap. XIII. Zonaras.

Digitized by Google

U. c. 472. *agrisque frui volunt; illi, si bellum conflatum sit, in imperiis, aut ex licentia praedae compendium sperant? Etiam olim hoc morbo laboramus, neque a longo jam tempore respublica nostra hominibus caruit, qui domesticas opes augere studerent, etiam cum periculo et detrimento civitatis.*

XIV. *Quibus omnibus occurrere poteritis rectissime, (dicendum enim est, quod ex praesentibus utilissimum esse censeo) si neque pacem ematis ea conditionum vilitate, quae jura liberae civitatis minuat; neque vestras tantummodo vires belli tam difficilis terroribus opponatis. Saepe a majoribus copiarum nostrarum imperium externis ducibus commissum est. Archidamum Agesilai filium, postea Cleonymum, mox Agathoclem, Peloponneso aut Sicilia evocavimus. Memoria nostra, quum finitimorum armis infestaremur, Alexandrum Epirensem patres nostri acciverunt. Eo consilio non solum ipsi commodis rebus usi sunt, sed etiam nobis florentes reliquerunt. Est eadem hodie inter eos et Epirotas amicitia: neque illi hodie exercitu ac duce minus valent. Et recens beneficium nostrum Pyrrhus habet, quem Corcyraeos oppugnantem justa classe juvimus. Ergo non meum hoc, sed qui ante nos rempublicam hanc felicissime rexerunt, hominum sapientissimorum consilium esse existimatote: quod vel ideo sequi debetis, quia in priore exemplo quasi totam ejus rationem cum eventu ipso perspicere potestis.*

Pyrrhum arcessi suadet.

XV. *Sed tamen etiam alioquin argumenta magna sunt et evidentia. Nemo inter nostros ita excellit, ut ei aequo animo parituri sint ceteri: quae vero sint aemulationis pericula, quoties acri et potente cum hoste res est, scitis. Et quemcumque faceretis imperatorem, vel nimio pacis studio, vel cupiditate gerendi belli, detrimentum vestris rebus adferre posset. Taceo adversum Romanos, gentem armis induratam, non quolibet duce bellum tuto geri. Verum enimvero, quemadmodum nemo dubitat, virtute et consilio militari ante Pyrrhum nemo est. Sed venire forsitan nolet. Immo vero, quia rerum gerendarum cupidissimus bellum in praesentia nullum aliud habet, non modo veniet ipse lubenter, sed etiam adducet copias validas et proeliorum non rudes. Et, ne ab ipso libertati nostrae metuamus, iis cum eo conditionibus transigetur, quibus respublica in tuto sit. Hac ratione fiet, ut bona cum spe sumere bellum, et vel impetrare pacem commodam, vel etiam dare gloriosam possimus. quamquam hoc potius eventurum non improbae spei est, ut prius Romani nobiscum acquis legibus transigant, quam hoc rerum statu Pyrrhum ac-*

Commoda inde sequutura ostendit.

Cap. XIII. Diodorus. Cap. XIV. Appianus. Strabo, l. 6. p. 280. Liv. 8, 24. Pausan. l. 1. Cap. XV. Plut. in Pyrrho 25.

Digitized by Google

cipiant in Italiam, qui quondam ex eadem Epiro minoris aliquanto gloriae potentiaeque regem timuerunt. U. c. 472.

XVI. Hoc consilium non eo tantum vicit, quod publicae salutis viam haud aspernandam aperuisse videbatur; sed etiam contrarias in opiniones divisa concione, quum neutra pars, obsistente altera, pertendere posset, quod proximum erat, sententiam, quae media quodammodo videbatur, universi praetulerunt. Ferunt, vulgato per civitatem rumore, decretum de Pyrrho acciendo factum esse, Metonem quemdam, hominem frugi, sumpta corona marcida et facula, ebriorum more, cum tibicina theatrum intravisse: populum Tarentinum, solita lascivia: jussisse, *ut, progressi in medium, ille voce, mulierculа tibia canerent.* tum Metonem, facto silentio, dixisse; *Bene faciis, Tarentini, quod saltandi canendique copiam praestatis, quibus libet. nam, Pyrrho in urbem admisso, vix erit, ut liceat amplius nostro nobis arbitratu vivere.* Moto ad haec populo, atque orto murmure, veriti, qui auctores injuriarum adversus Romanos fuerant, ne, pacificis consiliis valentibus, ad supplicium ipsi dederentur, increpito vulgo, *quod ab homine temerario tam indigne deriderí paterétur,* impetu facto, Metonem theatro exegerunt. ita, nemine deinceps adversante, decretum ratum fuit.

Consilium vincit.

Metonis factum.

XVII. At Romanus consul, quum nihil ab Tarentinis pacati responderetur, praeterea mitti ad Pyrrhum legatos cum muneribus accepisset, ad belli consilia conversus, agrum populatur, oppida alia pugnando, alia deditione capit, damno ac terrore complet omnia. Mittuntur etiam ad prohibendas injurias ab Tarento copiae. fit conflictus acer: sed, superiore Romano, multis suorum amissis, Graeci in urbem compelluntur. Aemilius regionem omnem impune vastat uritque. Territis ea clade Tarentinis, ut multitudo, quanto secundis rebus insolentior, adversis tanto impensius in timorem praeceps est, Agidi, qui Romanae amicitiae retinendae perpetuus auctor fuerat, imperium permittitur. Cupiditatem spemque pacis auxerant ex principibus quidam, ab Romano duce dimissi, qui humanitatem ejus, et ceteros etiam Tarentinos superiore proelio, aut per agros passim exceptos, indulgenter atque benigne haberi praedicabant.

Aemilius consul bellum Tarentinis infert.

Cap. XVI. Plut. in Pyrrho, 26. Cap. XVII. Zonaras. Oros. 4, 1. Zonaras.

Digitized by Google

U. c. 472. *Pyrrhi destinata.*

XVIII. Sed mutavit animos erexitque Cineae fiducia, cum auxiliaribus copiis ab Epiro venientis. Namque Pyrrhus ingens animi, et Magni modo Alexandri aemulatione vastissimum imperium spe complexus, ipsis quasi fatis invitantibus, ad perficienda, quae destinasset, pandi sibi viam credebat. Confirmatum etiam oraculi Delphici voce narrant, ambigui quidem sensus, et utramvis in partem facilis flecti, sed quod interprete cupiditate rex pro certo et secundo acceperit. quippe de belli, quod suscepturus esset, eventu consulenti redditum responsum ferunt: *posse eum Romanos vincere.* Sed plus, opinor, animorum dabat Tarentina legatio, quae ex sua civitate, Lucanisque, Messapiis, et Samnitibus, ceterisque populis, qui eodem foedere tenerentur, facile viginti millia equitum, trecenta quinquaginta peditum conscribi posse adtulerat. His igitur copiis si Romanos in ordinem redegisset, haud magno negotio ceterae Italiae dominationem se adepturum sperabat. Inde brevis in Siciliam trajectus ostentabat insulam, Agathoclis excisa domo, vacuam et discordem: quam etiam hereditario jure, quod ex Lanassa filia Agathoclis liberos susceperat, suae domui posse vindicari rebatur. His ex sententia confectis, Carthaginem bello erat petiturus.

Cineae colloquium cum Pyrrho.

XIX. Fama est, Cineam praestanti sapientia virum, quo immodicas regis cupiditates, paratamque felicitatem praesentibus bene utendi turbaturas, ipsius quoque confessione coërcendas esse ostenderet, *quid devictis Romanis agere constituisset?* interrogasse. Atque, illo subinde alias ex aliis victorias nascituras esse demonstrante, subjecisse: *Quid igitur, confectis istis omnibus, acturi sumus?* Tum vero, *pacis et otii bonis affatim fruituros*, respondente, excepisse Cineam: *Quid igitur vetat, o rex, quin statim iis fruamur, quum praesto sint; novis autem bellis suscipiendis corrumpi penitus amittique possint?* Sed Pyrrhus, iterata legatione Tarentinorum et ambitione sua victus, *patrium esse* respondit *Epirotis, non pro se tantum, sed etiam pro sociis et amicis, bella capessere.* Ceterum tegendo interiori consilio suo, cum legatis anxie pepigit, *ut lato ipsis auxilio statim rediret domum, neque diutius, quam necessum esset, ab iis in Italia detineretur.*

Cap. XVIII. Justin. 18, 1. Aug. de Civ. Dei, 3, 17. Ennius apud Cic. 2. de Divinat. 56. Plut. in Pyrrho, 27. Justin. 18, 1. Plut. Cap. XIX. Justin. Eclogae ex Diodori l. 22. Zonaras.

Digitized by Google

XX. Inde confestim ad bellum adparandum ingenti studio versus, navium longarum magnum numerum complevit; alias praeterea, quibus equi virique transportarentur, adornavit: plerisque legatorum Italicorum, quo sub specie honoris obsidum vicem retineret, in delectu agendo copiisque conducendis usus, ceteros cum tribus armatorum millibus, addito, qui praeesset, Cinea, Tarentum praemisit. Horum adventu spes pacis abrupta, abrogatum Agidi imperium, et uni eorum, qui ex legatione redierant, decreto populi datum est. Neque multo post missus a rege Milo Tarentinam arcem firmavit praesidio, murorumque custodiam et tutelam sibi depoposcit: gratulante imperita multitudine, quod penes peregrinos molestiam et labores esse, sibi otium cum securitate relictum existimabat. annona igitur militibus, pecunia Pyrrho, alacriter decreta. U. c. 472. *Pyrrhus bellum apparat.*

XXI. Interea L. Aemilius, transmarini militis adventu cognito, quo tutioribus locis hybernaret, exercitum in Lucaniam transducere instituit. Erat iter per angustos quosdam calles, quos ab altera parte praeruptae inviaeque rupes, ab altera mare claudebant: et intellecto ducis Romani consilio Tarentini naves scorpionibus et ballistis instructas admoverant litori, militemque per arctos et obnoxios tramites incedentem missilibus impetebant. Aemilius viam virtuti negatam astu explicuit, captivis, quos in ultimum agmen rejecerat, latera praetexens ordinum, quae periculo patebant. Horum misericordia Tarentini, dum suos ferire metuunt, etiam hostibus pepercerunt. Haec ferme eo anno ad Tarentum gesta. Romae vero C. Fabricius Luscinus, qui in consulatu suo Samnites Bruttiosque et Lucanos praeclare vicerat, triumphans Capitolium ingressus est. Eumdemque honorem non ita multis post diebus Q. Marcius consul obtinuit, ex Etruria, rebus ibi prospere gestis, reversus. Quae eum caussa, bello Etrisco nondum finito, ex provincia revocaverit, tempore alieno, (nam Fabricius A. D. III. Nonas Martias triumphavit) non traditur: ego accitum a senatu conjicio, qui tum, exspectatione Pyrrhi sollicitus, praesidia undique conquirebat. *Aemilii strategema.*

XXII. Nam et eo primum tempore, quum, tanta undique belli mole coorta, imperium pluribus exerci-

Cap. XX. Pausan. l. 1. Zonaras. Plut. Zonaras. Cap. XXI. Frontin. Strateg. 1, 4. Zonaras. Fasti Capit.

Digitized by Google

U. c. 472. *Proletarii sacramento rogantur.*

tibus defendi oporteret, proletarii, quibus antiquitus vacatio militiae fuerat, sacramento rogari coepere: arma, quae parare per inopiam non poterant, publice data; ut, legionibus alibi occupatis, haec manus, per globos in muris foroque disposita, stationibus et excubiis urbem tueretur. Neque tamen his consiliis averti potuisset imminens clades, nisi fortuna urbis imperaturae periculosissimis temporibus ingentes viros reservasset, ac nescio an maximos omnium, qui umquam in ista civitate fuerint, non ita divitiis et splendore generis, quam contemptu opum, et a virtute nobiles. Haec enim aetas Curios, Fabricios, Coruncanios tulit: nullarum imaginum aut facultatum viros, sed amplissimae gloriae, quam rectissimi exempli homines, summo rei militaris usu, parique morum innocentia pepererunt: utrobique salutares patriae, quae, adversus regem ambobus metuendum, non magis opus habebat viris, qui ferrum hostile retundere possent, quam qui aurum contemnere.

Pyrrhus in Italiam navigat.

XXIII. Pyrrhum interea, vere non exspectato peditum duo et viginti millia, tria equitum adducentem, elephantos praeterea viginti, et funditorum sagittariorumque modicam manum, orta in medio cursu tempestas ita jactavit, ut ab extreno periculo minimum abesset. Classe disjecta, pluribusque navigiis adflictis, quum etiam praetoria navis laboraret, in mare se dedit Pyrrhus, et maximo cum labore vix tandem enatavit. Corporis tamen male habiti aegritudinem animi robur sublevabat, et cura Messapiorum, qui suum in litus ejectum omni studiorum officiorumque comitate coluerunt. Eorumdem opera navibus quibusdam, quae procellae vim evaserant, adductis, pauci equites cum duobus elephantis, et minus duobus millibus peditum collecti. Cum hac manu Tarentum processit, obviam egresso cum militibus suis, regemque deducente Cinea. Magnis Tarentinorum gratulationibus exceptus, paucos dies quieti dedit. quo spatio quum civitatis mores ita comparatos esse cerneret, ut, his obtinentibus, neque servari a quoquam possent, et ipsos quoque defensores suos pessumdaturi essent, dissimulavit in praesentia. Sed ubi paullatim, convenientibus, quae dispersae fuerant, navibus, copias

Tarentum venit.

Cap. XXII. Oros. 4, 1. Aug. de Civ. Dei, 3, 17. Ennius apud A. Gell. 16, 10. Cap. XXIII. Zonaras. Plut. in Pyrrho, 31.

Digitized by Google

idoneas habuit; gymnasia et porticus, in quibus otiosa juventus dies totos obambulando nugandoque consumebat, occlusit: epulas compotationesque vetuit: sollemnia ludorum ex intemperantissimo usu ad justam mediocritatem reduxit. U. c. 472.

XXIV. Post haec delectum juniorum severe egit, monitis, ut solebat, conquisitoribus suis, *grandes eligerent, se eos fortes redditurum.* Hos manipulis suorum permixtos, ne seorsim habiti seditiones agitarent, eadem duritia et severitate disciplinae exercuit, capitis poena infrequentibus proposita. Qui vero in armis non essent, eos majorem diei partem in foro agere coëgit. Quarum rerum insolentia homines, inter pudendas delicias nati educatique, mirifice augebantur, *servitutem* adpellando, si perire socordia et luxuria cupientes salvi esse cogerentur. Onerabat invidiam satellitum quorumdam regiorum intemperies, qui suo arbitratu hospitia deligentes, etiam invitis et reluctantibus dominis occupabant, parique deinde licentia inter uxores eorum liberosque versabantur. Ergo fastidio praesentium multi relicta urbe in agros emigrabant: donec id quoque clausis portis adpositi custodes prohibuerunt. *Gravis est Tarentinis.*

XXV. Tum vero Tarentini, se pro socio dominum accepisse sero intelligentes, quod unum poterant, per indignationem et questus sortem suam miserabantur, aliquanto liberius, ubi per aliquam idoneam caussam convenientes, praeter solitos animi adfectus, etiam vino incaluissent. Neque deerant, qui ad Pyrrhum referrent, arcessitique nonnulli, quod inter convivium parum honorifice de rege loquuti esse arguerentur. Sed horum quidem periculum cujusdam inter eos simplex et ingeniosa confessio discussit: *Et haec diximus,* inquit, *et longe graviora dicturi fuimus, nisi vinum defecisset.* Ibi Pyrrhus, ut qui vini, quam hominum, eam culpam videri mallet, adridens dimisit eos. Ceterum diffusus civitatis moribus animisque, ut quemque plurimum apud Tarentinos auctoritate consilioque pollere animadverterat, caussis repertis structisve, ad fi- *Tarentini de Pyrrho queruntur.*

Cap. XXIV. Frontin. Strateg. 4, 1. Zonaras. Appianus apud Vales. Zonaras. Plut. Appianus. Cap. XXV. Zonaras. Val. Max. 5, 1, 3. ext. Plut. in Pyrrho, 16. Zonaras. Justin. 18, 1.

Digitized by Google

U. c. 472. lium Ptolemaeum (quem discedens ipse regno praefecerat annorum quindecim adolescentem) ablegabat: alios per occultas insidias de medio tollebat: erant quos adfectata humanitate complexus, inter familiarissimos haberet, quo populo suspectiores fierent. In his Aristarchus erat, vir inter primates amore civium et eloquentia excellens. Hunc, quia nihilominus in magna apud multitudinem gratia esse cernebat, per caussam certi negotii navigare in Epirum jussit. Aristarchus, quum refragari regis imperio, praesentis exitii; obedire, non quidem aeque velocis, sed tamen aeque certi videretur, conscensa navi paullum provectus, flexit cursum ad urbem Romanam, et receptus in fidem de rebus multis magnisque senatum largiter edocuit.

Pyrrhus Tarentinos graviter premit.

Romanorum apparatus.

XXVI. Dum haec Tarenti Pyrrhus administrat, nihilo segnius ad bellum gerendum apud Romanos delectus agebantur, cogebantur pecuniae, misso ad socias civitates C. Fabricio, qui auctoritate gratiaque sua deterreret a studiis rerum novarum: quidam, quorum suspecta levitas erat, etiam praesidiis in opportuna loca impositis, in fide retinebantur. Quidquid enim ubivis injuriae acceptae persuasione aegrum, aut cupiditate novandi turbidum erat, id omne tot adversus unam gentem conspirantium populorum robur, et bellicosissimi regis exspectatio commoverat. quo intentiores Romani, capita seditionum mature opprimendo, securitati suae providebant. Eo tempore casus Praenestinorum principum memorabilis fuit: qui, nocte jam ingruente, quum adducti Romam essent, custodiae caussa conclusi sunt in aerario publico, tum demum intellectis fallacis oraculi ambagibus, cujus fide popularibus suis, ad defectionem eos impulsuri, saepe spoponderant, in fatis esse, *uti Romanum aerarium a Praenestinis occuparetur.* Sollicitos Patrum animos (nam et Fabricium a sociis retineri audiverant, ut eo pignore suos ab Romanis incolumes reciperent; et ad Etruscos, ad Umbros, ad Gallos contra populum Romanum incitandos, legatos mitti) nova insuper cura oppressit rei quum facto ipso atrocis, tum formidabilis exempli, ne apud omnes Italos alienissimo tempore Romana fides in suspicionem et odium adduceretur.

Conspirationes sociorum contra Romanos.

Cap. XXV. Zonaras. Cap. XXVI. Dio apud Fulv. Ursin. Zonaras. Dio. Zonaras. Dio.

Digitized by Google

XXVII. In extremo Italiae litore contra Siciliam Rhegium est, Graeci nominis temporibus illis florens et opulenta civitas. Ea quum adventu Pyrrhi magnum et terribile bellum cerneret consurgere, praeterea classibus Carthaginiensium in illo mari vagantibus terreretur; diffisa viribus suis arcessendum a Romanis praesidium existimavit. Missa sunt militum millia quatuor, ex Campaniae coloniis scripta manus, et inde legio Campana adpellata, tribuno militum Decio Jubellio deducente. His ab initio quidem neque fides in defendenda urbe, neque diligentia defuit. Deinde, quia belli propinquus metus nullus erat, paullatim otio et Graecae consuetudinis imitatione in luxum resoluti, praesentemque copiam cum dura et laboriosa vita, quam eousque egerant, comparantes, opportunitatem urbis, et incolarum felicitatem, sermone cupiditatis et invidiae pleno, in circulis et hospitiis suis agitare coeperunt.

U. c. 472. *Rhegium a Romana legione per scelus occupatur.*

XXVIII. Delectabatur eo facto Decius, qui, et ipse pari vecordia ductus, sceleratum occupandae urbis consilium pridem animo conceperat. Favebat occasio praesentis belli, quo sciebat ita distringi Romanos, ut Rheginam rem curaturi non essent: et in adverso litore Mamertinos, exemplum simul felicis sceleris, et similis perfidiae haud dubios propugnatores, praeterea communis patriae necessitudine junctos, intuebatur. Nam et hi ex Campania oriundi, quum superioribus annis inter Agathoclis auxilia stipendium fecissent, a Messeniis pro amicis excepti, civibus trucidatis aut ejectis, urbem occupaverant, domosque et conjugia miserorum inter se partiti fuerant. Etiam veterum Campanorum subibat memoria, qui Capuam possederunt, simili latrocinio Tuscis ademptam.

Decii praefecti vecordia.

Mamertini Messanam proditorie occuparunt.

XXIX. Quum res satis placeret, ea consultatio supererat, quoniam modo facinus impune patraretur, neve, ut in urbe populosa, pauciores a pluribus circumventi caederentur. Confingit epistolas, tamquam a Rheginis ad Pyrrhum scriptas, ut praesidium Romanum ei proderetur. Vocantur secreto milites: epistolae, quasi interceptae, recitantur: queritur acerbe de perfidia Rheginorum Decius: ex militari multitu-

Ordo facinoris opprimendorum Rheginorum.

Cap. XXVII. Polyb. 1, 7. Liv. Epit. 12. Liv. 28, 28. Polyb. Dio et Appian. apud Vales. Polyb. Cap. XXVIII. Dio. Polyb. Dio. Diodor. apud Vales. l. 21. Liv. 4, 37. Cap. XXIX. Dio apud Vales.

Digitized by Google

U. c. 472. dine quidam, ad hoc praeparati, succlamant, *armis expediendam salutem, et exitium, ipsis destinarum, in auctorum capita vertendum esse:* adest etiam ex compacto, qui nunciet, *in Rhegino litore classem Pyrrhi conspectam esse, et secreta colloquia habita.* Miles, supra priorem animi cupiditatem, etiam perfidia hostium et periculi metu accenditur. Consensu omnium in hanc sententiam disceditur, *ut ignari imparatique oppidani opprimantur: caede virorum facta, fortunae publicae privataeque omnes legioni cedant.* Fit facinus indignum et atrox. Decius quosdam ex principibus ad coenam vocatos inter sacra hospitalis mensae obtruncat: alii passim in domibus suis trucidantur: majori parte Rheginorum interfecta, ceteri patria ejiciuntur ab iisdem illis, quos paullo ante, ut cum patria servarentur, amicorum atque sociorum nomine in eam acceperant.

Nova reipublicae forma Rhegii.

XXX. His patratis, nova fit publica rei forma: aedes atque facultates miserorum tamquam hostilis praeda inter latrones dividuntur: caede adhuc recenti, matronae virginesque maritorum atque parentum suorum interfectoribus nubere coguntur: jura nomenque Rheginae civitatis crudelis et perfidiosa legio sibi vindicat. Sed bene consuluit mortalium generi Deus, quod plerumque scelerum insignium exempla, eadem et vindictae illustris documenta sunt: ne quis magis successu maleficiorum animari ad paria consilia possit, quam exitu eventuque deterreri. Adeo verae felicitati cum facinorosis non convenit; neque ulla certior est insania, quam existimare, scelere quemquam fieri beatiorem. Ut enim, quae post hanc vitam manent supplicia, quae maxima sapientes esse sciunt, nulla putentur, (solet enim hominum incredibilis stultitia vix iis habere fidem, quae vident, nedum ut inexpertis moveantur) attamen etiam quum prosperrime procedunt omnia, interno vulnere lacerat animum delictorum conscientia: viventium nomen, mortuorum memoria, apud homines in odio et detestatione est: ac plerumque id ipsum quoque, quod foedissime partum, laboriosissime retentum est, non Deo, non hominibus inulta scelera diu patientibus, ingenti cum dolore eripitur.

Hominum incredibilis stultitia.

Cap. XXIX. Strabo l. 6. p. 258. Cap. XXX. Diodor. apud Vales. l. 22. Oros. 4, 3. Diodor.

Digitized by Google

XXXI. Juvat hic referre breviter Decii Jubellii ceterorumque furoris ejus participum poenas, quae quidem earum temporibus his connexa sunt: nam extremum exitium, interea variis casibus torti, decimum in annum distulerunt, ut in tempore memorabimus. Igitur praedonibus istis non diu laetae, aut etiam inter ipsos tranquillae res fuere. Metum a Romanis et Pyrrho utcumque, praeter occasionem temporum, Mamertina societate propellebant, et consilio neutros lacessendi. Hoc enim tutissimum visum ex praesentibus, inter initia sua, dum ex violenta et subita origine nova civitas coalescit, abstinere bello: quod neque adversus regem se tuto sumpturos esse videbant; et promptiorem sperabant a Romanis veniam, si contra ipsos arma non tulissent. Prima dissensionis caussa, ut inter latrones oportuit, ex iniqua divisione raptarum rerum orta est. Ejectus per seditionem Decius Messanam confugit: qui Rhegii erant milites, scribam ejus M. Caesium imperatorem legerunt. Eodem honore Decius, quum pecuniam secum grandem adtulisset, a Mamertinis auctus est; neque laeta sibi, neque diuturna fortuna.

U. c. 472. *Decii ceterorumque perfidorum poena.*

XXXII. Nam evenit, ut, oculorum gravi aegritudine correptus, medicum insignem acciendum curaret; ultione divina jam ad plures acerbioresque poenas nefarium hominem rapiente. Adductus ergo medicus est Rheginus domo, sed, quia multis ab annis Messanae habitaverat, origine non Decio tantum, numquam ulli Rheginorum se commissuro, sed plerisque ejusdem urbis incolis incomperta. Ille memor patriae, et injurias ejus ulcisci certus, persuadet homini, se strenuum quidem adferre remedium, sed eventus tuti, celerrimaeque efficaciae. Sic admoto medicamento, quod cantharidum succo temperaverat, vetitoque tolli, priusquam ipse reversus ad aegrum esset, sine mora conscenso navigio, ex urbe Messana profugit. Decius, incredibili dolore satis diu tolerato, postquam medicus non redit, amoveri collyrium jubet: eo diluto, luminibus orbatum se reperit. Ita infamis, exul, contemptus, caecus, animo et corpore aegro, tamquam vinculis constrictus, ad poenam servatur: miro quo-

Decii fatum.

Medicus cantharidum succum imponit oculis Decii pro collyrio.

Cap. XXXI. Liv. 28, 28. Appian. Liv. Diodor. Val. Max. 2, 7, 15. Diodor. Eclog. ex l. 22. Cap. XXXII. Appian. apud Vales. Diod. Appian.

Digitized by Google

U. c. 472. dam divinae ultionis ingenio, ut ab eo, cui salutem suam crediderat, cladem istam pateretur, qui prius ipse, quos tueri debuerat, immanitate perfidiaque circumvenisset. Quae documenta historiis consignari tradique generis humani interest, cui numquam satis persuadetur, quantum a recta prudentiae ratione absit ea calliditas, per quam, ob falsa quaedam bona virtute fideque spretis, per foedas et iniquas libidines in vera mala ruitur.

Per calliditatem ob falsa bona in vera mala ruitur.

Digitized by Google

EPITOME

LIBRI TERTII DECIMI.

Valerius Laevinus consul parum prospere adversus Pyrrhum pugnavit, elephantorum maxime inusitata facie territis militibus. Post id proelium cum corpora Romanorum, qui in acie ceciderant, Pyrrhus inspiceret, omnia versa in hostem invenit, populabundusque ad urbem Romam processit. C. Fabricius, missus ad eum a senatu, ut de redimendis captivis ageret, frustra, ut patriam desereret, a rege

Valerius Levinus consul] *Laevinus* ex Capitolinis lapidibus a *Laevo*, ut *Crassinus* a *Crasso*, *Albinus* ab *Albo*. Plutarchus in Pyrrho [p. 392.] mendose Ἀλβῖνος habet, pro Λαιβῖνος. SIG. Similia v. apud Pighium in Annal. ad ann. CDLXXIII. p. 431. ubi insuper notat, Zonaram [8, 3.] male eum Λαουῖνιον, sive *Lavinium*, vocasse; quomodo etiam hoc loco per errorem praefert Boend. Vox *consul* deest in Leid.

Elephantorum maxime inusitata facie] Codices nihil mutant. At Salmasius ad Flori 1, 18, 6. *invisitata facie* scribendum conjecit. De ea voce late supra v. ad Livii 5, 35, 4.

Post proelium quum corpora Romanorum] Ita edidit Gruter. anno 1628. itaque est in Lovel. Antea edebatur *Post id proelium*, quod servant Leid. Voss. Berg. Boend. et Hearnii N. quorum auctoritatem secutus sum. Clericus etiam pronomen, a Freinshem. et Doujat. restitutum, servavit, licet Gronovii, ex sententia Gruteri, ex contextu ejecissent. Paullo post *quae in acie ceciderant*, pro *qui*, quasi ad corpora referendum foret, Berg. *qui in acie exciderant* Voss. Idem etiam codex *venit*, pro *invenit*, ostentat. Sed prima syllaba excidit ob praecedentis vocis literam finalem. V. ad 5, 27, 6.

Populabundusque ad urbem Romam processit] *populabundus*, omissa conjunctione *que*, Voss. Tum *ad urbem Romanam* Berg. Lovel. Boend. Hearnii N. et Exc. Pithoei. V. infra ad Epit. Liv. 49. Deinde *praecessit* Exc. Pithoei. V. infra ad Livii 44, 5, 6.

Missus ad eum, ut de redimendis captivis ageret] Vet.

Digitized by Google

tentatus est. captivi sine pretio remissi sunt. Cineas, legatus a Pyrrho ad senatum missus, petiit, ut componendae pacis caussa rex in urbem reciperetur. de qua re quum ad frequentiorem senatum referri placuisset, Ap. Claudius, qui propter valetudinem oculorum jamdiu consiliis publicis se abstinuerat, venit

lib. *missus ad eum a senatu, ut.* SIG. Ita etiam est in Leid. Voss. Berg. Lovel. et Boend. eamque lectionem omnes, etiam Gronovii, receperunt, nisi quod Freinsh. eumque imitati Doujat. et Cleric. iterum omiserint. Ex scriptis adstipulatur illis unus Norvic. Praepositionem *de* omisit Leid. Mox alio ordine *tentatus est a rege* Boend. sed voces *a rege* exsulant a Berg.

Cyneas legatus, a Pyrrho ad senatum missus, petiit] *Cineas.* Sic enim Plutarchus in Pyrrho: sic Suidas *Κινέας.* SIG. Adde Davis. ad Cic. 1. Tuscul. 24. ubi ed. Gronovii mendose *Cyneas.* At 9. ad fam. 25. et de Senect. 13. recte *Cineas.* DUK. Vocem *missus* non agnoscit Voss. Quod, si plures codices faverent, probandum judicarem, eamque elegantiam loquendi auctori Epitom. adhaesisse putarem ex assidua lectione Livii, qui ita saepius locutus est. Ita 28, 9, 1. *Quum M. Fabius Maximus pater, legatus ab M. Livio consule Romam ad senatum nunciasset.* ubi plura vide. Praeterea *petit* Leid. Voss. Berg. Boend. Lovel. et Hearnii N. V. ad Liv. 37, 45, 2.

Rex in urbem reciperetur] Ita quidam: alii tradunt, eum nihil aliud, quam amicitiam et foedus petiisse. V. Cel. Duker. ad Flori 1, 18, 16. Ceterum *in urbe* Norvic. et primae edd. Utrumque Latinis in usu fuit. V. ad 8, 26, 3. *in urbem* tamen, quod omnes reliqui codd. tuentur, propter eorum auctoritatem praefero.

Propter valetudinem oculorum jam diu a consiliis publicis abstinuerat] Vet. lib. *consiliis publicis se abstinuerat.* SIG. Ita et Leid. Berg. Lovel. et Boend. Vide ad Liv. 5, 43, 8. *a consiliis publicis se abstinuerat* Voss. Lectionem a Sigonio damnatam unus servat Norvic. eamdem a reliquis editoribus, etiam Gronoviis, desertam revocarunt Freinsh. Doujat. et Cleric. Praeterea *valetudinem* primus Gruter. in ed. anni 1628. recepit, et plerique postea servarunt. Similiter legunt Leid. et Lovel. Antea edebatur *invaletudinem*, quod tuentur Voss. Berg. Boend. et Norvic. idque post Gruter. iterum admisere Freinsh. Doujat. et Cleric. Utrumque habet, quo se tueatur. Certe *invaletudo* est apud Cic. 7. ad Att. 2. *Invaletudo tua me valde conturbat.* et de Amic. 2. *Quod his Nonis in nostro collegio non adfuisses, invaletudinem caussae, non moestitiam, fuisse.* ubi v. Langium. Et ita etiam olim edebatur infra in Epit. 33. *Ob subitam invaletudinem Pergamum translatus*

Digitized by Google

venit in curiam, et sententia sua tenuit, ut id Pyrrho negaretur. Cn. Domitius censor primus ex plebe lustrum condidit. censa sunt civium capita ducenta septuaginta octo millia, ducenta viginti duo. Iterum adversus Pyrrhum dubio eventu pugnatum est. Cum Karthaginiensibus quartum foedus renovatum est. Quum C. Fabricio consuli is, qui ad eum

decessit. Verum ibi nunc est *valetudinem.* Et ita unus cod. Livii infra 26, 22, 5. *Oculorum invaletudinem excusavit.* Quum autem ibi codd. reliqui *valetudinem* servent, et Livius passim *valetudo*, numquam vero, quod meminerim, *invaletudo*, pro morbo usus sit, credibile fit, vulgatum ibi retinendum, et auctorem Epitom. eum imitatum, adeoque et hic et altero loco similiter legendum esse. Paullo ante *ex qua re*, pro *de qua re*, Voss. Sed vulgatum malo.

P. Domitius censor primus ex plebe lustrum condidit] Vet. lib. *Cn. Domitius.* Quod placet: est enim Cn. Domitius, qui per haec tempora cum P. Dolabella consul fuit. Praeterea *Publii* praenomen nusquam alias in Domitia gente reperi. Ut autem C. Marcius Rutilus primus e plebe censor fuit, auctore Livio [7, 22, 7. et 10, 8, 8.] sic Cn. Domitius primus e plebe censor lustrum condidit. SIG. V. etiam Pighium in Annal. ad ann. CDLXXIII. p. 432. Neque aliter Leid. Voss. et Lovel. *P. Domitius* vocatur in Norvic. *C. Domitius* in Berg. V. ad Livii 7, 3, 3. Praenomen omittitur in Boend.

Censa sunt civium capita ducenta septuaginta octo millia, ducenta viginti duo] Vet. lib. *CCLXXXVII.* DELR. *censa sunt capita*, una voce neglecta, Leid. Voss. Berg. Lovel. et Boend. V. ad Liv. 10, 47, 2. Contra *civium capita* constanter editi: quomodo auctorem Epitom. semper loqui solitum fuisse, vidimus ad Epit. 1. Praeterea *ducenta octuaginta duo millia* Leid. *CCLXXXVI millia* Boend. *CCLXXXVII millia*, ut Delrius in vet. lib. invenit, etiam Voss. *CCLXXXVII*, omissa voce *millia*, Hearnii N. *CCLXXXVIII millia* Berg. *CCLXXXVIII*, omissa etiam voce *millia*, Lovel. Deinde *ducenta viginti septem* Leid. *CCXX* Boend.

Cum Karthaginiensibus quarto foedus renovatum est] Hujus foederis meminit Polybius l. 3. [25.] *Τελευταίως ποιοῦνται συνθήκας Ῥωμαῖοι κατὰ τὴν Πύῤῥου διάβασιν πρὸ τοῦ συνήσαθαι τοὺς Καρχηδονίους τὸν περὶ Σικελίας πόλεμον.* SIG. In vet. lib. *quartum foedus* invenio. DELR. Invenio etiam in Voss. Berg. Lovel. et Boend.

Quum C. Fabricio consuli is, qui ad eum a Pyrrho transfugerat, pollicerctur] Hunc alii *Timocharem*, alii *Niciam* appellarunt. auctor Gellius l. 3, 8. SIG. Fabricii praenomen *C.* deficit in Leid. et Berg. Deinde *Fabricio consule is, qui* Boend. *Fabricio consiliis qui* Voss.

Digitized by Google

a Pyrrho transfugerat, polliceretur, se regi venenum daturum, cum indicio ad regem remissus est. Res praeterea contra Etruscos, Lucanos, Bruttios, et Samnites prospere gestas continet.

Hinc *a Pyrrho* deficit in Boend. Tum *pollicentem* male Voss. In verbis sequentibus *venenum se regi daturum* legunt alio ordine Berg. Lovel. et Boend.

Contra Etruscos, Lucanos, Bruttios et Samnites] *et Bruttios et Samnites* Norvic. et edd. vett. usque ad Sigonium, qui primus edidit, ut nunc vulgo circumfertur. *contra Lucanos, et Bruttios, Samnites et Etruscos* Leid. Voss. et Lovel. *contra Lucanos, et Bruttios, et Samnites, et Etruscos* Berg. Id non displicet. Auctorem enim Epitom. hoc modo conjunctionem saepius repetiisse, vidimus ad Epit. 4. et 9. Adde infra ad 14. et ad 46. *Τὸ Etruscis* deerat in Exc. Pithoei.

Digitized by Google

JOHANNIS FREINSHEMII

SUPPLEMENTORUM LIVIANORUM LIBER III.

IN LOCUM LIBRI XIII. T. LIVII.

I. Interea, Romae parte copiarum ad praesidium urbis et incertos belli casus retenta, novis consulibus exercitus et provinciae datae sunt. P. Valerio Laevino Tarentini et Pyrrhus, Ti. Coruncanio Etrusci belli reliquiae obvenerunt. Laevinus magnificum ad famam et terrorem ratus, hostem a se lacessitum videri, simul utile civitati, si quam longissime belli metum et incommoda ab agro Romano avertisset, confestim in Lucaniam moto exercitu, castellum opportuno situ operibus permunivit, valido praesidio imposito, quo et Pyrrhi coepta tardarentur, et Lucani, quorum perfidia timebatur, ad hostem non auderent desciscere. Audito Romani consulis adventu Pyrrhus, quamquam socii nondum convenerant, turpe sibi et detrimentosum fore judicans, si inter primordia belli formidinis indicium ullum edidisset, cum copiis, quae aderant, incunctanter obviam progressus est.

U. c. 473. P. Valerio Ti. Coruncanio coss.

Consulum provinciae.

Pyrrhus Laevino obviam proceditur.

II. Ut tamen per caussam aliquam honestam traheret negotium, caduceatorem misit cum literis, quarum haec sententia fuit. *Rex Pyrrhus Laevino salutem. Audio te contra Tarentinos venire cum exercitu. Sed, eo dimisso, cum paucis ad me venito. Caussa enim cognita, quod alteros alteris praestare aequum erit, et iam nolentes praestare cogam.* Ad haec Laevinus: *Nos neque controversiarum nostrarum te sumimus arbitrum, neque hostem pertimescimus. Tu vero absurde facere videris, caussas alienas cognoscere satagens, qui, propriae culpae reus, nondum Italiae injussu nostro initae poenas nobis pependisti. Ergo non adversus te minus, quam adversus Tarentinos, instructo cum exercitu venio, Marte judice, auctore generis nostri, de nostro jure disceptaturus.* Neque diu moratus signa movit, et inter Pandosiam et Heracleam urbes, loco campe-

Pyrrhi literae ad Laevinum.

Cap. I. Zonaras. Plut. in Pyrrho, 34. Cap. II. Zonaras. Plutarchus. Zonaras. Plut.

Digitized by Google

U. c. 473. *Pyrrhus castra Romana laudat.*

stri, ab hostilibus castris divisus Siri amne, consedit. Fama est, Pyrrhum, speculandi caussa ad amnem progressum, quum castra Romana diligenter spectavisset, uni ex amicis, cui Megacles nomen erat, dixisse: *Ordo certe barbarorum istorum minime barbarus est; at facta mox noscemus.*

III. Tum autem ad ripam firma collocata statione, quae transitum tentantes arceret, opperiri socios constituit, super rationem belli, quod Romanos in hostili regione rerum necessariarum inopia laboraturos esse sperabat, etiam fiducia Laevini anxius: cujus ille admirationem novo testimonio nuper auxerat, dimissis impune hostibus, qui ad exploranda castra venerant, et adjecto, *sibi praeterea majorem alium exercitum esse.* Inter haec, ut vicinis castris, velitationes continuae fiebant: ad summam rerum proficiebatur nihil. Igitur diebus ferme quinquaginta per haec leviora certamina consumptis, consul, quod iisdem caussis ad festinandum proelium, quibus Pyrrhus ad differendum, movebatur, milites in concionem vocatos consilii sui certiores facit, adversus novi hostis metum confirmat: Pyrrhi famam, belluarum terrorem, quantum potest, elevat: denique rebus omnibus ita se parat, ut vel volente cum hoste congrediatur, vel etiam invitum cogat ad certamen.

Fiducia Laevini.

Consul proelium cupit.

Pugna committitur.

IV. Itaque, postquam Pyrrhum manere in sententia videt, equitatum omnem, tamquam ad agrorum praedam excursurum, praemittit: ipse cum instructis legionibus opperitur, donec in adversa ripa tumultus et clamor fiat. Equites magno a castris intervallo circumvecti, qua incustoditum flumen erat, transjiciunt; stationem pro hostili ripa collocatam cursu petunt. Epirotae, subita re perterriti, ad castra sua se recipiunt. Pyrrhus, intellecto hostem adesse, equitatum omnem, tria millia erant, quanta maxima celeritate potest, ad amnem rapit: sperans Romanos inter transeundum ordinibus solutis, et caeco vado cum iniquitate aquae solique luctantes, occupari posse. Sed quum Romani equites se objecissent, invectus ante primum suorum agmen, non imparem famae suae pugnam edidit, splendidis armis conspicuus, neque mi-

Cap. III. Zonaras. Frontin. Strateg. 4, 7. Zonaras. Gotefridus Viterbiensis, 11. et Otto Frisingensis, 2, 31. Zonaras. Cap. IV. Plut.

Digitized by Google

nus insigni robore animique praesentia: quum ita totam aciem consilio imperiisque regeret, tamquam omni alio labore solutus esset; ita, ubi res poscebat, adcurrens proeliaretur, tamquam solum ad se militis officium, ad alium universae rei cura pertineret. U. c. 473. *Pyrrhus dux et miles bonus.*

V. Interea Leonnatus quidam Macedo, quum ex hostibus quemdam notasset, qui, ceteris omissis omnibus, unum in regem tota volitantem acie intentus, quacumque parte illum se inferre vidisset, eo quoque equum agebat, monuit Pyrrhum. Cui ille, *Fatum*, inquit, *o Leonnate, mortalium effugerit nemo. Ceterum neque hic Italus mecum, neque alius quisquam, impune congredietur.* Vix eloquutus haec fuerat, quum Oplacus (hoc nomen erat viro, Frentanae turmae praefecto) infesta lancea equum percutit regis, atque illius equum vicissim excipiens Leonnatus. Ibi circumfusi regis amici Oplacum pugnantem interficiunt, regem eripiunt. Sed iste casus magnopere perculit regios, ipsum esse caesum opinantes. Quare, ut confirmaret suos, simulque pericula sibi intentata declinaret, paludamentum et arma cum Megacle commutat: illoque in pugna relicto, ad phalangem ordinandam adducendamque pergit. Occurrunt et Romanae legiones. certatur diu acerrime, eventu adeo dubio, ut memoriae sit proditum, septies alternante proelii fortuna, modo Romanos hostium, modo Tarentinos Epirotasque Romanorum terga vidisse. *Pyrrhi periculum.* *Pyrrhus arma commutat cum Megacle.* *Acerrimum certamen.*

VI. Sed proxime desperationem Pyrrhi res adduxerat Megaclis caedes, quem, regiis armis monstratum, ex diversa acie fortissimus quisque, regis interfecti gloriam adfectans, impetebat: donec eques, nomine Dexter, interempto detractam chlamydem galeamque maximis cum clamoribus ad consulem ferens, fidem patratae caedis utrique exercitui fecit. Jam omnia terroris atque consternationis apud Graecos plena erant: fugissentque haud dubie, nisi quamprimum nudo capite obequitans Pyrrhus, *seque vivere et adesse* voce magna testatus, tantumdem fiduciae Romanis, quantum suo militi formidinis desperationisque dempsisset. Laevinus, adesse tempus ratus, quo ultima remedia experiretur, signum equitibus sustulit, quos in insidiis collocaverat, ut terga hostium incur- *Pyrrhus fugam suorum sistit.*

Cap. V. Zonaras. Plut. Cap. VI. Frontin. Strateg. 2, 4. Plut. Zonaras.

Digitized by Google

U. c. 473. rerent. At Pyrrhus in hoc agmen elephantos agi jubet, ipsos quoque in ultimum terrorem hostium reservatos.

Romani vincuntur. VII. Id consilium adflixit spes Romanas, eventumque totius pugnae secundum Pyrrhum dedit. nam et homines ipsi vastorum corporum mole, terribilique superstantium armatorum specie stupentes, quodvis potius ingens et formidabile portentum, quam animalium a natura productorum formam videre videbantur: et equi, ad conspectum odoremque et stridorem tum primum visarum belluarum exterriti, protinus confusis ordinibus, qua cuique proximum erat, abripiebantur, sessoresque vel excutiebant, vel frustra renitentes secum auferebant in fugam, et, in suorum aciem incurrentes, omnia trepidatione tumultuque miscebant. Insequutis elephantorum rectoribus, multi fugientium ab iis, qui in turribus belluarum constiterant, vulnerati sunt: plures ab elephantis ipsis confecti obtritique. Sed, consule omnia experto, cohaerebat utcumque acies; donec immissa Pyrrhi imperio Thessalica ala male resistentes fregit disjecitque.

Thessalici equitatus virtus.

VIII. Neque dubium habetur, quin eo situ loci, quo tum conclusi tenebantur, caesi omnes captive forent, ni, praeter consuetudinem Pyrrhi, qui hoc imperatorium rebatur, non pertinaciter instare fugientibus, ne alio tempore desperatione salutis acrius resisterent, etiam praeceps in vesperam dies regios a persequendo desistere coëgisset. Adjuvit etiam fortuna reliquias infelicis exercitus, quod elephantus, accepto vulnere conversus, etiam ceteros barritu turbavit. Ea res, morata hostes, spatium fugientibus dedit, quo, transmisso amne, pervenire in Apuliam possent; ibique urbis cujusdam munitionibus adversus instans periculum tegerentur. Caesa eo proelio Romanorum sociorumque peditum millia quatuordecim, et praeterea octingentos septuaginta reperio; ducentos quadraginta sex equites: captos in universum mille octingentos duodecim, in his equites duos et octingentos: amissa signa militaria duo et viginti.

Elephantus vulneratus ceteros turbat.

IX. Quo magis miror, auctores, qui haec tam adcurate exsequuti sunt, negare, numerum ex regio ex-

Cap. VI. Frontin. Strateg. 2, 4. Cap. VII. Pausan. l. 1. Flor. 1, 18. Plin. 8, 6. Zonaras. Plut. Cap. VIII. Frontin. Strateg. 2, 6. Eutrop. l. 2. Zonaras. Gotefridus Viterbiensis. Cap. IX. Oros. 4, 1.

Digitized by Google

ercitu desideratorum adnotatum esse: quum Dionysius scribat, Laevinum amisisse paullo minus millia quindecim, tredecim interiisse ex victoribus; Hieronymus autem Cardianus, aequalis istorum temporum scriptor, de Romano exercitu non plus septem millibus cecidisse tradat; de regio, intra quatuor millia. Sed hoc inter omnes constat, flore ducum militumque suorum victoriam eam Pyrrho constitisse: exceptaeque dicuntur voces, *non minus victum se eo proelio, quam victorem discessisse*, ferentis. etiam quum Tarentino Jovi spolia donaque figeret, fassus hoc fertur, inscripto ejus sententiae titulo: querentibusque sociis respondisse: *nae ego, si iterum sic vicero, sine milite revertar in Epirum!* Ipsum quoque regem hoc proelio grave vulnus accepisse, auctorem habeo: sed, quoniam alii tale nihil tradiderunt, casusque diversarum pugnarum misceri nonnumquam video, non ausim uni, in silentio plurium et adcuratiorum, credere.

U. c. 473.

Caesorum numerus.

Pyrrhi voces de suâ victoria.

X. Magna profecto pertinacia certatum esse, hoc etiam argumento fuerit, quod postridie ejus pugnae, quum caesorum corpora Pyrrhus inspiceret, quae ad humanitatis et clementiae famam humari jusserat; Romanos omnes in hostem versos honestis vulneribus oppetiisse cernens, exclamavit: *O quam proclive mihi erat orbis imperio potiri Romanos habenti milites!* Neque cunctatus est eorum, quos in potestate habebat, animos appellatione blanda magnisque promissis adoriri, ut apud se stipendia facerent: et abnuere perseverantes nihilo sequius humaniter clementerque habuit, et vinculorum, et omnis, quae fortunam captivorum comitari solet, contumeliae, expertes. At Romanos proelio tam male acceptos alia mox clades terruit, ut longe impar detrimento, ita majoris aliquanto formidinis et religionis. Nam ad manifestam Deorum iram referebatur, quod pabulatores forte dimissos subito coorta tempestas ita perculerat, ut inter horribilem coeli fragorem cadentibus fulminibus quatuor et triginta interirent, adflati et semimortui relinquerentur duo et viginti: jumentis etiam eodem turbine exstinctis aut debilitatis compluribus.

Pyrrhus Romanos occisos laudat.

Pyrrhi humanitas.

XI. Pyrrhus interea, quum vacua et deserta Romanorum castra cepisset, victoria non segniter usus,

Pyrrhus victoria utitur.

Cap. IX. Plut. Oros. 4, 1. Zonaras. Justin. 18, 1. Cap. X. Liv. Epit. 13. Eutrop. Flor. 1, 18. et Zonaras. Dio apud Vales. Oros. Cap. XI. Plut.

Digitized by Google

U. c. 473. promovit copias, vastandisque proximorum quorumque agris, ab amicitia Romanorum permultos populos avertit. Supervenere deinde socii Lucani Samnitesque. quibus leviter castigatis, quod pugnaturo non adfuissent, partem tamen spoliorum dedit: eo ipso magnopere laetus et exsultans, *quod, praeter suas copias Tarentinis tantum auxiliis adjutus, Romanorum ingentem numerum fudisset.* Intento in victoriae fructum Pyrrho, alia ex parte Laevinus curando saucios, colligendo dispersos, manum rursus haud contemnendam effecerat. Et senatus, quamquam multi culpam acceptae cladis imputabant consuli, Fabriciusque dixerat, *non sibi Romanos ab Epirotis, sed Laevinum a Pyrrho victum videri*, supplementum ei mittendum censuit. Quum voce praeconis edictum esset, *qui in occisorum locum patriae navare operam vellent, uti nomina darent;* certatim dantibus, celeriter duarum legionum numerus expletus est.

Lucani Samnitesque socii Pyrrhi.

XII. His copiis auctus consul, Pyrrhi vestigia sequendo, quibus poterat, exercitum ejus incommodis vexabat; et, quum occupandae Capuae consilia regem agitare comperisset, festinanter exercitu ducto, praevenit eum, cunctisque ad defensionem paratis, ab invadenda urbe deterruit. Pyrrhus Neapolim flexo itinere, atque ibi quoque spe sua frustratus, protinus ad ipsam Romam magnis itineribus Latina via contendit. Jam ab Anagnia et Hernicorum agro, Fregellis obiter expugnatis, Praeneste pervenerat, intra vicesimum ab urbe lapidem. Sed urbani magistratus, simul atque de clade auditum fuerat, novis delectibus ex senatusconsulto juniores armaverant: aliudque non invalidum auxilium populi Romani fortuna tempore necessario providerat. Consul enim alter Ti. Coruncanius, meliore fortuna cum Etruscis congressus, universam gentem novis foederibus obstrinxerat: et, ad tutelam patriae revocante senatu, nullo alio hoste distractus, cum exercitu victore adcurrebat.

Capuam defendit Laevinus.

XIII. Pyrrhus quum Etruscos ad arma retrahere frustra tentavisset; praeter urbem suis praesidiis tutam, duos consulares exercitus, alterum a fronte, alterum a tergo imminere cogitans, in Campaniam regressus

Pyrrhus in Campaniam regreditur.

Cap. XI. Justin. 18, 1. Plut. Zonaras. Plut. Zonaras. Plut. Appian. apud Fulv. Ursinum. Cap. XII. Zonaras. Liv. Epit. 13. Appianus. Flor. 1, 18. Plut. Zonaras. Appian. Cap. XIII. Zonaras.

Digitized by Google

est. Ubi Laevinum majoribus sibi copiis, quam ante cladem habuisset, occurrere videns, *cum Hydra Lernaea sibi negotium esse* dixit, *cujus praecisa capita paullo post, numero etiam aucto, renascerentur.* Quia tamen priori victoriae confidebat, eduxit copias, et tamquam pugnaturus instruxit: quoque suorum simul alacritatem experiretur, simul perterrefaceret hostem; clamorem tollere milites, ac elephantos ad barritum ciendum incitari jussit. Redditus est a Romanis longe major atque terribilior clamor. Unde, de animis utrorumque conjectans, abstinendum sibi proelio in praesentia judicavit: et, victimarum exta parum laeta caussatus, exercitum in castra, et inde, magna cum praeda et captivorum agmine, Tarentum reduxit. U. c. 478.

XIV. Romani, qui durissimo tempore de constantia sua nihil remiserant, sed de totius belli eventu semper amplas spes et orationes magnificas habuerant, praemia virtutis tum maxime celebrandi rati, L. Aemilio Barbulae ob res in consulatu gestas decreverunt triumphum: isque de Tarentinis, Samnitibus, et Sallentinis, qui inter auxilia Tarentinorum fuerant, A. D. VI. Idus Quintiles triumphavit: Sed P. Valerio consuli negotium datum, ut, Setinum in agrum abductis exercitus victi reliquiis, castra muniret, hiememque sub pellibus agere cogeret. Per eadem tempora quum de captivis in senatu agitatum esset, redimine eos placeret, ista sententia tenuit. credo praecipue movisse animos equitum casum, quos, fortiter sustentata pugna, donec elephanti aberant, horum superventu consternati equi sine ulla sessorum culpa caedendos vinciendosque hostibus praebuerant. Missi sunt hujus negotii caussa praecipuae dignationis legati, P. Cornelius Dolabella, Senonum deleta gente nobilis, C. Fabricius Luscinus, Q. Aemilius Papus, qui biennio ante collegae in consulatu fuerant. *Constantia Romanorum.* *L. Aemilii Barbulae triumphus.*

XV. Pyrrho a natura magnorum animorum indivisa comes inerat humanitas: sed hanc ambitione auxerat, errore pervulgato ministras imperii virtutes esse putans, cui uni intemperantissime deditus, huc rationes suas omnes referebat. Et quamquam audacia bel- *Pyrrhi mores.*

Cap. XIII. Eutrop. Zonaras et Flor. 1, 18. Zonaras. Appianus. Cap. XIV. Plut. Fasti Capit. Frontin. Strateg. 4, 1. Dionys. apud Fulv. Ursin. Cic. in Bruto, 14.

Digitized by Google

U. c. 473. lique artibus nemini sua aetate ducum postponendus esset, omnia tamen prius experiri solebat, quam armis rem permitteret: animosque hostium, ut quisque opportunus erat, metu, cupiditate, voluptate, misericordia, denique conditionum aequitate ac utilitate, moliebatur. Igitur nunciato Roma legatos venire, tot consulares ad majorem certe aliquam rem mitti suspicatus, pacis componendae mentionem illaturos esse sperabat. Quo igitur et tutior, et honoratior accessus eorum foret, ad ipsos usque fines agri Tarentini Lyconem, natione Molossum, cum praesidio misit obviam: ipse vero cum ornato equitatu venientibus extra portam occurrit, deductosque perquam honorifice ac hospitaliter, rebus omnibus laute atque liberaliter habuit. Illi, quae ad moderationem animi pertinent praefati, *quanta sortis inconstantia, quam subitae bellorum vices essent, neque praesciri futura posse*, mandata edunt: *se ad recipiendos captivos suos venisse, sive certo in capita pretio redimi, sive cum Tarentinis aliisve permutari pateretur.*

Legatos Rom. liberaliter habet.

Legatorum oratio.

XVI. Pyrrhus nihil magnae rei sine consilio amicorum statuere consueverat: quo tum quoque convocato, Milo quidam suadebat, *ut, captivis retentis, fortuna sua uteretur, neque bellum nisi perdomitis Romanis omitteret.* Longe diversa Cineae oratio fuit: qui, commemorata *senatus populique Romani constantia, quam saepe extremis temporibus suis invictam ostendissent*, subjecit: *Aliorum fortassis hostium aut mores oderimus, aut contempserimus arma. Cum hac gente, o rex, amicitiam tibi potius, quam bellum, habendum esse censeo. neque reddi modo captivos, sed etiam donari, ex usu tuo fuerit. neque differendum arbitror, quin legatos cum muneribus Romam mittas, qui conditionibus aequis pacem conficiant. Hoc enim illud tempus esse arbitror, quo rem tibi necessariam, si quid judico, etiam cum dignitate facere possis. Nunc enim, rebus adhuc prosperis de pace agens, et facilius, quae volueris, impetraveris; et nulla alia caussa, quam animi solita magnitudine, pacem obtulisse videberis iis, quos integrum fuisset armis ad servitutem cogere. Et absit quidem omen, tuaeque res, sicut coeperunt ire, pergant. Sed tamen homines sumus: et, si fortuna verterit, neque tam facile porro negotium erit pacis, neque pari cum decore tractabitur.*

Cap. XV. Polyaen. Strateg. 6, 6. Zonaras. Val. Max. 5, 1. Paul. Diac. Hist. Misc. 2, 16. Dio apud Fulv. Ursin. Dionys. apud Fulv. Ursin. Cap. XVI. Zonaras.

Digitized by Google

XVII. In hanc sententiam loquutis quoque ceteris, et ipse rex adsensus, vocari legatos Romanos jubet. Qui ubi venerunt, hunc in modum egisse fertur: *Res equidem indigna est, quam facitis, Romani. Quum enim amicitiae mecum ineundae rationem nullam habeatis, bello captos repetitis; ubi reddidero, iisdem illis adversus me usuri. Quod si igitur, revocatis ad meliora et utrisque profutura mentibus, foedus atque societatem mecum instituitis, vestros et cives universos, et socios, quos cepi, sine pretio recipite. Sin vero vobis hostiles animi manent, neque ego pro sano me facturum arbitror, si odia vestra tot fortium virorum manibus instruam. Neque vero tanta mihi rei nummariae difficultas est, ut pecuniis Romanorum indigeam; quos decebat potius, si amici essemus, liberalitate mea locupletari.* Simul non spernendi pretii munera legatis dari jussit, plura se et meliora alias daturum professus. Haec in commune, legatis omnibus praesentibus, dicta actaque.

U. c. 473.

Pyrrhi oratio.

Munera legatis data.

XVIII. Ceterum cum solo deinde C. Fabricio longior et adcuratior sermo fuit; neque referre piget, quod apud idoneos auctores reperi. Quum itaque remotis arbitris colloquerentur, inter cetera regem ita dixisse postea vulgatum est: *Ego vero quum ceteros Romanos omnes amicos habere expeto, tum praesertim te, C. Fabrici, quem inter ceteros civili militarique virtute praestantissimum esse judico. Unum deesse tibi indignor, quod, re familiari angustiore utens, debitum magnis viris splendorem tueri minime potes. Sed hanc fortunae injuriam ego diutius tibi molestam esse non patiar, daboque auri argentique facti et infecti eam copiam, qua ditissimorum quorumque census facile vincas. Hoc enim in primis loco fortunaeque meae convenire persuasum habeo, eximiorum hominum, qui potius gloriae, quam pecuniae adcumulandae, studuerunt, gravem inopiam consolari. Id quidem ego valde pulchrum opus esse reor, neque magnificentiae regiae vel monumentum illustrius usquam poni, vel augustius Diisque gratius donarium suspendi posse. Quare non tam dedisse beneficium putabo, quam adcepisse, si meis te copiis adjuvari siveris.*

Pyrrhi colloquium cum Fabricio.

Pyrrhus ingentes opes Fabricio polliceitur.

XIX. *Neque tamen id a te petiturus eram, si mihi gloriosa largitio tantum, tibi vero parum decora fuisset. Nunc autem, quia non ad proditionem, aut indignum moribus tuis facinus ullum emeris; quid est, cur hospitale munusculum, amicissimo animo oblatum, in-*

Quas integra dignitate accipi posse.

Cap. XVII. Dionys. Appian. apud Fulv. Ursin. Zonaras. Dionys. Cap. XVIII. Zonaras. Dionys. Cap. XIX. Plut. in Pyrrho, 13.

Digitized by Google

U. c. 473. *festo et pertinaci velis aspernari? Ego enim aliud a te desidero nihil, nisi quod a viro optimo patriaeque amantissimo fieri possit, imo debeat; ut senatum a praefracta illa pervicacia ad aequitatem et consilia mitiora transducas, quod res est docendo, neque bellum sine maximo vestro et damno et periculo geri, neque a me, qui, Tarentinis auxilium pollicitus, primo etiam proelio victor discessi, integra fide atque dignitate deseri posse. Neque vero me delectat vobiscum dimicare, quos amicitia mea, quam odio, digniores arbitror: et, multis interea negotiis obortis, quae praesentiam meam desiderent, in regnum meum reverti mallem. In hoc fidem, quam postulabis, dabo, quo et tu de animo meo securus esse possis, et ceterorum dubitationes tollere, si qui forte negabunt, regibus tuto credi posse, propter unius aut alterius vesaniam, qui nullo intellectu honesti, pactis atque foederibus, donec utilia viderentur, stantes, simul atque levitatis pretium apparuit, fidem, quam occasionem, negligere maluerunt. Pace vero confecta, nihil aut mihi jucundius, aut utilius utrisque fieri possit, quam si mecum in Epirum naviges, primo inter meos loco, et in bello legatus futurus, omnisque fortunae meae participeps. Nam et ego possessionem nullam pretiosiorem esse puto, quam fortis et fidelis amici: et animo tuo regiae fortunae adparatus, regiorumque negotiorum majestas congruit. Haec ergo si in commune contulerimus, quae maxima per homines censentur bona, vicissim alter alterum adjuvantes, nullo negotio adipiscemur.*

Regibus tuto credi posse.

Pyrrhus Fabricium ad se invitat.

Nulla possessio pretiosior, quam fortis et fidelis amici.

Fabricii responsio ad orationem Pyrrhi.

XX. Hic ubi finem dicendi rex fecisset, post modicum intervallum Fabricius infit: *De virtute quidem, si quid ejus in me belli domive animadverti potuit, mihi supervacaneum est quidquam adtingere; quando jam aliis de ea credidisti. Neque itidem de paupertate necessum est exponere, quod, exigui agelli tugurioique dominus, non foenore, neque mancipiorum operis, sed laboribus hujus corporis alor. nam et ista, referentibus aliis, existimo te adcurate didicisse. Si vero me deteriore ob paupertatem conditione, quam Romanorum quemlibet, esse suspicaris: certe, sive ultro, sive alienam sequutus opinionem ita conjecisti, mirifice falsus es. Mihi enim, contemptis opibus virtutem et officium sectanti, nullus umquam miseriae sensus fuit: neque fortunae meae, vel in privatis negotiis, vel in publicis, ingemui. Qua enim tandem caussa convicium ei facerem? nisi forte crimini dabo, quod in ista paupertate meq, his omnibus, quae cuilibet animo magno excelsoque sola desideranda videntur, non modo cum divitibus, sed etiam prae illis, in patria perfruor.*

Fabricii paupertas honorata.

Cap. XIX. Dionys. Appian. Dionys.

Digitized by Google

XXI. *Honoribus enim, qui apud nos amplissimi sunt, fungor: bella gravissima rego: splendidissimis adhibeor legationibus: religionum sanctissimarum curam gero: vocor in senatum: de summa republica rogor sententiam: laudant me multi imitanturque hilariter: neque minoris fio, quam quilibet in civitate nostra potentissimus: videorque specimen et exemplum ad virtutem gloriamque capessendam esse ceteris; nihil in haec omnia sumptus de meo faciens, sicuti neque aliorum quisquam. Nam alibi quidem, ubi plerumque privatim opes magnae, publice vix mediocres sunt, magistratus ex re familiari dignitatem splendoremque loci sui sustinent. Nostra civitas longe diversis institutis utitur, neque fortunis privatorum ulla parte gravis est. Omnis iste adparatus, quo nostri cives, quotquot ad rerum magnarum administrationem deliguntur, magnifice instructi sunt, praebetur publice. quae res exaequat omnes, neque pauperrimo alicui quidquam patitur ad tuendum publicum aut suum decus deesse, neque ditissimo superesse. Quando igitur pauperrimus omnium, tamen locupletissimo cuique nulla in re bona cedo; quid est, quod de fortuna queri debeam? An postulandum erat, ut me regibus parem faceret, quibus ingentes auri cumulos licet recondere? Sed haec quidem ad publicam vitam.*

U. c. 473.

Romanis magistratibus omnia praebentur publice.

Pauperrimi et ditissimi idem cultus.

XXII. *In privata vero tantum abest, ut mea mihi inopia sit oneri aut incommodo, ut contra, quoties me cum divitibus istis compono, mea sors incomparabiliter videatur beatior; et ego me inter illos plane paucos numerem, quibus, quanta esse in vita potest, felicitas contigerit. eoque nomine et mihi plurimum gratulor, et gratias ago paupertati meae. Quum enim supervacua persequi mihi ineptum et otiosum esse videatur, necessaria vero agellus recte colenti dispensantique suppeditet; nescio, quem in usum de majoribus divitiis debeam esse sollicitus. Nam omnem mihi cibum fames suavissimum efficit; omnem potum sitis: somnum facilem et tranquillum labore paro: vestis, si frigus arceat, mihi se probavit satis: in suppellectili, ut quodque ad usum, cui destinatur, maxime commodum atque parabile est, ita placet impensius. Quare sic quoque sim injurius, si accusem fortunam, quod mihi non majores facultates subministraverit illa, quam natura mea desideret, quae mihi neque cupiditatem ejus, quod nimium esset, ingenuit, neque profecto dexteritatem parandi.*

Paupertatis commoda.

Omnem cibum fames suavem efficit: omnem potum sitis.

XXIII. *Quare cum ista paupertate mea, et aliis opulentissimis hominibus, et te quoque ipso me copiosiorem esse judico. Nam ego tantum habeo, ut plus non desiderem: tu, nisi Epirum et cetera, quae tenes, pos-*

Fabricius ostendit se ditiorem esse Pyrrho.

Cap. XXI. Ammian. Marc. 24, 9. Dionys. Cap. XXIII. Zonaras.

Digitized by Google

U. c. 473. *sidens inopem te esse crederes, in Italiam trajecisses? Sed pulchram facultatem beneficia hominibus dandi praestat opulentia: ego per inopiam subvenire queo nemini. Hoc vero non magis me angit, quam quod aliis quoque rebus non supra modum instructus sum: quod neque scientiam praecellentem mihi Deus, neque vatinandi artem tribuit, quibus prodesse indigentibus possem, neque alia itidem permulta. Eorum vero, quae in me sunt, si et civitati et amicis copiam facio, et, unde quemquam juvare ullo pacto possum, id commune omnibus esse patior; hoc quoque crimine hactenus me vacare posse existimo. Neque vero tibi quidem haec parva aut contemptibilia vocare licet, qui prae te feras, illa videri maxima, adeoque ingenti pecuniae modo emere paratus es.*

Civitati et amicis etiam pauper prodesse potest.

XXIV. *Quod si vero ad sublevandas necessitates egentium omnino facultates magnae optandae essent, atque hoc nomine pecuniarum possessio partem aliquam felicitatis faceret, uti vobis quidem regibus videtur; utra mihi via parandarum opum erat melior, ut a te nunc acciperem cum dedecore, an vero ut olim pararem, quum possem honestissimis rationibus? Nam mihi sane ditescendi opportunitates praeclaras respublica bene gesta praebuit, quum alias saepe, tum vero maxime ante hoc quadriennium, quando, in Samnites, Lucanos, Bruttiosque consul cum exercitu missus, amplissimas regiones populabundus percucurri; proeliis multis victor urbes opulentas vi cepi diruique: unde donatis largiter militibus, redditoque privatis, quod reipublicae in usus belli mutuum dederant, res tamen superesset quadringentorum talentorum, quae in aerarium publicum intuli. Postquam igitur justas et decoras ex manubiis opes, quae in promptu erant, aspernatus sum, et, exemplo Valerii Publicolae multorumque aliorum, qui rem Romanam hunc in statum produxerunt, gloriam pecuniis anteposui; nunc a te munera capiam, contempta pulcherrima ditescendi occasione, pudoris atque periculi plenam amplexus? Et illam quidem opulentiam honestos justosque ad usus expendere liberrime et cum voluptate quadam potuissem: nunc vero ne hujus quidem boni ulla futura esset copia. Creditae enim verius, quam donatae, pecuniae censendae sunt, quae alieno beneficio obvenerunt, animoque ingenuo et erecto graves incumbunt, donec restitui queant; ut jam per hospitii, vel amicitiae, vel benevolentiae speciem datae acceptaeque fuerint.*

Fabricius potuit ditescere, sed noluit.

Fabricius CCCC. talenta in aerarium intulit.

Creditae verius, quam donatae, pecuniae sunt, quae alieno beneficio obvenerunt.

Censorum reverentia.

XXV. *Jam vero, quid futurum censes, si vulgata fama (neque enim celari poterit) magistratus, qui morum apud nos praefecturam amplissima cum potestate exercent, quos censores appellamus, pro jure suo, quo in civium vitas inquirere, et a patriis institutis discedentes*

Cap. XXIII. Dionys. Cap. XXIV. Supra, l. 12, 6. Dionys.

Digitized by Google

mulctare consueverunt, me publice citatum caussam captorum munerum dicere jusserint? Addunt plerique, a Pyrrho, virum virtutis tantae quantivis bene emi certo, acrius continentiam ejus constantiamque tentatam esse, post alia magnifica promissa, etiam parte regni oblata: neque motum esse Romanum, nisi hactenus, ut *se consilii regii rationem expedire* negaret. *Si enim malum me virum judicas*, inquit, *cur ambis? sin vero bonum, cur corrumpis?* Adjecisse deinde dicitur, *etiam ipsi Pyrrho negotium hoc neque jucundum futurum, neque conducibile, si processisset. suam enim libertatem et amicis regiis, et ipsi regi gravem futuram: justitiam autem et abstinentiam si Epirotae experti forent, relicto rege ad ipsum transituros.* Quae omnia, et quod deinceps adjecturus sum, variis ab auctoribus tradita, conquiri exponique non inconveniens nec inutile judicavi: quo virorum, quibus fulta res Romana per durissimos casus ad imperii gloriaeque incomparabilem magnitudinem pervenit, animi sensusque noscerentur; claroque sub exemplo facilius deprehenderetur, quibus moribus studere oporteat admirationi futuros homines, majoremque et meliorem transdituros posteris rempublicam, quam a majoribus ipsi accepissent. U. c. 473.

XXVI. Igitur, his ita dictis auditisque, regem in praesentia quidem quievisse accepimus: postridie vero vocari ad se Fabricium jussisse, parato ante ad perterrendum eum elephanto, qui a tergo colloquentium post aulaeum adstans, magistri imperio, repente diducto aulaeo, super Fabricii caput demisit manum, horrendumque stridorem et barritum edidit. Sed vir ingens animi, quum sensim se convertisset, adridens, *Neque heri me aurum tuum pellexit*, inquit, *neque hodie perterrefecit bellua.* Deinde quum, admotus coenae, de Graecis sapientibus differentem audiret Cineam: *quibus Epicuri secta placeret, eos voluptatem in arce bonorum, reipublicae curam inter praecipua felicitatis impedimenta ponere: similemque vitam agere Deos arbitrari; nulla rerum humanarum cura, nullo neque in improbos irae, neque in bonos favoris adfectu, soli otio voluptatique deditos;* exclamavisse Fabricium ferunt: *Dii faxint, isthaec sapientia Pyrrho Samnitibusque cordi sit, donec bellum cum populo Romano gerent!*

Fabricius metu et cupiditate pariter vacat.

De Epicuri secta judicium Fabricii.

Cap. XXV. Eutrop. l. 2. Flor. 1, 18. Auctor de viris illustr. 35. Zonaras. Appian. apud Fulv. Ursinum. Plut. in Pyrrho, 44. Cap. XXVI. Plut. in Pyrrho, 43. Cic. Cat. Maj. 13. Plut. Val. Max. 4, 3, 6.

Digitized by Google

U. c. 473. XXVII. Hi temporum istorum mores fuerunt: haec magnorum virorum certamina, non opibus et luxuria, sed virtute, consilio, patientia, patria caritate excellere. Nec enim subiti impetus, aut ad praesentem usum meditatae simulationis istae voces fuerunt; sed perpetuo tenore vitae verborum suorum fidem admirabiles potius nostris temporibus, quam imitabiles, viri adfirmarunt. Idem ille Fabricius, quum ejus tota supellex argentea salino uno constaret, et patella, quae tamen ipsa corneo pediculo sustineretur, Samnitium legatis, pecuniam et supellectilem splendidam dono adferentibus, planas manus ad aures, hinc ad oculos, nares, os, gulam, deinde ad imum usque ventrem deducens, *Donec his*, inquit, *imperitare potero, nihil deerit: vos autem pecuniam ad eos, qui hac indigent, reportate.* Denique vitam universam sic exegit, ut in haereditate ejus non esset, unde filiarum dos expediretur: gloriosa paupertate, quum, ex aerario publico erogata pecunia, senatum puderet, indotatas pati virgines, quas patrem non puduerat ita relinquere.

Fabricii supellex.

Romanorum principum virtus et tolerantia.

XXVIII. Sed et ceteri senatus principes eadem ferme virtute tolerantiaque tum agebant. Ex quibus Q. Fabium Maximum, qui toties in summis imperiis fuerat, qui, censura gesta, noluerat iterum censor fieri, negans, *ex usu reipublicae videri, ut iidem saepius censores crearentur*, simili et paupertatis et amoris publici testimonio populus Romanus adfecit. mortuo enim tantum congessit aeris, ut inde filius Q. Gurges et viscerationem, et epulum publice daret. Curius ab eadem altitudine animi Sabinorum munera, quemadmodum Fabricius Samnitica, sprevit. Aemilius Papus, in plerisque magistratibus collega Fabricii, Ti. item Coruncanius, aliique praeclari viri, ex similitudine morum amicissime inter se conjunctissimeque vixerunt: ut vere mihi temporum illorum speciem amplexus animo videatur poëta, qui *moribus virisque antiquis rem Romanam stetisse* praedicavit.

Pyrrhus Romanos

XXIX. His igitur animadversis expensisque rebus, majore componendi cum hac gente belli desiderio Pyrrhus

Cap. XXVII. Val. Max. 4, 4, 3. Jul. Hyginus apud A. Gell. 1, 14. Val. Max. 4, 4, 10. Cap. XXVIII. Auctor de viris illustr. Cic. Cat. Maj. 16. Cic. Lael. 11. Enn. apud Cic. de Rep. l. 5. citante Aug. de Civ. Dei, 2, 21. Cap. XXIX. Justin. 18, 1.

Digitized by Google

rhus inflammatus, ducentos ex captivis protinus sine pretio restituit: ceteris, si qui ad instantia Saturnalia Romam ad visendos suos proficisci cuperent, ejus rei potestatem fecit; unius Fabricii sequutus fidem, qui *reversuros exactis feriis, nisi pax interea convenisset*, spoponderat. Eaque tum et gravitas senatus, et singulorum fides fuit, ut ad diem a Patribus praestitutam universi Pyrrho se restituerent, postquam obfirmatos suorum animos impellere nequidquam tetendissent.

U. c. 473.

beneficiis vincere nititur.

XXX. Rex enim callidus, hunc temporum articulum sibi tenendum arbitratus, dum adspectu carissimorum pignorum mollitos, et cupidine isthaec retinendi incensos animos, ad belli odia deponenda promptiores haberet, legationem mittere Romam statuit, ut iis conditionibus, quas Fabricio praesenti exposuerat, pacis et amicitiae foedera conjungerentur. Petebat autem, *ut iisdem foederibus Tarentini comprehenderentur: ceteri Graecorum, Italiam incolentium, liberi, et suis legibus agerent: Samnitibus, Apulis, Lucanis, Bruttiis, quae erepta a Romano forent, redderentur: Romani captivos a Pyrrho sine pretio reciperent.* Erat apud Pyrrhum ea tempestate Cineas, cujus supra quoque facta est mentio; vir quum civilium rerum adprime gnarus, tum animo propositoque honestus, et qui naturae proclivem indolem eruditione usuque ad efficacem facundiam exercuisset. Hunc eas ob artes carissimum rex habebat: crebroque praedicabat, *plurium se urbium imperium per eloquentiam Cineae, quam armis suis, adeptum esse.*

Cineas a Pyrrho mittitur Romam.

XXXI. Romam iste quum legatus venisset, callido consilio moras nectens, priusquam senatum adiret, munera passim per illustrium domos Pyrrhi nomine misit. Introductus deinde in curiam, quum, regis virtutem et propensum in Romanos animum multis extollens, de conditionum, quas adferret, aequitate disseruisset, magna pars senatus mota est, ut admittendas esse dubitaret. Quippe super cetera, si socios suos oppugnare desinerent, tanta auxilia pollicebatur, ut iis haud difficulter imperium ceterae Italiae possent acquirere. Sed, quoniam ob magnitudinem rei, sollicitis Patribus, multos in dies extracta deliberatio, pacis futurae suspicionem rumoremque fecerat, Ap.

Cap. XXIX. Plut. in Pyrrho, 44. Appian. apud Fulv. Ursin. Cap. XXX. Flor. 1, 18. Justin. 18, 1. Appian. Plut. in Pyrrho, 28. Cap. XXXI. Zonaras. Plut. ibid. 39. Zonaras.

Digitized by Google

U. c. 473. *Ap. Claudius pacem cum Pyrrho dissuadet.*

Claudius, ob senectam et caecitatem abstinere curia olim solitus, confestim in senatum se deferri lectica jussit: ubi conspectum protinus exceperunt filii generique, honorisque et officii caussa circumfusi deduxerunt ad locum dignitati ejus congruentem.

Appii oratio in senatu.

XXXII. Ibi, quum ipsius rei novitate, tum reverentia viri silentibus omnibus, exspectantibusque, cujus rei caussa post longi temporis desuetudinem senatum ingressus esset, ab incommodo valetudinis exorsus, *sibi quidem hactenus molestam fuisse caecitatem* dixit: *nunc autem non modo illa delectari, ne, quae fierent, videret, sed etiam aegre ferre, quod aures nondum obsurduissent, ne tam foeda et Romano nomine indigna audire cogeretur. Quo enim vobis mentes illae cesserunt? Quo reciderunt spiritus? Certe prae vobis ferre solebatis, quum Alexandri Macedonis gloriam, ut invicti regis, celebrari audiretis, non tam virtuti ejus, quam felicitati, famam istam imputandam esse: nam si Romana in bella fortuna ipsum impulisset, alium longe eventum futurum fuisse, aliamque de eo apud homines opinionem. At nunc, quantum ab ista vestra magnanimitate defeceritis, respicite. Macedonibus superiores vos futuros confidebatis: at nunc Molossos et Chaonas, perpetuam Macedonum praedam, metuitis. Alexandrum contemnebatis: nunc expavescitis Pyrrhum, ne ipsius quidem Alexandri, sed satellitis ejus, satellitem. qui fugiens potius veteres hostes, quam quaerens novos, in Italiam trajecit: quibus copiis ne minimam quidem Macedoniae partem retinere potuit, iisdem, si Diis placet, imperium Romanis quoque paraturus.*

XXXIII. *Hunc igitur nisi grandi infortunio mactatum ejicimus, certum habeamus, alios quoslibet merito nostri contemptu, tamquam ad paratam praedam, ita in Italiam cupide venturos esse. Quid enim aliud de nobis, quam de hominibus ingnavissimis, judicari poterit, si Pyrrhus, in amicitiam receptus, etiam praemium referat illatae nobis ignominiae, quod ejus opera factum sit, ut Tarentinis atque Samnitibus ludibrium Romani debeamus.* Hic fere sensus fuit orationis, quae ab ipso statim Appio est edita: qua omnium adeo sunt inflammati animi, ut, severissimae sententiae auctorem sequuti, consensu decernerent, *bellum prosequendum esse: Cineamque eodem die urbe excedere, Pyrrhoque renunciare* juberent, *neque recipi eum in urbem*, (nam et hoc petitum fuerat) *neque, prius*

Patres bellum decernunt.

Pyrrhum venire in urbem vetant.

Cap. XXXI. Cic. Philipp. 1, 5. Plut. Cap. XXXII. Appianus apud Fulv. Ursin. Ennius apud Cic. Cat. Maj. 6. Plut. Cap. XXXIII. Cic. Cat. 6. et in Bruto, 16. Zonaras. Liv. Epit. 13. L. 2. §. 37. De O. J. Eutrop. l. 2.

Digitized by Google

quam Italiam omisisset, de amicitia et societate agi posse. U. c. 473.

XXXIV. Paris deinde tristitiae decretum ex ejusdem Appii sententia de captivis factum est, *eos neque adversus Pyrrhum duci, neque adeo conjunctim usquam haberi senatui placere; sed alios alia in praesidia mitti, mutata ignominiae ergo militia, ut, qui equo meruissent, peditum stipendia facerent; qui pedites legionarii fuissent, ad levem armaturam transcriberentur: priores ordines recuperaret nemo, nisi bina hostium spolia retulisset.* Ajunt, legatis cum responso tam atroci reversis, miraculo Romanae constantiae adtonitum regem, *qualis urbs ipsa, qualisque senatus visus esset?* interrogasse; responsumque tulisse a Cinea, *urbem templum sibi visam, senatum vero regum consessum esse.* Post haec demum gesta Fabricium ad regem legatum venisse, quidam putant. Sed, praeter aliorum auctorum testimonia, rerum ipsarum recte animadversarum serie erroris haud difficile convincuntur. Pace desperata, conversi ad bellum animi, ac intenta cura facti utrimque adparatus hiemem satis negotiosam habuerunt.

Captivos receptos ignominia adficiunt.

Partium adparatus.

XXXV. Haec fuisse tempora puto, quibus ferunt Pyrrhum, quo naufragiorum casus vitarentur, faciliusque Itali ac Epirotae ad auxilia mutua commeare possent, ab Hydrunte, qua longissime in pelagus procurrit Italia, ad Apolloniam ex adverso situm oppidum pontes jacere cogitavisse, spatio quinquaginta millium: tanto enim intervallo circum eos locos Graeciae Italiaeque litora dirimuntur. Idem postea molitus esse M. Terentius Varro dicitur, quum, piratico bello Cn. Magni legatus, Siculum Joniumque mare classibus observaret. Inter haec Ti. Coruncanius consul, de Vulsiniensibus et Vulcientibus, Etruscorum populis, A. D. Kal. Februarias triumphavit. Insignis eo anno censura fuit, tum primum a plebejae stirpis censore lustro condito. Censa referuntur civium capita ducenta septuaginta octo millia, ducenta viginti duo. Principem senatus per ea tempora Q. Fabium Maximum legi consuevisse constat. hujus filium cognomento Gurgitem censorem tum fuisse, conjectura col-

Censura insignis.

Cap. XXXIV. L. 1. §. 5. de postul. l. 3. tit. 1. Zonaras. Val. Max. 2, 7, 15. Frontin. Strat. 4, 1. Plut. et Justin. 18, 2. et Flor. 1, 18. Liv. 9, 17. Plut. et Appian. Zonaras. Plin. 3, 11. Cap. XXXV. Appian. in Mithridat. Fasti Capit. Liv. Epit. 13. Plin. 7, 41.

Digitized by Google

U. c. 473. *Cn. Domitius primus ex plebe lustrum condit.*

ligitur: Cn. Domitii certum nomen, et, quia lustrum is condidit, jure plebis amplificato nobilitatum est.

Pyrrhus in Apuliam movet. U. c. 474. P. Sulpicio, P. Decio coss.

XXXVI. Vere primo Pyrrhus, contractis sociorum copiis, in Apuliam movit: multaque ibi oppida partim pugnando, partim conditionibus cepit. Adversus quem novi consules, P. Sulpicius Saverrio, P. Decius Mus, cum duobus consularibus exercitibus profecti, castra castris opposuerunt prope Asculum Apuliae urbem, cognominem ei, quae est in Picentibus. Non erat dubium, quin collatis signis depugnandum foret. ceterum, ne per dies aliquammultos hoc fieret, praeter torrentem profundum, qui diversos exercitus interfluebat, etiam mutuo metu cunctabantur. Romanos prioris fortuna proelii, et victor Pyrrhus terrebat: Epirotis formidabilis erat Romanorum pervicacia, et alterius consulis fatale hostilibus legionibus nomen. P. enim Decium, patris avique exemplo, sua morte victoriam suorum redempturum esse, fama vulgaverat: proeliorumque, quibus illi ceciderant, eventus terribiles omnibus Decianae devotionis minas effecerat.

Metus ex superstitione.

Quem Pyrrhus conatur adimere suis.

XXXVII. Eam rem Pyrrhus haudquaquam negligendam ratus, convocatis militibus, adcurate docuit, *Arbitria proeliorum penes Tellurem Deam, aut inferos, qui carmine illo sollicitarentur, esse non posse: neque tam iniquos credi debere Deos, ut in unius hominis vesani gratiam fata exercituum mutent donentve. non praestigiis et superstitionibus, sed pugnando, victorias parari, vel ipsis Romanis testibus, qui non sacrificulorum et vatum agmen, sed armatas militum acies hostibus consueverint opponere. Quia tamen ignari rerum plerumque superstitionum inanium ludibriis, quam veris timendi caussis, acrius percellantur, hunc quoque metum praeverti posse* ostendit, exposito ornatu, quo priores Decii se devovissent, monitisque militibus, *si quis similibus insignibus noscendus occurrisset, ab eo abstinerent tela, vivumque comprehenderent.* Sed ipsi quoque Decio nunciandum curavit, *desineret ineptire inter armatos: neque enim consilium istud successurum esse: et, si vivus venisset in manus, forte graviora passurum, quam voluisset.*

Pyrrhi nuncium ad Decium consulem.

Consulum responsum.

XXXVIII. Responsum a consulibus est: *se armis satis confidere, neque opus habere tantae desperationis*

Cap. XXXV. Onuph. in Fastis. Cap. XXXVI. Zonaras. Eutrop. Cluverii Italia, 4, 12. Zonaras. Cap. XXXVII. Liv. 8, 9. Zonaras.

Digitized by Google

auxilio. id quo magis scire posset, optionem se dare, ipse transire flumen, quod inter exercitus medium fuisse diximus, *an in sua ripa Romanos exspectare mallet. Nam aut reductis copiis transitum regi tutum relicturos esse, aut, eo recedente, transmissuros: quo integro robore congressi, nulla alia in re, quam suis viribus animisque, spem victoriae reposuisse demonstrent.* Puduit Pyrrhum timoris aut dubitationis signum ullum edere. quare, posteriore accepta conditione, transeundi fluminis potestatem hostibus fecit. Levior jam sua sponte belluarum terror erat, ipsa consuetudine videndi: manusque earum facillime amputari posse, pugnae prioris experimento constabat, qua C. Minucius, quartae legionis primus hastatus, uno gladii ictu proboscidem elephanti praeciderat. Sed tum alia quoque praesidia excogitaverant tutioris audaciae. Equi ferreis obducti laminis currum trahebant, et ipsum contis ferro praefixis horrentem: in curru erant collocati milites, qui belluas irruentes missilibus aut igne jacto averterent.

U. c. 474.

Praesidia excogitata contra elephantos.

XXXIX. Cum hoc adparatu transgressis flumen legionibus, Pyrrhus ex diverso exercitum instruxit, pro usu, quem, iis in rebus maximum, cum singulari quadam ingenii sagacitate, supra ceteros ejus aetatis imperatores excellentem habere credebatur. Animadverso igitur loci genio, qui propter asperitatem soli et enata passim virgulta non nisi pedestrem aciem pateretur, equitatum elephantosque locavit in subsidiis: dextrum cornu suis militibus et Samnitium auxiliaribus copiis firmavit; Bruttios, Lucanos, Sallentinos, esse jussit in sinistro: Tarentinos, quorum virtuti minus credebat, in mediam aciem recepit. Consulum acies legionarios habebat milites, auxiliis levis armaturae aptissime intermixtis: parique ingenio et temperamento subsidiorum ordines distinxerant. Equitatus in cornua diffusus, neque impedimento futurus erat pedestri proelio, et, si quis casus agendae rei viam aperuisset, praesto erat. Inter exercitus, non animis tantum, sed etiam numero pares, (quadraginta utrimque millia fuisse constat) haud segnius, quam debuit, certatum est. Ancipiti adhuc victoria proelium nox diremit.

Pyrrhus exercitum instruit.

Consulum acies.

Cap. XXXVIII. Plin. 8, 7. Flor. 1, 18. Oros. 4, 1. Veget. de re Milit. 3, 24. Zonaras. Cap. XXXIX. Ammian. Marc. princ. l. 24. Liv. 35, 14. Plut. in Pyrrho, 46. Frontin. Strat. 2, 3. Plut.

Digitized by Google

U. c. 474. *Proelium Pyrrhi cum Romanis alterum.*

XL. Postera luce Pyrrhus, quum impeditiora loca praesidiis praecepisset, in campum paullo aequiorem Romanos descendere coëgit. ibi elephantorum aliquis usus fuit. alia parte aciei, quam qua currus adversum eos parati constiterant, subito inducti, equos hostium, sicuti priore proelio factum fuerat, perterritos averterunt in fugam: peditibus nihil magnopere nocuerunt. Valde diversa istius pugnae fama est. Secundum Romanos eventum fuisse quidam auctores sunt, etiam casu adjuvante victoriam: quum adversus Apulos impedimenta diripientes, missae regis imperio cohortes, ceteris copiis fugientium speciem discessu suo praebuissent, eoque metu et errore facta apud regios fuga esset. Quin et caesorum ingens numerus exprimitur: viginti millia de Pyrrhi exercitu, victorum ad millia quinque desiderata. Regem ipsum, brachio pili jactu transmisso, graviter vulneratum, quum fugientes retinere nequivisset, postremum fere omnium a satellitibus suis ex acie relatum: signa capta ex hoste tria et quinquaginta, Romana vero undecim amissa esse. Fabricium quoque, legatum alterius consulis, vulnus accepisse.

Cujus valde diversa fama.

Aliorum narratio.

XLI. Ex diverso parem hujus atque superioris proelii fortunam fuisse alii tradiderunt: et vicinia castrorum defensos Romanos minus quidem sensisse detrimenti, sed tamen confessa fuga discessisse, sic quoque sex millibus amissis: de exercitu Pyrrhi tria millia quingentos et quinque cecidisse, idque in commentarios regios relatum esse, Hieronymus scribit. Atque haec tanta non varietas modo, sed etiam pugna scriptorum me valde movet, ut iis potius credendum esse judicem, qui dubio eventu pugnatum esse tradiderunt. Solet enim, quotiens pari fere damno discessum est, utraque pars sibi adserere victoriae famam; quam deinceps aliorum negligentia, aliorum improbitas temere committit literis: pessimo facinore, magnaque cum infamia eorum, qui, pro veris atque compertis, inani rumore vulgata, aut adfectu serviliter corrupta, posteritati prodiderunt.

Unde dubius eventus fuisse colligitur.

Annalibus etiam non-

XLII. Quare propior vero videtur eorum annalium narratio, qui semel tantum ad Asculum pugnatum esse

Cap. XL. Zonaras. Frontin. Eutrop. l. 2. Dionys. apud Plut. Flor. 1, 18. Oros. 4, 1. Cap. XLI. Justin. 18, 1. Plut. Liv. Epit. 13.

Digitized by Google

referunt: et post acerrimam contentionem ac multas utrimque caedes, sole jam occaso, vulnus regis et direptorum impedimentorum casum, dirimendae pugnae locum, licet aegre, fecisse. Tum receptui signum esse datum in utroque exercitu, quum jam utrimque millia circiter quindecim occubuissent. Atque hoc fuisse tempus, quo Pyrrhus cuidam quasi de victoria gratulanti responderit: *si denuo sic vincendi sunt Romani, periimus.* Adfirmant etiam hanc opinionem, quae sequuta sunt. Nam et Pyrrhus Tarentum concessit: et consules, hostem non insequuti, copias in hibernis per Apuliae oppida distribuerunt, quum anni tempus, et ratio belli, potius victoriam tam illustrem prosequi, alterum facile passum fuisset, altera etiam omnino coëgisset. Accedit, quod neque triumphatum ab his consulibus reperio. Sed et P. Decium consulem eo proelio se devovisse, seque, post patrem et avum pari genere mortis sublatos, e continenti genere fertiam victimam reipublicae praebuisse, multi putant: quod, historiis omnibus silentibus, ne referendum quidem, nedum refellendum, putavissem, nisi magnus auctor M. Tullius Cicero in philosophicis quidem libris, sed loco non uno, posuisset.

U. c. 474. *nullis eo ducentibus.*

Et iis, quae postea facta sunt.

XLIII. Pugna ad Asculum, quocumque eventu certata, reliquum anni quietum a bellicis expeditionibus habuit: sed consultationibus et adparatuum cura tempus omne consumptum est. Pyrrhus, quum veterum copiarum magnam partem, ducumque et amicorum plerosque perdidisset, in Epirum misit, cum mandatis, ut veniente vere milites et pecuniae sibi mitterentur. Sed, priusquam classis ea instrui posset, novae spes exortae consilium regis mutaverunt. Macedoniam olim Demetrio ademptam Pyrrhus tenuerat, deinde Lysimachi vi extortam amiserat. hanc iterum novae occasioni aperuisse videbatur Ptolemaei Cerauni casus, qui, a Gallis interfectus, dum bellum in Italia gerit Pyrrhus, uti turbatum regni statum, ita vacuam possessionem reliquerat. ea ratio suasit, ne copiis militaribus Epirus nudaretur: simul ne pateret injuriis Gallorum, vicinam adhuc Macedoniam urentium. Neque tamen eo tum accessit, in Siciliam vocantibus aliis caussis, ut postea trademus.

Macedoniae inhias Pyrrhus.

Cap. XLII. Dionys. apud Plut. Zonaras. Cic. Tusc. Quaest. 1, 3-. et de Finibus, 2, 19. Cap. XLIII. Plut. Zonaras. Plut. in Pyrrho, 20. et 24. Idem ibid. 48. Diod. Eclog. ex l. 22. Plut.

Digitized by Google

U/c. 475. C. Fabricio II. Q. Aemilio II. coss.

XLIV. Hieme inter has curas circumacta, novi consules ad exercitum venerunt, C. Fabricius Luscinus, Q. Aemilius Papus, qui alium quoque consulatum una gesserant. Hoc audito Pyrrhus etiam contra eduxit copias, et observare consilia hostium instituit. Quum ita castra utrique locis haud valde distantibus haberent, res evenit ad memoriam celebris, et a plerisque non ita magno dissensu tradita. Timochares quidam Ambraciensis, in amicitia regis honestum gradum obtinens, ad C. Fabricium consulem furtim accessit, regem, si praemium ejus rei dignum daretur, veneno tollere pollicitus. Id vero se per filios suos facile consequuturum autumabat, quod inter pocillatores regios illi haberentur. Fabricius, minime delectatus proditione, rem tamen perscripsit ad senatum. Senatus legatos ad Pyrrhum misit, Timocharis quidem, qui quomodocumque Romanis prodesse statuisset, insidias non indicaturos; sed monituros in universum, *uti rex ageret circumspectius, videretque, quorum hominum, quamque fidelium, ministeriis uteretur.* Haec ita apud Valerium Antiatem leguntur.

Timochares Pyrrho venenum parat.

Sive ille Nicias fuit.

XLV. At Claudius Quadrigarius pro Timochare Niciam veneficii istius promissorem prodit: neque legatos a senatu missos, sed a consulibus; literis quoque consulum recensitis, quibus, detecto Niciae consilio, negant, *se dolis aut pecunia pugnaturos, sed virtute et armis: salvumque ab insidiis regem optare* ajunt, *quem suae victoriae suorumque triumphorum splendidum sperarent materiam fore.* Sunt qui medicum regis Fabricium eo de negotio coram aut literis adiisse, consulisque indicio poenas dedisse regi tradiderint, suspendio necatum. Sed, ut haec dubitationem habere possent, certum est errare, qui medicum a Curio ad regem remissum esse scripserunt. Ajunt Pyrrhum, hoc tantae virtutis experimento stupentem, exclamasse: *Hic est ille Fabricius, qui difficilius ab itinere justi et honesti, quam a cursu suo sol, averti possit.* Statim certe, ne vinci beneficio videretur, captivos, quos habebat, omnes Romanis restituit, Cineamque denuo misit ad pacem et amicitiam impetrandam. Minime decorum visum est, vel donum ab

Pyrrhus iterum pacem offert.

Cap. XLIV. Zonaras. A. Gell. 3. 8. Cic. de Off. 3, 22. Val. Max. 6, 5, 1. Zonaras. A. Gell. Liv. 39, 51. Cap. XLV. Ammian. 30, 5. A. Gell. Tac. Annal. 2, 88. A. Gell. Liv. 42, 47. Claudian. de B. Gild. v. 271. Plut. in Pyrrho, 45. et in Apophth. R. Flor. 1, 18. Eutropius. Plut. in Pyrrho.

Digitized by Google

hoste accipere, vel ob lucrum potius, quam amore virtutis, a facinore abhorruisse videri. Gratis igitur ne acciperentur captivi, totidem pro his alii Tarentinorum Samnitiumque missi sunt. U. c. 475.

XLVI. Hanc publicam abstinentiam conspectiore mox fama privatorum est sequuta gravitas; quum Pyrrhi munera (multa enim et pretiosa utrique sexui Cineas adtulerat) non a viris modo omnibus, sed etiam a mulieribus, repudiata sunt. quo quidem tempore, quum aspernantibus, quibus primum oblata fuerant, ad alios aliosque deferrentur; nemo vir mulierve tam aut tenuis, aut cupidus inveniri potuit, ut recipiendis regiis muneribus ostium domus suae patere vellet. Legatis deinde prius responsum redditum: *donec Italia Pyrrhus excessisset, hostem eum populo Romano fore.* Perplexum hisce regem, et neque bellum laeto animo prosequentem, neque cupientem cum aliqua dignitatis jactura discedere, extricare visa est Siciliensis expeditio, quam, post longam et ancipitem deliberationem, tandem statuit suscipere. Sic enim et Romanum bellum honeste declinari posse sperabat, et imperium insulae locupletissimae occupari, simul vindictam de Carthaginiensibus, ut prior ab ipsis lacessitus, sumere cupiebat.

Abstinentia Romanorum.

Siciliensis expeditio Pyrrhi.

XLVII. Nam illi, suspecto regis consilio, paullo ante Magonem ducem cum centum viginti navium classe miserant, *adversus externum hostem externis etiam auxiliis populum Romanum adjuvandum esse*, dictitantes: et quamquam illorum opera Romani non sunt usi, senatu respondente, *se consuevisse talia bella suscipere, quae suo milite geri possent;* foedus tamen inter utrumque populum quarto renovatum est. Prioribus capitibus additum, *ut, sive Romanus populus, sive Poenus, cum Pyrrho foedus faceret, nominatim exciperetur, ut his populis invicem auxiliari liceret, uter eorum bello peteretur: utque, quoties utrivis eorum auxilio opus esset, naves a Carthaginiensibus praeberentur: stipendia suis quisque daret: auxilia Punica Romanos mari juvarent; exire navibus invita ne cogerentur.*

Foedus cum Carthaginiensibus renovant Romani.

Auxiliorum invicem dandorum leges.

XLVIII. Quo confecto, per specicm pacis conciliandae Pyrrhum adierat Mago, speculaturus consilia

Mago speculatur consilia Pyrrhi.

Cap. XLV. Frontin. Strat. 4, 4, 2. Cap. XLVI. Plut. Appian. apud Fulv. Ursinum. Liv. 34, 4. Justin. 18, 2. Val. Max. 4, 3, 14. Zonaras. Appianus. Cap. XLVII. Justin. 18, 2. Val. Max. 3, 7, 10. Liv. Epit. 13. Polyb. 3, 25. Cap. XLVIII. Justin.

Digitized by Google

U. c. 475. regis, quem in Siciliam acciri Carthaginienses audierant; classemque Romanis obtulerant, non tam illorum caritate curaque, quam ut Pyrrhus, Italico bello implicatus, res Poenorum in insula magnis successibus efflorescentes non everteret. Tum quoque fretum, qua in Siciliam trajectus est, magno numero navium observabant, Rhegii quidem obsidendi studium praeferentes, sed verius, ut Pyrrho transmittere cupienti viam intercluderent. His igitur de caussis ad Siciliensia negotia adjecit animum: spes ipsi magnas faciente quum rerum ipsarum statu, tum etiam legationibus Siculorum, quae, aliae super alias ex insula venientes, *omnium votis expetieum* adfirmabant, *tamquam unicum levamen malorum, quibus miserrima terrarum numquam acerbius conflictata esse videbatur.*

Sicilia miserrima terrarum.

Siculorum intestina bella.

XLIX. Nam post Agathoclis miserabilem magis, quam indignum, exitum, Maeno quidam, Aegesta Siciliae urbe oriundus, qui et venenum regi dederat, adfectata tyrannide, a Syracusanis Hiceta praetore pulsus, ad Carthaginiensium opes se contulerat. ita bellum gravius, et Syracusanis adversum fuit, per quod tamen privatim opes Hicetae creverunt. qui postea, versis in Agrigentinum Phintiam armis, inquietam diu insulam tenuit; donec Thoenionis cujusdam audacia principatu, quem nonum jam annum obtinebat, pelleretur. Thoenioni dominationem retinere nitenti exortus est adversarius ex Syracusana nobilitate Sosistratus: diuque certatum inter hos armis est, Insulam, quae Syracusanae urbis pars est, (ipsi *Nasum* vocant) obtinente Thoenione, quum in cetera urbe Sosistratus tyrannidem ageret. Postremo, quum utrimque nihil ex his discordiis, praeter communem interitum, imminere cernerent, vocandum esse Pyrrhum consensu decreverunt: qui, gener Agathoclis, filio ex Lanassa suscepto, successioni proximus, animoque et viribus ad constituendas res Siciliae suffecturus habebatur. His accedebant Agrigentini Leontinique principes, qui et ipsi, suarum urbium, totiusque adeo insulae, imperium offerentes, una voce rogabant, *ut quamprimum in Siciliam trajiceret, fessis rebus, et laboranti sub barbarorum armis libertati, praesentia sua succursurus.*

Pyrrhus vocatur in Siciliam.

Cap. XLVIII, Diod. Eclog. ex l. 22. Cap. XLIX. Diod. Eclog. ex l. 21. Diod. Eclog. ex l. 22. Liv. 25, 24. Diodor. Appian. apud Fulv. Ursinum. Plut. in Pyrrho. Justin. 18, 2.

Digitized by Google

L. Carthaginienses enim, Syracusanorum agris vastatis, ipsam quoque urbem classe centum navium et pedestri quinquaginta millium exercitu terra marique clauserant. Igitur Pyrrhus, non ultra differendum ratus, Cineam, cujus ingenio fideque plurimum uti consueverat, praemittit, cum Siculis civitatibus conditiones legesque foederum et amicitiae compositurum. Ipse, socios discessum aegrè ferentes consolatus, *si a Romanis premerentur, e vicina insula in tempore adfuturum esse, novorum etiam sociorum accessione instructiorem*, spopondit. Quum autem praesidium in urbe Tarentina relicturus esset, aegre passi Tarentini, *ut sibi vel praestaret promissum auxilium iis conditionibus, quibus venisset, aut saltem urbem suam relinqueret liberam*, postulaverunt. Neutra res impetrari potuit, nihil aequi respondente Pyrrho, sed jubente suum tempus exspectari.

U. c. 475. *Carthaginienses Syracusas obsident.*

Tarentini nihil impetrant a Pyrrho.

LI. Has inter curas Epirotae regis, consulibus bellum adversus ceteros hostes facilius fuit. Res itaque contra Etruscos, Lucanos, Bruttios et Samnites prospere gestas hoc tempore lego. Cum Etruscis minus fuisse certaminum adparet, quod ex eo bello triumphatum non est. Neque cum universa gente, sed cum una aut altera civitate, pugnatum esse puto, quae, a Samnitibus, discessu Pyrrhi se nudari sentientibus, acrius sollicitatae, posita nuper adversus Romanos arma resumpserint. Ceteris in populis, uti major aliquanto belli moles, ita victoria illustrior fuit. C. Fabricius consul, profecto, ut conjectura est, in Etruscum bellum collega, quod, Epirotis cessantibus, unus consularis exercitus sufficere videretur, Lucanos, Bruttios, Tarentinos, Samnitesque cecidit: civitates aliquot, in quibus et Heracleam, adstrinxit foederibus: deque his populis omnibus ante diem Idus Decembres triumphavit.

Etrusci vincuntur a Romanis.

Item alii populi Italici.

LII. Comitiis deinde peractis, consules in annum sequentem designati sunt P. Cornelius Rufinus iterum, C. Junius Brutus iterum. Cum Rufino nobiles etiam alii petierant; sed, hic ut fieret, effecit Fabricii favor: qui, tempora reipublicae habens in consilio, patriae salutem privatis inimicitiis anteponebat. Nam ex dissimilitudine morum si-

Cap. L. Diodor. Plut. Appian. Plut. Cap. LI. Liv. Epit. 13. Eutrop. l. 2. Cic. pro Balbo, c. 22. Fasti Capitol. Cap. LII. Quintilianus, 12, 1.

Digitized by Google

U. c. 475. *Simultas inter Rufinum et Fabricium.*

multas inter hos fuerat, quum Fabricius, egregie firmus adversum pecuniam, una communis boni cura duceretur; Rufinus, opum cupidior, multa privati quaestus studio consuleret ageretque. Verumtamen, quum cetera industrius et bonus imperator esset, competitoribus, haudquaquam pari armorum peritia et usu praeditis, Fabricius praeferendum esse judicaverat. Ferunt, quum ei gratias deinde Rufinus ageret, *quod se homo inimicus consulem fecisset; bello praesertim magno et gravi*, respondisse: *non esse mirandum, si compilari, quam venire, maluerit.* Magna enim bellorum moles in Italia supererat: et, Pyrrho in Sicilia (erat enim jam transgressus) omnia sibi prona reperiente, haud abs re metuebatur, ne paullo post, auctis accessione nobilis insulae viribus, ad bellum Romanum gravior hostis reverteretur.

Pyrrhus in Siciliam transgressus.

Cap. LII. Dio apud Vales. Cic. de Or. 2, 66. A. Gell. 4, 8.

Digitized by Google

EPITOME

LIBRI DECIMI QUARTI.

Pyrrhus in Siciliam trajecit. Quum inter alia prodigia fulmine dejectum esset in Capitolio Jovis signum, caput ejus per aruspices inventum est. Curius Dentatus, quum delectum haberet, ejus, qui citatus non responderat, bona primus vendidit.

Pyrrhus in Siciliam trajecit] *Siciliam trajecit*, sine praepositione, Leid. Id probari posset, si plures Msti consentirent. V. quae notantur ad 33, 41, 6. Nunc unius testimonio credere non audeo.

Dejectum esset in Capitolio Jovis signum, caput ejus per aruspices inventum est] Rycquius de Capit. c. 15. putat, hic eamdem historiam relatam fuisse a Livio, quam narrat Cic. 1. de Divin. 10. et 2, 19. DUK. Locum mutilum esse credidit Pighius in Annal. ad ann. CDLXXVII. p. 438. Rationem sententiae, quam addere neglexit, sponte videre nequeo; nisi forte crediderit, desiderari Jovis cognomen. Nihil etiam mutant codd. nisi quod *per auspicem* legat Boend.

Quum delectum haberet, ejus, qui citatus non responderat, bona vendidit] Vet. lib. *bona primus vendidit*. Hac de re sic Varro [in *Γεροντοδιδασκάλῳ*,] ut est apud Marcell. [in v. *Tenebrio*.] *Manius Curius consul in Capitolio cum delectum haberet, nec citatus in tribu civis respondisset, vendidit tenebrionem*. Valerius et bona et ipsum, qui citatus erat, veniisse a Curio scribit l. 6, 3. SIG. Vocem *primus*, quam in Norvic. deesse Hearnius notavit, inveni in Leid. Voss. Berg. Lovel. et Boend. Ulterius progressus hinc Lipsius, ut auctor Valerio Max. consentiret, scribendum conjecit *bona primum, mox eum vendidit*, 1. de Milit. Rom. 4. Praeterea *qui tacitus non responderat*, trajectis syllabis, Berg. V. ad Liv. 22, 12, 7. At *citare* in hac re verbum proprium. Liv. 2, 29, 2. *Citari nominatim unum ex iis, qui in conspectu erant, dedita opera jubent*. Valerius Maxim. hanc ipsam historiam referens, 6, 3, 4. *Primum nomen urna extractum citari jussit*. Varro etiam in loco a Sigon.

Digitized by Google

Pyrrhum iterum ex Sicilia in Italiam reversum vicit, et Italia expulit. Fabricius censor P. Cornelium Rufinum consularem senatu movit, quod is decem pondo argenti facti haberet. Lustro a censoribus condito, censa sunt capita civium ducenta

laud. Et ita saepe alibi. Praeterea *respondit* Leid. *responderet* Voss.

Pyrrhum iterum ex Sicilia in Italiam reversum vicit] Vet. lib. *Iterum Pyrrhum*. praeclare: est enim aliud *iterum reversum* et *iterum vicit*. est autem *iterum vicit* intelligendum. SIG. Sigonius videtur existimasse, *iterum reverti* semper esse secundo reverti. Non dubium est, quin hoc ita recte dicatur, ut in Cic. pro Flacco 21. *Iterum iste Romam se retulit*. Sed interdum *iterum reverti* nihil aliud est, quam *reverti*, quod idem noto pleonasmo τῦ *rursus* etiam *rursus reverti* dicitur. Sic Virgil. 6. Aen. 720. *iterum ad tarda reverti Corpora*, et vers. 751. *rursus in corpora velle reverti* eadem sunt. Et in hoc Ovidii 3. Art. Am. 63.

Nec, quae praeteriit, iterum revocabitur unda,

iterum revocabitur nihil aliud est quam *revocabitur*. Si, quod Sigonius vult, conjungas *iterum vicit*, Auctor epitomes dicit, hanc fuisse secundam Curii de Pyrrho victoriam. Nam de secunda pugna Romanorum cum Pyrrho ipse Epit. 13. scribit: *Iterum adversus Pyrrhum dubio eventu pugnatum est*. Sed, Pyrrhum bis a Curio victum, nemo, quod sciam, prodidit. DUK. Ita etiam Berg. Lovel. et Boend. Sed vulgatum servat Voss. *Item Pyrrhum ex Sicilia* legit Leid. Solent autem *item* et *iterum* saepius in membranis commutari. V. Cel. Burman. ad Suet. Caes. 36. et Aug. 16. ac 25. Adde, quae notantur ad Livii 2, 8, 9. 4, 2, 10. c. 8, 1. c. 21, 6. c. 23, 1. c. 49, 7. c. 54, 1. 4, 19, 6. ad Epit. Liv. 20. et alibi saepe. Hic autem vel cum Voss. legendum *Pyrrhum iterum*, vel cum Leid. *Item Pyrrhum*. Certe *Iterum Pyrrhum* etc. *vicit*, quod praeclarum Sigonio videbatur, ferri nequit. Bis enim antea cum Pyrrho dimicatum fuerat, et primo quidem *parum prospere*, postea *dubio eventu*, ut supra refertur Epit. 13. Non itaque nunc *iterum vicit*. Si autem prius malis, *iterum reversum* dictum erit, ut *rursus revocare* apud Livium 9, 27, 1. *rursus reducere* 43, 20, 4. et similia saepe.

Quod is decem argenti pondo facti haberet] Ita primus edidit Gruterus, inserto pronomine *is*, quod superest in Leid. Voss. Berg. Lovel. et Boend. Sed in Norvic. suo deesse monuit Hearnius. Praeterea *pondo decem argenti facti* Lovel. *decem pondo argenti facti* Leid. Voss. Berg. et Boend. Paullo ante *Ruffum*, pro *Rufinum*, Berg. et Boend. Sed reliqui codd. vulgatum servant, idemque cognomen ipsi alii, qui ejus meminerunt, dant scriptores. Insuper si verum est, eorum, qui *Rufi*, *Albi*, *Corvi* dicti sunt, posteros *Rufinos*, *Albinos*, *Corvinos* dictos esse, ut viri docti docuerunt ad Liv. 7, 26, 12. hic Cor-

Digitized by Google

septuaginta unum millia, ducenta viginti quatuor. Cum Ptolemaeo Aegypti rege societas juncta est. Sextilia virgo Vestalis, damnata incesti, viva defossa est. Coloniae deductae sunt Posidonia et Cosa. Karthaginiensium classis auxilio Tarentinis ve-

nelius, *Rufinus* potius, quam *Rufus*, dicendus erit, si quidem jam ante quinquaginta, et quod excurrit, annos memoretur *P. Cornelius Rufinus* dictator apud Livium 8, 17, 3.

Censa sunt capita civium ducenta septuaginta unum millia, ducenta viginti quatuor] Placet legi *CCLXXXI millia*, ut singulis lustris numerus civium augeatur. Nam tertio ante lustro censa sunt *CCLXXII millia*; altero vero *CCLXXVIII*. hoc *CCLXXXI* proximo insequenti *CCXCII*. SIG. Decem millia Sigonius addidit: mihi tamen necessarium non videtur, labefactata Epiroticis cladibus civitate, singulis lustris numerum civium augeri. DELR. Nulli codd. Sigonio numerum augenti favent. Quin etiam minuit Voss. *CCLXI millia*, *CCXXIII* praeferens. Ob grave autem cum Pyrrho bellum potuit numerus civium hoc lustro potius deminutus, quam auctus, esse. V. Livium 27, 36, 7. Praestare igitur videtur, ut nihil mutemus. Ultima pars *ducenta viginti quatuor* exsulat a Leid. sed ejus loco *et CCXXXIIII* legit Boend.

Cum Ptolemaeo Aegypti rege societas juncta est] Vox *societas* non adparet in Boend. qui insuper legit *macta est*. sed *conjuncta est* Leid. Male. V. Epit. 44. *Τὸ est* omittitur in Hearnii N.

Sextilia virgo Vestalis damnata incesti] *Septilia* Voss. et Boend. Deinde *damnata incestu* Voss. V. ad Epit. 8. Neque hoc placet. V. ad Liv. 8, 15, 8. *incesti damnata* Boend.

Coloniae deductae sunt Posidonia et Consa] *Cossa* legendum est. Vellejus l. 1, [14.] *Cossam et Paestum* colonias deductas ait *Fabio Dorsone, Claudio, Canina consulibus*. Et Plin. 3, 5. *Cossam Vulcientium coloniam* deductam ait. Ita enim lib. vet. SIG. *Prosidonia* Boend. *Possidonia* Leid. Voss. Berg. Lovel. et Norvic. Male. Creditur enim Graece dicta esse a voce *Ποσειδῶν*, quae plerumque *Paestum* dicitur. V. Cluver. 4. Ital. ant. 14. p. 1255. Deinde *Consa* Boend. et Norvic. *Conssa* Berg. *Cosa* Leid. Voss. Lovel. et Hearnii N. quod recepi. V. ad 22, 11, 6.

Karthaginensium classis auxilio Mamertinis venit] Primum intelligendum est, placere antiquis grammaticis *Carthaginiensium* dici, quod a casu dandi ejusmodi nomina edantur, additis syllabis *ensis*, idque praeceptum versu Ennii confirmari:

Hostem qui feriet, mihi erit Carthaginiensis.

Deinde vero vocem *Mamertinis* mendum continere. Neque enim de Mamertinis adhuc dicendi locus est, verum initio belli Punici. Et Mamertinis quidem etiam tum non Poeni, sed Romani, venerunt auxilio. *Tarentinis* autem reponendum est, non solum quia

Digitized by Google

nit. quo facto ab iis foedus violatum est. Res praeterea contra Lucanos, Samnites, et Bruttios feliciter gestas, et Pyrrhi regis mortem continet.

ita habent manuscripti libri, sed etiam quia Anno Carthaginiensis apud Livium l. 21, [10, 8.] factum esse significat, cum aït: *Sed ut Tarento tum et Italia non abstinueramus ex foedere, sic nunc Sagunto non abstinemus.* Sic Orosius [4, 3.] ut ibi dicam. SIG. *Carthaginiensis*, non *Carthaginensis*, scribendum esse, Gronovius etiam infra docuit ad 28, 26, 1. Deinde *Mamertinis* superesse in Norvic. Hearnius auctor est. *Mameretinis in auxilium venit* legit Boend. Sed *auxilio Tarentinis venit* recte Leid. Voss. Berg. et Lovel. Sigonii emendationem probat etiam Fabric. ad d. l. Orosii.

Contra Lucanos, Samnites, et Bruttios] *contra Lucanos, Bruttios, et Samnites* Boend. *contra Lucanos, et Bruttios, et Samnites* Berg. et Lovel. *contra Lucanos, et Samnites, et Bruttios* Leid. et Voss. Vide ad Epit. praec.

Pyrrhi mortem continet] Vet. lib. *Pyrrhi regis mortem.* SIG. Similiter etiam Leid. Voss. Berg. Lovel. Boend. et Hearnii N. atque ed. Rom. princeps. Vox *regis* non reperitur in Norvic.

JO-

Digitized by Google

JOHANNIS FREINSHEMII

SUPPLEMENTORUM LIVIANORUM LIBER IV.

IN LOCUM LIBRI XIV. T. LIVII.

I. Dum haec in Italia geruntur, Pyrrhus, exercitu et elephantis in naves impositis, ex Tarentino portu in Siciliam trajecit, postquam biennium et menses praeterea quatuor in Italia fuisset. Deductus a Thoenione, qui cum navibus occurrerat, maximaque Siculorum alacritate exceptus est, oppida sua, copias, pecunias, naves, certatim tradentium. Ideoque Graecarum urbium omnium imperio brevi potitus, etiam Punicam ditionem universam armis obtinuit, una excepta urbe Lilybaetana, quam opportunitate situs adjuti Carthaginienses, nequidquam oppugnante Pyrrho, retinebant. Unde non absque caussa spes ingentes animo complexus, relictis maximo filiorum patriis opibus, ex duobus reliquis, regem alterum Italiae, alterum Siciliae constituere agitabat.

U. c. 476. P. Cornelio II. C. Junio II. coss.

Pyrrhus magna Siciliae parte potitur.

II. Erat omnino regis istius ea tempestate magna fama, magnaeque virtutes: et Siculi per annos sane multos externa simul ac civilia bella, et, nocentius utrisque malum, tyrannidem passi, vel mediocrem aliquem principem gratantibus animis laturi videbantur. Sed tamen ipse, paullo post ad exigendas ab invitis pecunias et potentiorum caedes versus, odium immane concitavit; etiam adcedentibus cupiditatibus et adrogantia ministrorum, quorum ei vitia non minus ubivis, quam sua, nocuerunt. Adeo post primam illam et praecipuam curam, ut ipsi quam optimi sint, nulla aut dignior, aut salubrior esse regibus sollicitudo potest, quam ut amicos ex virtute deligant: quando inter privatos ob suam quisque culpam exosus est, principibus etiam aliena peccata imputantur. Sed haec postea sequuta sunt.

Pyrrhi destinata.

Regibus amicorum vitia non minus nocent, quam sua.

Cap. I. Appian. apud Fulv. Ursinum. Liv. Epit. 14. Diodor. Eclog. l. 22. Dionys. apud Vales. Diod. Eclog. Justin. 23, 3. Cap. II. Plut. in Pyrrho, c. 31. Dionys.

Digitized by Google

U. c. 476.

III. Tum vero, calentibus adhuc ſtudiis, primum a Tauromenitanorum principe Tyndarione, (nam ea parte inſulae primum adpulerat) mox a Catanensi populo maximis honoribus acceptus cultusque, cum pedeſtri exercitu Syracuſas verſus proceſſit. Claſſem haud procul litoribus circumduci juſſit, paratam inſtructamque: nec enim citra proelii discrimen aditum ad Syracuſanam urbem daturae Carthaginiensium naves videbantur. Sed evenerat, ut paullo ante hoc tempus triginta naves Punicae alios ob uſus a claſſe discederent; quae quia nondum reverterant, cum reliquis aleam belli tentare Poenorum imperator recuſabat. Igitur nemine prohibente ingreſſus, Thoenione et Sosiſtrato tradentibus, pecuniam publicam, naves tectas centum viginti, apertas viginti, tela, machinas, ceterumque belli adparatum accipit. Hoc agenti superveniunt a Leontinis legati, quorum princeps Heraclidas urbem suam regi, praetereaque copias, peditum millia quatuor, equites quingentos, offerebat. Neque segnius aliis ab urbibus occurſum eſt, quodam veluti torrente fortunae. Pyrrhus humaniter exceptos habitosque, conciliata omnium voluntate, suam quemque in civitatem remisit; ampliores jam animo spes agitans, et, si destinata porro ita fluerent, etiam in Africam transiturus.

Pyrrhus Syracusas procedit.

Leontini accedunt Pyrrho.

Aliaeque urbes.

IV. At sociis ejus in Italia haud perinde laetae res erant: quos, abſente rege et robore exercitus, adverſus infeſtiores quotidie Romanos Milo, cum parte copiarum Tarenti relictus, non satis tutabatur. Hactenus tamen profuit, ut, Tarentinis ad tempus dilatis, ambo conſules in Samnium signa converterent. Samnites quum agros suos uri, caſtella expugnari, totam belli molem in se verſam, seque a sociis derelictos eſſe cernerent; animis ac viribus impares, desertis oppidis atque vicis, in montes excelsos et arduos, cum uxoribus suis liberisque, ac cariſſimis rerum, quas inter tumultum et trepidationem avehere potuerant, se receperunt. Apud Romanos, praeter aemulationem ducum, etiam ex rebus proſperis et metu hoſtium negligentia orta erat, perpetua felicitatis comes. Ea cauſſa et damni aliquid, et aliquanto plus ignominiae adtulit. Quippe milites, per abrupta et invia contemptim repentes, loco adjutus Samnis

Interea socii ejus Italici laborant.

Negligentia Romanorum ex rebus prosperis.

Cap. III. Diod. Eclog. Dionys. Diodorus. Plut. Diod. Eclog. l. 22. Cap. IV. Zonaras.

Digitized by Google

pepulit fuditque: multi saxis telisve obruti, aut in praecipitia deturbati, interierunt: alii, quum neque receptus copia, neque pugnandi facultas esset, vivi capti sunt. U. c. 476.

V. Hic casus ducibus ad disjungendas iterum copias incitamento fuit: quum, in collegam infelicis coepti collata culpa, se quisque, si solus fuisset, melius atque prosperius rem gesturum fuisse praedicaret. C. Junius cum suis legionibus in Samnio mansit. P. Cornelius in Lucanos et Bruttios convertit impetum. Ibi terrorem cladesque belli populationibus agrorum et villarum incendiis circumferenti, majoris aliquanto rei tentandae occasio nata est. In extrema Italiae ora, qua Orientem versus et Jonium mare Lacinii promontorii cornu protenditur, Croton est, veteri fama, et tum quoque non poenitendis opibus, inclita. Mediam iis temporibus interfluebat Aesarus, juxta quem frequentia utrimque aedificia murus duodecim millia passuum in circumitu patens ambibat. Hanc, aperta obsidione cingere non ausus, consul proditione occupaturum confidebat: quod a compluribus Romanae factionis hominibus spes ei facta erat, posse urbem, praesidio externo destitutam, studiis et auxilio eorum, quibus Pyrrhi dominatio gravis esse coepisset, recipi, si copias mature muris admovisset.

P. Cornelius Lucanos et Bruttios vastat.

Crotonem occupat.

VI. Sed per eosdem forte dies, sive metu hostilis in vicinia exercitus, sive jam proditione, quae plerumque tegi diu non potest, suspecta, Crotonienses praesidium a Milone acciverant: veneratque Nicomacho duce Lucanorum valida manus, quae ignarum rei consulem, nulloque periculi metu confidentius ad moenia suggressum, eruptione subito facta, non sine caede vulneribusque multorum rejecit. Rufinus, acceptum temeritate detrimentum consilio correcturus, rumorem adversi certaminis ultro adauget; quoque majori perculsus esse timore videatur, coepto se desistere simulat, colligi sarcinas jubet, ut quamprimum discessurus. In urbem, ut castris tam propinquis necessum erat, cito haec nunciantur. praeter probabilem rei caussam juvatur eo quoque credulitas, quod verum hoc esse cupiebant: quum jam, sponte hanc in partem inclinantibus animis, captivus quidam,

Licet a principio repulsus.

Temeritatem consilio corrigit.

Cap. V. Ovid. Metam. l. 15. Liv. 24, 3. Zonaras. Cap. VI. Frontin. Strateg. 3, 6. Zonaras.

Digitized by Google

U. c. 476. spe libertatis atque praemiorum inductus a consule, supervenit, tamquam inter festinationem discedentium occasione captata custodiam effugisset.

Strategema P. Cornelii.

VII. Ille Cornelium Rufinum, quod ad Crotonis oppugnationem parum haberet roboris, Locros pergere narrat, accitum a quibusdam urbem illam prodere pollicitis. Adest paullo post et alter, qui de prioribus eadem; ceterum jam iter ingressos esse Romanos adserit. simul conspiciuntur eminus signa et agmen incedentium via, quae Locros ducit. Eo dolo captus Nicomachus per compendia viarum celeriter cum suis adcurrit Locros, ut eam quoque urbem defensurus. Quod ubi per occultos nuncios Rufinus cito comperit, conversо itinere, Crotonem regressus, quanto consilio ac prius meliore, tanto etiam eventu feliciore usus est: diligentiamque ejus non modo securitas hostium, sed etiam fortunae favor juvit. densa enim nebula opportune texit accedentem, priusque propemodum intra moenia fuit victor exercitus, quam reversum Crotoniatae didicissent. Atque hujus victoriae per se satis magna laetitia, ut ferme neutram in partem fortuna tenet modum, aliis subinde rebus haud minus laetis cumulata est.

Nicomachus Crotonis praefectus decipitur.

Et Tarentum recedens cladem patitur.

VIII. Nicomachus enim, intellecto se in errorem inemendabilem incidisse, dum incertus consilii Tarentum redit, exceptus a Rufino, magnam suorum partem amisit, et cum reliquis vix in tutum elapsus est; quum, unam urbem defendisse non contentus, duas perdidisset. Nam et Locri, successu isto animati, praesidio Pyrrhi praefectoque, quorum injurias diutius perpeti nequibant, trucidatis, ad amicitiam Romanorum se contulerunt. Rebus ad hunc modum procedentibus, non ideo in tantum ceciderant animi Samnitium ceterorumque populorum, quin super insitam pervicaciam, spe quoque Pyrrhi regis, et nunciatis ejus in Sicilia successibus, ad omnia, quae sors ferebat, perpetienda sustentarentur.

Locri deficiunt ad Romanos.

Pyrrhi gesta in Sicilia.

IX. Pyrrhus enim, (ut hujus etiam extra Italiam gesta, quod eorum temporibus locisque, ad haec negotiis ipsis, cum Romanis rebus conjunctum est, exponantur) rebus apud Syracusanos Leontinosque constitutis, circa eadem tempora cum exercitu Agrigen-

Cap. VIII. Appian. apud Vales. Cap. IX. Diod. Eclog. l. 22.

Digitized by Google

tum profectus, in ipso adhuc itinere occurrentibus nunciis, ejectum ex urbe praesidium Punicum acceperat, et Agrigentinos ipsi se suaque omnia dedere paratos esse. Neque promissis abfuit fides. Venienti Sosistratus, qui et Syracusas tradiderat, et urbem, et egregiae juventutis octo peditum millia, octingentos equites adjungit, copias Epiroticis, quas Pyrrhus adduxerat, nihilo deteriores. Oppida praeterea triginta, quibus imperabat Sosistratus, eodem auctore se regis arbitrio permiserunt. His ita gestis misit Syracusas, qui telorum omnis generis copiam, et machinas, quarum in obsidionibus urbium usus esse posset, subveherent. Nam ad urbes Punici juris oppugnandas animum adjecerat, parato jam exercitu triginta millium, praeter equites mille quingentos, et, quos in Siciliam trajecerat, elephantos. U. c. 476.

Oppida triginta Pyrrho conjungit Sosistratus.

X. Prima ex his in potestatem venit Heraclea, ubi Carthaginiensium praesidium fuerat: exhinc Azonas cepit. statimque sequuti fortunam Selinuntii primum, mox Halicyaei et Aegestani, deficiendo a Carthaginiensium amicitia, compluribus etiam aliis in eo tractu oppidis idem audendi exemplum praebuerunt. Erycinos autem, et auxiliorum numerosa manu, et munitionibus loci fidentes, summa vi expugnare statuit. Instructo igitur exercitu, armatus ipse, ad moenia procedens, votum Herculi vovit, si dignum genere suo locoque bellatorem eo die se Graecis ostendisset. Postquam signum oppugnandi datum, crebroque missilium jactu propugnatores dimoti locum admovendis muro scalis fecerunt; primus omnium rex enisus, adversus concurrentes undique hostes insigne certamen edidit, alios umbone deturbans, alios caedens gladio, magnitudine vero animi roborisque cunctos perterrefaciens. Neque magnifica tantum haec ei pugna, sed etiam omni ex parte felix fuit. sine ullo suo vulnere, magna gloria parta, etiam urbem ipsam eodem impetu cepit: animatis non minus exemplo regis ceteris, quam sollicitis periculo, et utramque ob caussam summa contentione pugnantibus. Sacrificavit deinde Herculi, voti reus, ludosque varii generis magnifico adparatu per complures dies edidit.

Alia ipse capit de Carthaginiensibus.

XI. Hoc quoque anno Romae de Lucanis atque Bruttiis ante diem Nonas Januarias triumphatum esse

Triumphus de Lucanis atque Bruttiis.

Cap. X. Plut. in Pyrrho, c. 49. Diodor. Plut. Cap. XI. Fasti Capit.

Digitized by Google

U. c. 476. reperio. Sed C. Junio triumphum illum adscribi miror, quum in his populis res Rufinus gesserit, duasque nobiles civitates receperit: quem etiam alios apud auctores triumphalem virum nominari video. Civitate ob Pyrrhi progressus haudquaquam secura, novi quoque terrores ex prodigiis et morborum lue accesserunt. Foedi maxime ominis habitum est, quod Jovis Capitolini signum fulmine tactum, caputque avulsum non nisi aruspicum arte curaque reperiri potuit. Graviore non jam metu, sed clade, urbem adfecit pestilentia, pecudes hominesque communi strage corripiens, sed praecipue gravidarum abortibus formidabilis; quum nulli propemodum jam aut partus humani, aut foetus animalium ederentur incolumes, iraque Deorum omne viventium genus interiturum esse crederetur.

Prodigia et morbi Romanos terrent.

U. c. 477. Q. Fabio II. C. Genucio coss. XII. Ea vis mali maxime insignem Q. Fabii Maximi Gurgitis alterum consulatum effecit, in quo collegam habuit C. Genucium Clepsinam. Neque tamen a bello Samnitico Lucanoque cessatum est. magnasque clades hostibus inlatas duo certa sunt argumenta, quod eodem anno Q. Fabius consul de Samnitibus, Lucanis, Bruttiis, triumphavit Quirinalibus, quodque ii populi miserunt ad Pyrrhum literas et oratores, *actum de se, nisi subveniretur, neque vim Romanam ulterius sustineri posse, extremamque necessitatem deditione praeveniundam esse*, testaturos. Ea res, et quod, senescentibus jam hominum studiis, aut ob injurias quasdam in contrarium versis, in Sicilia res ei duriores esse coeperant, permovit Pyrrhum, ut, insula relicta, copias in Italiam reportaret. Quod ejus consilium, et rerum inde sequutarum series, quo plenius noscceretur, paullo plura de rebus interim ab eo gestis referenda putavi.

Nec tamen cessatur bello.

Q. Fabii triumphus.

XIII. Post occupatam igitur Erycem, praesidiumque loco impositum, ad Aeginorum urbem profectus est, commodo ad Panormitanum portum situ, et munitionibus insignem. Ibi sponte oppidanorum receptus ad ipsam Panormum castra movit, cui ab argumento portus amplissimi pulcherrimique nomen est in-

Pyrrhus Panormum occupat.

Cap. XI. Plin. 18, 6. 33, 11. Liv. Epit. 14. Oros. 4, 2. Aug. de Civ. Dei, 3, 17. Cap. XII. Zonaras. Fasti Capitol. Plut. in Pyrrho, c. 52. Justin. 23, 3. Plut. Cap. XIII. Diod. Eclog. l. 22.

Digitized by Google

ditum. Hac quoque per vim occupata, quum insuper locum, qui Epieircte vocatur, inter Panormum et Erycem in monte amoeno, sed arduis accessibus, situm cepisset; universa jam provincia Carthaginiensium potiebatur, excepto Lilybaeo. Hanc autem urbem non ita pridem Poeni condiderant, ut Motyensibus ea sedes foret, quorum oppidum Dionysius tyrannus bello Carthaginiensi diruerat. Quum igitur ex omni, quod in Sicilia habuerant, imperio spes suas unum istum in locum conclusas viderent Poeni; adparatus ad obsidionem a Pyrrho fieri sentientes, majoribus eam viribus defendere decreverunt. U. c. 477.

Carthaginienses Lilybaeum muniunt.

XIV. Introducto igitur non spernendo robore militum, commeatuque copioso, ad haec magna vi machinarum ac telorum (cujus rei facultas ipsis ampla erat, quod in potestate mare haberent) ad oppidum undique permuniendum magna cura se contulerant. Praecipue, qua terra patebat aditus, crebrae turres excitatae sunt, lataque fossa facta: celerius opere procedente, quod majore sui parte structum in cautibus marinis oppidum, toto illo spatio manu facta munimenta nulla desiderabat. Missis interea legatis, quamquam ad bellum magnos adparatus fecerant, magnasque copias, quum aliunde, tum etiam ex Italia, mercede conduxerant, si pax aequis conditionibus impetrari posset, pecuniam et classem pollicebantur. Pecuniae mentionem non admisit Pyrrhus, urbes, quas occupaverat, retinere cupiens: de Lilybaeo tamen concessurus videbatur. Sed amici regis, civitatumque Sicularum principes, metu Carthaginiensium vacaturam esse insulam negantes, donec illi tantum valentes classibus Lilybaeum, tamquam scalas quasdam ad exscensionem faciundam paratas, tenerent, perpulerunt, ut unam esse responderet amicitiae conditionem, si, universa Sicilia cedentes, utriusque imperii terminum esse mare paterentur.

Pacem petunt frustra.

Pyrrhus Lilybaeum obsidet, vano conatu.

XV. Ita spe pacis discussa, protinus ad urbem signa movit: neque procul muris castra metatus, manipulis ita dispositis, ut defessi a recentibus per vices exciperentur, oppugnationem orsus est. Sed Lilybaetani, quum et numero propugnatorum, et ma-

Cap. XIII. Polyb. 1, 56. Dionys. apud Vales. Diod. Eclog. Cap. XIV. Zonaras. Plut. in Pyrrho, c. 50. Diodor. Plutarch. Diodor.

Digitized by Google

U. c. 477. chinarum adparatu juvarentur, locum tenuerunt. Tantam enim catapultarum scorpionumque vim Carthaginienses invexerant, ut murorum ambitus capiendis omnibus minime sufficeret. Quum igitur cujusque generis missilium velut imber quidam in regios spargeretur, multique passim caderent aut sauciarentur, inceptum omiserunt. Machinas deinde et ipse fabricare instituit, praeter eas, quae Syracusis advehebantur: et, effossis subter humum cuniculis, omnes obsidionum tentavit artes. Quum autem, animose resistentibus Poenis, toto fere bimestri nequidquam se fatigasset, videretque, donec apertus a mari obsessis aditus exitusque foret, expugnari Lilybaeum non posse; obsidione soluta, aliam in partem convertit impetum.

Mamertinos vincit. XVI. Quippe adversus Mamertinos freti accolas Graecae quaedam civitates fidem regis implorabant, super alias graves et crebras injurias, etiam tributum pendere coactae. Pyrrhus igitur, exercitu propere ducto, quum iis in locis quosdam Mamertinorum ad exigenda vectigalia missos comprehendisset, necavissetque, proelio cum occurrentibus facto discessit superior, ac multa eorum praesidia expugnavit, diruitque. Et hactenus quidem rebus praeclarissime gestis eximiam sibi potentiam gloriamque rex paraverat; praeter alias virtutes, etiam eximia humanitate amorem singulorum, studia civitatum, non adeptus magis, quam meritus. Sed felicitatem tantam, et quam existimare fundatissimam potuisses, momento fere dissipatam, (praeter levitatem ingeniorum, quae istis populis numquam defuit, et amicorum intemperiem) ipsius maxime regis culpa traditur: qui adversis egregius, secundis rebus, ut inter has ferme inferiores humanae mentes sunt, in superbiam efferebatur.

Pyrrhi superbia. XVII. Quum igitur, ut ante diximus, ad efficienda coepta classem sibi necessariam esse duceret, naves autem haberet multas, sed parum instructas a sociis navalibus, remigibus acerbe conquirendis valde offendit civitates; repente mutatus, et ex priori lenitate ad superba imperia, minasque, et postremo supplicia, praeceps. Sed haec tamen, quia communis boni specie tegebantur, utcumque tolerabant. Postquam au-

Cap. XVI. Plut. Polyb. 1, 8. Plut. Fazellus, Hist. Sic. dec. I. l. 1, 7. Plut.

Digitized by Google

tem eos ipsos, quorum beneficio maxime Siciliam obtinuerat, interimi videre; non paullatim, neque mora interposita, sed subito aversis animis, multi populi, ab ejus amicitia desciscentes, ut cuique opportunum erat, alii Poenis, alii Mamertinis se adplicaverunt. Adeo nimirum crudelitas, etiam quum sola est, semper gravis, penitus fit intolerabilis, postquam adversus benemeritos exercita, propriis odiis etiam ingrati perfidique animi detestationem adjunxit. U. c. 477.

Siculi deficiunt a Pyrrho.

XVIII. Hanc autem in necessitatem vi cuncta tractandi se maxime videtur induisse, dum pravis suorum cupiditatibus consiliisque nimis obsequitur. His enim opes, amicis aut necessariis Agathoclis ademptas, dono dabat, nihilo, quam fuerant illi, melioribus: magistratus urbium praecipuos satellitibus aut centurionibus suis committebat, neque ex institutis aut moribus civitatum, neque in legitimum tempus, sed quomodo et quoad ipsi placuisset. Lites atque controversias, publicorumque negotiorum administrationem omnem ad se traxerat, pleraque familiaribus committens, quos habebat avaritia luxuriaque detestabiles; qui, cogendis per flagitium perdendisque pecuniis pariter intenti, dum libidini suae satisfacerent, jus injuriamque in promiscuo habebant. Irritatis ob haec animis, mussare primum homines, mox palam queri: *Cur igitur prioris status poenituisset, si nunc etiam toleranda eadem forent? Frustra vocatum receptumque Pyrrhum, si studeat aemulari mores, quos punituros advenisset. neque acriorem ullius injuriae sensum esse, quam cujus auctor haberetur idem ille, qui vindex esse debuisset.*

Pyrrhus, amicis nimium tribuendo, res suas evertit.

XIX. Jamque multi haud obscure studium novarum rerum prae se ferebant: quum ille, ad pessima consiliorum conversus, augere caussas offensionum, quam tollere, maluit: quasi, quod per injustitiam peccatum fuerat, emendari saevitia posset. Interea Carthaginienses, animadverso regem, propriis viribus haud sane validum, quotidie minore apud Siculos adfectu haberi, erecti in spem recuperandae provinciae, novum exercitum miserant; passimque transfugientibus, qui Pyrrhi saevitiam metuebant, negotium Epirotis magnum exhibebant. Pyrrhus, per caussam Punici belli praesidiis in urbes introductis,

Pyrrhus augere caussas offensionum, quam tollere, mavult.

Cap. XVIII. Dionys. apud Vales. Cap. XIX. Plut. Zonaras. Dionys. Zonaras. Dionys.

Digitized by Google

U. c. 477. splendidissimum quemque, falso proditionis crimine oneratos, necare instituit; his de medio sublatis, multitudinem facilius in officio mansuram esse ratus. Postremo Thoenionem et Sosistratum corripit, totius insulae longe principes, quorum praecipuis studiis imperio Siciliae potitum fuisse ostendimus. Sed Thoenio quidem interfectus est: Sosistratus ad hostes effugit, non minus auctoritatis opisque collaturus ad ejiciendum Sicilia regem, quam ad imponendum confirmandumque contulerat. Tum igitur certatim plerisque ad Carthaginienses deficientibus urbibus, nonnullis ad Mamertinos, res Epirotarum ex florentissimis angustae malaeque redigi coeperunt.

Adjutores suos occidit, aut alienat.

Tandem ex Sicilia discedit lubens.

XX. In hoc statu rerum non ingrata regi sociorum Italicorum legatio venit: quae, ceteris omnibus amissis, vix paucas urbes hostem aegre a moenibus submovere questa, honestum discedere cupienti praetextum praebuit, ut, partibus laborantibus auxilio futurus, non ejectus a Carthaginiensibus, in Italiam reverti voluisse videretur. Abiturus, quum opes insulae situmque, et hominum animos secreta cogitatione expenderet, dixisse fertur: *O amici, qualem Romanis atque Carthaginiensibus palaestram relinquimus!* Haud vane praesagio: quod paullo post longa inter hos bella, tot utrimque submersae classes, tot acies caesae, satis superque impleverunt.

Pericula Pyrrho objecta, Italiam repetenti.

In ipso freto vincitur a Carthaginiensibus.

XXI. Ceterum, hostium animis cum fortuna crescentibus, neque tutus ex Sicilia discessus Pyrrho, neque in Italiam adpellenti tranquillum ad Tarentinos iter fuit. In ipso freto trajicientem adorti Carthaginienses, quum Epirotae nulla ferme maritimarum rerum experientia, hominibus exercitatissimis pares esse non possent, septuaginta naves depresserunt, ceteras reddiderunt inutiles. Ita cum duodecim navibus ex adverso proelio in Italiam effugit: qui navibus tectis amplius centum, et longe adhuc majori onerariarum actuariarumque numero cursum instituerat. Sed, undique collecto, quod militum ex adverso proelio litora tenere potuerat, statim ita robustam effecit manum, ut Rhegii subito impetu expugnandi spem conciperet. Sed, rejectus a Campanis Rhegium tenen-

Cap. XIX. Plut. in Pyrrho, c. 52. Cap. XX. Justin. 23, 3. Plut. Appian. apud Vales. Plut. Cap. XXI. Pausan. l. 1. Appian. Plut. Appian. Zonaras.

Digitized by Google

tibus, mox in periculum haud contemnendum incidit. Quum enim per loca caeca et saltibus impedita duceret, coorti ex insidiis hostes turbaverunt novissimum agmen, multosque milites cum duobus elephantis peremerunt.

U. c. 477. *Insidiis Mamertinorum excipitur in Italia.*

XXII. Erat neque genere bellatorum, neque numero spernenda manus, decem haud minus millia hominum in armis exercitatorum, Mamertini plerique. Hi enim, Rheginorum amicitia et cognatione confisi, intellecto Pyrrhum in Italiam reverti constituisse, fretum priores transjecerant, et spe praedae in opportunis ad subitam irruptionem locis confederant. In eo certamine quum pro solita audacia Pyrrhus ante prima signa pugnaret, in capite vulnus accepit. Ad quod obligandum quum ex acie paullisper secessisset, quidam hostium, magnitudine corporis et armorum cultu conspicuus, longe ante alios procurrens, increpavit eum elata voce, jussitque prodire, si viveret. Ibi Pyrrhus ardens ira, visuque et manante per faciem cruore terribilis, impetum in provocatorem, frustra retinentibus suis, vertit: occupatumque illata in caput plaga prosternit. Memoriae proditum est, eam gladii temperiem, eamque vim ferientis fuisse, ut, infimum ad corpus vulnere continuato, partibus utrimque dilabentibus, medium hominem eodem ictu dissecaret. Ejus spectaculi foeda novitate perculsi hostes, et ut majorem communi hominum sorte virum reveriti, pugnam omiserunt.

Sed virtute sua se expedit.

Pyrrhi pugnacitas et robur.

XXIII. Pyrrhus, hac molestia solutus, non ideo laetior agebat. Quod enim pars impedimentorum isto proelio amissa erat, et opes ex Siciliae spoliis partas prioris cum Poeno pugnae casus interceperat; in magna rei nummariae difficultate, quum poscentibus stipendia militibus non esset, unde praeberentur, dicatos Proserpinae thesauros spoliare coactus est. Fanum illud apud Locrenses opinione sanctitatis celeberrimum iis temporibus fuit. Quam civitatem quum Pyrrhus, animatis praesentia sua regiae factionis hominibus, recepisset, multa in Locrenses foeda facinora edidit, cupidius et latius, quam interfecti praesidii postularet ultio, caedibus et rapinis in miseros grassatus. Postquam autem nihil supererat, quod con-

Proserpinae thesauri spoliantur a Pyrrho.

Cap. XXI. Plut. in Pyrrho. c. 53. Cap. XXII. Polyb. 1, 8. Plut. Cap. XXIII. Dionys. apud Vales. Liv. 29, 18. Appianus apud Vales. Dio apud Vales.

Digitized by Google

U. c. 477. *Pessimis amicorum suadentibus.*

ferre homines vellent possentve, manus ad sacram pecuniam extendere coepit, pessimis amicorum, qui plerumque nocentissimi cujusque consilii auctores fuerant, cupiditatem ejus inflammantibus.

XXIV. Erant autem hi Evagorus Theodori filius, Balacerque Nicandro, et Dinarchus Nicia genitus. Ii non suasores modo fuerunt Pyrrho, necessitati omnia cedere praedicantes, sed ministerium quoque suum sacrilegio praebuerunt: ingenti pondere auri, quod multos per annos subterraneis in specubus adservatum fuerat, eruto. Laetus ille, *religione intempestiva nihil ineptius, opesque paratas non accipere dementis esse* dictitans, impositam navibus praedam Tarentum avehi jussit: ipse terra est profectus. Ceterum facinus ei suum non turpius coepto, quam infelicius eventu fuit. Subita tempestas adorta classem, ventis sub noctem mutantibus, qui ferentes hactenus fuerant, naves in tenebris circumactas partim confregit, partim in fretum expulit. Sed, quae sacram pecuniam vehebant, quassatae laceratae que undis irrumpentibus cum ipsis hominibus interierunt: pecuniam autem reliquis ex naufragio tabulis haerentem, postridie, quam exportata fuerat, in vicina fano litora fluctus retulerunt.

Tempestas Pyrrhi naves perdit.

Thesauros Proserpinae refert in vicina fano litora.

XXV. Re intellecta, thesaurum omnem diligenter conquisitum referri ad pristinas sedes jussit, pacem numinis, ut putabat, hoc facto impetraturus. Neque tamen ideo melioribus deinceps fatis usus est, omnes ejus conatus, etiam quibus consilium et virtus non abfuisset, eludente fortuna. Quam ille rem et postea constanter ad laesi numinis iram referebat, uti Proxenus historiae scriptor, atque ipse in commentariis suis Pyrrhus memorat; et recenti adhuc malo, quum, Proserpinae sacrificans, multis hostiis litare non posset, exarsit adeo, ut cunctos infelicis consilii auctores ac ministros, quique facinus istud adgressuro vel leviter consenserant, de medio tolleret. Atque hi quidem dignum moribus factisque suis exitum habuerunt. Pyrrhus autem, institutum prosequutus, quieto deinceps itinere Tarentum pervenit.

Pyrrhus postea mala fortuna usus.

Tarentum redit.

Cap. XXIII. Dionys. Cap. XXIV. Suidas in Ἄβυσσος. Appianus. Liv. 29, 18. Dionys. Appianus. Liv. 29, 18. Liv. 29, 8. Val. Max. 1, 1, 1. ext. Liv. 29, 18. Cap. XXV. Suidas in Παραιτησάμενος. Liv. Dionys. Appianus. Plut. in Pyrrho, c. 53.

Digitized by Google

XXVI. Romani, quum majorem in modum urgeret pestilentia, Pyrrhique in Italiam reditu belli timor crevisset, nihil adversus ista vel humani praesidii, vel divini intentatum reliquerunt. Vetus erat opinio, pestilentiam clavo ab dictatore fixo sedari posse. Eam spem tum quoque tentatam, clavique pangendi caussa dictatorem dictum esse P. Cornelium Rufinum, haudquaquam improbabilis conjectura est: quum et mali magnitudo ad omnia quaerenda remedia stimulare mentes posset; et Rufinum anno sequenti a censoribus notatum fuisse constet, postquam bis consul et dictator fuisset; neque dictaturae ejus vel certior inveniatur memoria, vel convenientior locus.

U. c. 477.

Pestilentiae caussa clavus a dictatore pangitur.

XXVII. Et adversus morbos quidem, ut potuit, provisum est. Armorum cura majorem industriam contentionemque, praecipue ob difficultatem delectuum, postulabat. Nam, praeter diuturnitatem belli, etiam longo jam tempore infesta lues taedium rerum omnium hominibus injecerat; citatique juniores militiam mira obstinatione detrectabant. Sed pervicaciam istam severitas et constantia M. Curii Dentati secundum consulis fregit. Is enim, L. Cornelio Lentulo collega, magistratum jam iniverat. Quum igitur in Capitolio delectum haberet Curius, respondente nullo, vocabula tribuum omnium in urnam conjici, quumque Pollia tribus exiisset, quod ex ea nomen primum sorte eductum erat, citari jussit. Tacere perseverantis bona primum; deinde, quum graviter de consulis injuria questus tribunos appellasset, ipsum quoque vendidit: *nihil opus esse reipublicae eo cive, qui nesciret parere,* praefatus. Neque tribuni auxilio fuerunt: et postea quoque salubris exempli judicata res in consuetudinem transiit, ut, delectu rite acto, qui miles factus non esset, in servitutem venderetur. Hoc terrore ceteri adacti ad nomina promptius danda: conscriptisque legionibus, quae decretae erant, in hosticum ambo consules moverunt. Lentulus in Lucaniam irruit; Samnites adortus est Curius.

Difficultas delectuum.

U. c. 478. M. Curio II. L. Cornelio coss.

Curius ad nomen non respondentem in servitutem vendit.

Ambo consules in bellum profecti.

XXVIII. Excitus ad ejus rei famam Pyrrhus, lustrato Tarenti exercitu suo, peditum ferme viginti millia, tria equitum recensuit. Cum his, et delecta

Cap. XXVI. Liv. 7, 3. Pighius in Annal. Rom. Cap. XXVII. Varro in Satyra Γέροντος διδασκάλου. Val. Max. 6, 3, 4. Liv. Epit. 12. Val. Max. Cic. pro Caecina, c. 34. Plut. in Pyrrho c. 54.

Digitized by Google

U.c.478. Tarentinorum juventute, Samnium ingressus, Samnites dicto minus audientes habuit, tardiusque ad eum auxilia et infrequentius venere, animis non ob cladium modo magnitudinem fessis, sed etiam exulceratis, eo quod istarum caussam Pyrrho imputabant, tam tristia non passuri, nisi, proditis discessu suo Italicis sociis, expeditionem Siculam ille suscepisset. Verumtamen, sic quoque magnis instructus copiis, partem earum in Lucaniam ad distinendum alterum consulem misit; ipse Man. Curium oppugnare adgressus est, facilem sibi reliquam victoriam fore ratus, si hunc superavisset. Romanus autem, gnarus phalangi Macedonicae, si explicari possit, nullam aciem parem esse, locis impeditis se tuebatur: et, quoniam ex Lucania ventura sperabat auxilia, simul etiam auspicia et exta parum laeta erant, copiam pugnandi minime faciebat.

Pyrrhus Curium aggreditur.

Romanus ducit bellum.

Pyrrhus properat.

XXIX. Tanto vehementius cupiebat confligere Pyrrhus, priusquam duo consulares exercitus conjungerentur. Igitur, adsumptis ex omni exercitu promptissimis quibusque, praeter aliquot elephantos, noctu, quo falleret hostem, ad castra Romanorum statuit accedere. Dum autem ad iter et oppugnationem futuram omnia adparantur, ipse, in somnum lapsus, majorem sibi dentium partem excidere, et ex ore copiosum erumpere sanguinem imaginatus est. Eo visu perplexus, abstinere in id tempus rebus gerendis decreverat: sed, amicis obtestantibus, ne occasionem forte non rediturum elabi pateretur, signum ad proficiscendum dari jussit. Circa Maleventum urbem, (hoc enim tum adhuc nomine erat) montosa, et sylvestria loca sunt: quae deinde paullatim aequioribus clivis demissa, postremo in planitiem late patentem desinunt, qui *Taurasini campi* adpellantur. Itaque Pyrrhus, ex inferioribus locis per objectos colles et saltus instituto itinere, quum lumina defecissent, erroribus et ignorantia locorum tardatus, luce jam orta ex castris Romanis conspici coepit.

Ad castra Romana ducit.

XXX. Commotis inopinato hostis adventu animis, quia tamen dubium haberi non poterat, quin pugnandum foret, extaque victimarum laetiora fuerant, consul, celeriter ex castris progressus, primos quosque

Consul

Cap. XXVIII. Frontin. Strateg. 2, 2. Plut. Cap. XXIX. Dionys. apud Vales. Cluverius Ital. Antiq. 4, 7. Plut.

Digitized by Google

hostium divulsos a suis et incompositos adoritur, pellitque. Hi, in suos incurrentes, totum agmen turbavere: caesusque est militum haud exiguus numerus, et nonnulli elephanti a suis relicti venerunt in potestatem victoris. Hic successus animavit Curium, ut insistendum fortunae putaret, et cum universis copiis ad pugnam instructis paratisque in campum se demitteret. Neque Epirenses moram fecere. Concursum est utrimque ferociter: sed, quod priore certamine Romanus superior fuerat, plus etiam in praesens animorum atque spei adtulerat. Cedentibus Epirotis, iterum a belluis subsidium petiit Pyrrhus, alteroque suo cornu fugiente, vicissim in altero Romanos ad praesidia sua pedem referre coëgit.

U. c. 478. *contra egreditur.*

Proelium committitur.

XXXI. Firmam ibi stationem iturus in pugnam consul constituerat. Hanc igitur recentibus viribus excipere proelium, et elephantos amoliri jubet. Adversus haec animantia promptam atque facilem opem usus monstraverat: ignique magis, quam ferro, averti posse superiores docuerant pugnae. Parati igitur erant malleoli, stupa et pice multa obducti, quos incensos ardentesque in terga et turres belluarum jaculabantur. ii, sive cuti elephantorum, sive ligno turrium insedissent, uncis praeacutis infixi haerebant. Quum igitur hi, et una varii generis missilia ex superiore loco confertim jacerentur, elephanti, partim terrore flammae, partim dolore vulnerum, in furorem acti, quum amplius a magistris regi nequirent, in suorum aciem retrocesserunt, omnia, quo impetum verterant, trepidatione et clade miscentes. Narrant, initium stragis ab elephanto pullo ortum, qui telo ictus in capite, quum stridorem querulum edidisset, matrem primum, ad notam vocem exsilientem, deinde, hac etiam tumultum augente, ceteras belluas omnes turbaverit averteritque.

Elephanti igni magis, quam ferro avertuntur.

Pyrrhi aciem turbant.

XXXII. Magna ea pugna et numero caesorum, et victoriae fructu fuit. tum enim debellatum est cum Pyrrho, neque ceteri deinceps Itali diu, neque post Italiam aliae nationes regesque restiterunt. Triplo majorem ea pugna numerum in regiis partibus dimicasse tradunt. octoginta enim peditum, sex equitum millia fuisse: ex his, qui plurimum, sex et triginta

Victoria Curii.

Cap. XXXI. Oros. 4, 2. Plut. Flor. 1, 18. et Zonaras. Cap. XXXII. Plut. Flor. 2, 1. Dionys. apud Vales. Oros.

Digitized by Google

U. c. 478. millia; qui minimum, sex et viginti caesa memorant: captos mille trecentos, cum elephantis octo. Pyrrhus cum paucis equitibus Tarentum effugit. Capta ejus castra admirationi fuisse dicuntur, et in posterum usui. Antiquitus enim et Romani, et alii populi castra passim per corpora cohortium constituere, mapaliorum in morem, solebant. Primus totum exercitum Pyrrhus dimensis rite spatiis sub eodem vallo continuisse fertur: atque illo exemplo adjutos Romanos, additis quae ex usu viderentur, ad metationem castrorum, quam sequentibus temporibus perfectissimam habuere, pervenisse.

Censurae severitas.

XXXIII. Hic annus, republica belli praeclare feliciterque gesta, domesticis quoque rebus et notabili severitate disciplinae urbanae illustris fuit. Q. Fabricius Luscinus, Q. Aemilius Papus concordem censuram exercuerunt. multis equi publici adempti sunt; quidam etiam in senatu legendo praeteriti. Sed maxime insignis ad memoriam P. Cornelii Rufini nota fuit. Bis consul et dictator fuerat, rebusque magnis bello gestis triumphaverat. Hunc igitur senatu moverunt censores, caussamque isti animadversioni subscripserunt, *quod eum comperissent argenti facti coenae gratia pondo decem habere.* Isque casus non hominis modo, sed familiae ad longum deinde tempus fuit: nec ante Sullam dictatorem quisquam ex ea summis honoribus usus est. Tanta temporibus istis parcimonia, tantusque in eadem civitate postea luxus fuit, ut, quae suppellex apud posteros contemptissimae vilitatis argumentum futura erat, eadem a prioribus pro intolerabili luxuria damnaretur. Censu perfecto lustrum conditum est: censa civium capita ducenta septuaginta unum millia, ducenta viginti quatuor.

Civium censorum numerus.

Consulum triumphi.

XXXIV. In exitu anni consul uterque triumphantes Capitolium invecti sunt. prior Curius: cujus et triumphus quum fama rerum, et laetitia successus, tum etiam splendore pompae illustrior fuit. Nam ad eam diem ex vicinis et pauperibus populis in adparatu trium-

Cap. XXXII. Eutrop. l. 2. Oros. Zonaras. Frontin. Strat. 4, 1. Cap. XXXIII. Zonaras. Notae Freinshem. in Flor. 1, 18. Liv. Epit. 14. A. Gell. 4, 8. et 17, 21. Plut. in Sulla, c. 1. Val. Max. 2, 9, 4. Liv. Epit. 14. Cap. XXXIV. Fasti Capit. Flor. 1, 18.

Digitized by Google

triumphi nihil ferme, nisi arma fracta, aut carpenta Gallica; in praeda, nisi greges et armenta, ducta fuerant: tum vero et varietate gentium, quarum captivi ante currum ducebantur, et spoliorum pulchritudine ac magnificentia celebris species fuit: quum Epirotae, Thessali, Macedones, Apuli, Lucani, Bruttii, vincti ante currum agerentur; praeferrentur autem tabulae pictae, signa nobilium artificum, aurum, purpura, ceteraeque transmarinae elegantiae, et Tarentini luxus instrumenta. Sed praecipui miraculi gaudiique spectaculum elephanti fuere. cum ipsis turribus suis quatuor (nam reliqui ex vulneribus interierant) tum primum Romae visi sunt: vulgus a nomine animalis, quod hactenus maximum noverat, et loci, ubi primum conspexerat, *boves Lucas* vocitabat. Alterius consulis paucos post dies obscurior triumphus fuit. Neque tamen illi poenitendae res fuerunt. Samnites et Lucanos vicerat; oppida multa ceperat: sed, comparatione Curianae gloriae, horum splendor aestimatioque decrescebat. Inter eos, qui virtutis ergo donati sunt, Ser. Cornelio Merendae auream coronam ex praeda dedit, ob Samniticum quoddam oppidum ejus maxime opera captum.

U. c. 478.

Man. Curii pulcher ac magnificus.

Lentuli obscurior, nec tamen spernendus.

XXXV. Romanis ad hunc modum victoriae suae laetitia fruentibus, longe dispar animorum habitus apud hostes erat. Ii, jam olim imperio Pyrrhi minime laeti, post infelicem pugnam, animis timore atque indignatione plenis, nihil quietum agitabant. Rex ipse, dudum Romani belli pertaesus, et, nunc desperata penitus victoria, nihil nisi rationem tutius honestiusque discedendi meditabatur. sed, dissimulato interea consilio, hortabatur socios, *ne ob unum adversum proelium conciderent animis. non plus eos cladis postrema hac pugna accepisse, quam prima intulissent: neque ideo Romanos ad pacem etiam bonis conditionibus permoveri potuisse. horum constantiam si ipsi quoque aemularentur, seque fortunae vertenti servarent, omnia commodius habitura. Superesse vires ad haec diuturno bello suffecturas. in Graecia multos potentes amicos se habere, a quibus certa auxilia exspectare possit.* Neque haec incredibiliter fingebantur: quum et antea, praesertim a Ptolemaeo, qui Macedoniae tum praeerat, luculenter adjutus fuisset; et in magna existimatione apud Graecos barbarosque esset; aliisque be-

Pyrrhus discessum ex Italia meditatur.

Cap. XXXIV. Eutrop. l. 2. Senec. de Brevit. vitae, c. 13. Plin. 8, 6. Fasti Capit. Plin. 33, 2. Cap. XXXV. Justin. 17, 2.

Digitized by Google

U. c. 478. *Pyrrhi artes in tegendo consilio abitus sui.*

neficiorum memoria, aliis metu devinctis, ab Aetolorum gente, temporibus istis potentissima, ipsisque Macedonibus, praeterea Illyriorum regulis coleretur. Ceterum haec ita jactabat, magis ut desciscere parantes socios in fide retineret, donec, aperto ad navigandum mari, regnum repetere posset, quam quod aut bellum in Italia continuare vellet, aut magnam spem in transmarinis auxiliis haberet. Dimissis tamen circum Asiae Macedoniaeque reges legatis, ab aliis pecuniam, ab aliis auxilia, ab Antigono, qui Macedoniam tenebat, utrumque postulabat.

Pyrrhus in Epirum reversitur.

XXXVI. Hac spe utcumque retenta sociorum voluntate, quum interea dissimulanter omnia paravisset ad discessum, legati cum literis ab Antigono redierunt. Convocatis igitur suorum Italorumque principibus, non quidem, quas acceperat, literas recitavit, sed fictitias alias, quibus paullo post ab Antigono auxilia magna adsutura esse continebatur. Hoc astu non sociis modo delusis, sed etiam Romanis, qui propinquo loco praesidium agitabant, consequuta nocte citra ullum impedimentum vela fecit, Ceraunioque montes (Epiri id promontorium est) tenuit. Sed quo minori turpitudine deseruisse bellum videretur, fidesque hominibus fieret, perfectis, quibus evocatus esset, rebus, reversurum, Milonem ad custodiam arcis Tarentinae reliquit, eique, ut non modo spe praemiorum, sed etiam paris exitii metu in fide maneret, sellam dedit, cujus lora erant ex Niciae pelle, quem, compertis in caput suum insidiis, occiderat. Huic igitur addito praesidio militum, cum ceteris copiis, octo peditum millia, quingenti equites erant, sexto, quam exiverat, anno patrium in regnum reversus est.

Curii auctoritas et fortuna.

U. c. 479. M. Curio III. Ser. Cornelio coss.

XXXVII. Interea Romae quum comitia consularia haberentur, Pyrrhusque bellum instauraturus putaretur, M. Curium refici consulem placuit, quod unus ille adversus regem optime gesta re, ad reliqua quoque belli plus auctoritatis et fortunae allaturus videretur. Ex patriciis Ser. Cornelius Merenda factus est, eum quoque provehente recenti gloria et commendatione gentilis sui, sub quo priore anno militaverat. His consulibus in Lucanos, Samnitesque, et

Cap. XXXV. Dio apud Vales. Pausan. l. 1. Justin. 25, 3. Cap. XXXVI. Pausan. Polyaen. Strateg. 6, 6. Zonaras. Plut. in Pyrrho, 56. Cap. XXXVII. Liv. Epit. 14.

Digitized by Google

Bruttios conversa belli moles est. qui quum locis potius, quam armis, se defenderent, nihil rei ad reliquarum exemplum memorabilis geri potuit. Neque tamen imminuta inde Curii gloria est, sic quoque judicantibus omnibus, regem acerrimum, non modo cladem acceptam, sed etiam ducem adversus se denuo venturum Curium exhorruisse. Confecti itaque belli hujus, fugatique ex Italia Pyrrhi penes illum laus atque fama permansit. U. c. 479.

XXXVIII. Anno, qui tertium Curii consulatum sequutus est, primum ab Alexandrinis regibus legati cum muneribus Romam venerunt, in C. Fabii Dorsonis, C. Claudii Caninae magistratu. Ptolemaeus cognomento Philadelphus, audita Pyrrhi fuga, gratulatum misit, petitumque, *ut populi Romani socius et amicus haberetur*. Laetum id honorificumque Patribus visum, quod amicitia Romana ultro a tam potentibus tamque longinquis regibus ambiretur. Igitur, comiter acceptis habitisque legatis, societatem cum Ptolemaeo jungi placuit. simul delecti ex illustribus, qui confirmandae ejus reddendique officii gratia legatione ad regem fungerentur, Q. Fabius Gurges ex consularibus, et cum eo C. et Numerius Fabii Pictores, Quintusque Ogulnius. U. c. 480. C. Fabio, C. Claudio II. coss. *Prima legatio ab Alexandrinis regibus.* *Societas cum Ptolemaeo junguntur.*

XXXIX. His profectis, adversus Italicos populos, qui arma adhuc necessitate et desperatione retinebant, a consulibus feliciter dimicatum est. Majores alterius res fuisse visas, triumphus C. Claudii Caninae argumento est, quem de Lucanis, Samnitibus, Bruttiis, in magistratu suo duxit Quirinalibus. Sed rerum foris prosperarum laetitiam nonnihil turbavit Sextilia, quae, Vestalis virgo quum esset, incesti comperta, temeratis religionibus, infensos civitati Deos effecisse credebatur. sed piaculis et sacris placata Deûm ira, sacerdosque, verso in noxium caput supplicio, ad portam Collinam viva defossa est. Iisdem consulibus coloniae deductae sunt, Cosa in Volcientibus, et in Lucania Paestum, quae Graecis Posidonia vocatur. Eam Lucani Sybaritis ademerant: ab his recens in ditionem populi Romani pervenerat. *Sextilia Vestalis viva defoditur.*

XL. Illustrior anni sequentis memoria est, qui finem belli non adversum Samnites modo ceterosque, U. c. 481.

Cap. XXXVIII. Eutrop. l. 2. Zonaras. Dio apud Fulv. Ursin. Liv. Epit. 14. Zonaras. Val. Max. 4, 3, 9. Liv. Epit. 14. Cap. XXXIX. Fasti Capit. Liv. Epit. 14. Oros. 4, 2. Vellejus, 1, 14. Plin. 3, 5. Strabo, l. 5. p. 251.

Digitized by Google

U. c. 481. L. Papirio II. Sp. Carvilio II. coss.

sed etiam cum Tarentinis adtulit. L. Papirius Cursor, Sp. Carvilius secundum consules, Samnites Bruttiosque et Lucanum cum Tarentino populo provincias nacti, exspectationem hominum (nam in spem hoc anno finiendi belli par istud consulum studiose delectum fuerat) consiliis factisque magnificis expleverunt. Et Samnites quidem a Carvilio perdomiti, primum atque septuagesimum post annum, quam decertari coeperat, meliori, quam antea, fide conditiones pacis a Romanis impositas accepere. L. Papirius Bruttios et Lucanos magnis cladibus subactos ad pacem petendam compulit. Ut tamen in uno multorum finitimorum populorum bello, terminis quoque regionum ipsarum permixtis, etiam Papirio cum Samnitibus, Carvilio cum Bruttiis Lucanisque, et utrique cum Tarentinis res fuit. Nec enim modo copiae Tarentinorum fusae fugataeque, sed ipsa quoque civitas in fidem accepta est. Quod negotium, quia, praeter victoriam ex nobilissima urbe, Pyrrhi regis mortem, et Carthaginiensium calliditatem, et prima aemulationum inter Poenos Romanosque initia continet, paullo accuratius explicandum est.

Finis belli Samnitici et Tarentini.

Samnites a Carvilio perdomiti.

Bruttii et Lucani a Papirio.

XLI. Pyrrhus ante biennium ex Italia sic abnavigaverat, ut, relicto in urbe Tarentina praesidio, spem reditus sui faceret. Ea, paullo post novo regis istius in Macedonia successu non parum aucta, Italorum animos adversus praesentia damna sustentaverat. Vir enim ardentis animi quum diu quiescere non posset, Antigono, quod in Italia belligerantem nullis auxiliis juvisset, bellum intulerat, eumque proelio victum universo prope regno ejecerat. unde Romanis quoque continuus per ea tempora metus fuit, ne auctioribus copiis regressus in Italiam majus priore bellum excitaret. Sed inopinata mors regis spes metusque omnium subito incidit atque sustulit. Pyrrhus enim, ut erat potentiae in immensum augendae insatiabiliter appetens, per caussam reducendi in regnum Spartae Cleonymi, qui cum Areo diffidebat, Peloponnesum ingressus, ad illam etiam occupandam adjecit animum. Et Lacedaemonios quidem, licet urbe frustra oppugnata, magnis adfecit incommodis.

Pyrrhi successus in Macedonia.

Ingressus in Peloponnesum.

XLII. Sed Argis interea, quum adversae factiones duae essent, principes earum Aristippus Antigonum,

Cap. XL. Liv. 24, 9. Zonaras. Liv. 31, 31. Zonaras. Liv. Epit. 14. Cap. XLI. Zonaras. Pausan. l. 1. Plut. in Pyrrho, 57. Pausan. Plut.

Digitized by Google

Aristias Pyrrhum ad opprimendos inimicos advocat. U. c. 481.
nam et Antigonus, contra communem hostem Laconibus auxilia futurus, in Peloponnesum venerat. ita diversis portis, sub eamdem noctem, utriusque regis copiae in Argivam urbem recipiuntur. Pyrrhus, cognito urgeri suos, urbem et ipse ingressus, quum die jam oriente lupum et taurum ex aere, certantium inter se habitu, vidisset, imminentis fati indicio exhorruit. Oraculum enim erat vetus, fatalem Aeacidae locum fore, ubi taurum cum lupo dimicantem spectavisset. Igitur retrahere copias, et ex urbe recedere cogitabat. Sed occurrentes cum Heleno Pyrrhi filio subsidiarii milites elephantique clauserant exitum: hisque in urbem irrumpere, illis exire, nitentibus, quum hostes etiam acriter insisterent cedenti turbae, et in angustis viarum spatiis Argivi, Macedones, Epirotae, quique cum Areo venerant Spartani Cretesque, ad haec elephanti quidam truderent inter se truderenturque, omnia trepidatione et tumultu miscebantur.

Proelium in urbe Argivorum.

XLIII. Dum inter haec Pyrrhus ubique consiliis, clamoribus, manu, servare suos, arcere hostes, satagit, a juvene quodam Argivo lancea leviter vulneratus est. Matrem hic habebat anum pauperculam, quae, cum aliis mulieribus ex tecto domus proelium spectans, quum Pyrrhum in auctorem vulneris sui toto impetu ferri videret, periculo filii attonita, protinus tegulam corripuit, ac utraque manu libratam in caput regis demisit. Tam inhonorus et miserabilis exitus Pyrrho fuit, quo majorem animi robore, solertia consiliorum, scientia rei militaris, multisque praeterea corporis ingeniique bonis, aetas illa non tulit. Sed fructum laboris operumque suorum, et ornamenta virtutum, ambitione corrupit, felicior futurus, si suis rebus contentus, potentissimus autem omnium, si, quam in quaerendis opibus industrius fuit, tam in retinendis circumspectus esse potuisset.

Pyrrhi vulnus.

Mors et elogium.

XLIV. Haec igitur postquam in Italia sunt audita, pro variis hominum studiis, laetitia luctuve civitates adfecere. Sed alii quidem populi, qui suae spontis erant, pacem amicitiamque Romanorum, quibus poterant, conditionibus redimebant. Tarentinum, ne suis consiliis uteretur, praesidium Epirotarum et prae-

Italici populi amicitiam Romanam quaerunt.

Cap. XLIII. Strabo, l. 8. p. 376. Plut. Ovid. in Ibim. Zonaras. Dionys. apud Vales. Justin. 25, 5. Plut. Justin. 25, 4. Cap. XLIV. Zonaras.

Digitized by Google

U. c. 481. *Tarentinorum et Milonis inimicitiae.*

fectus arcis Milo vetabat: inter quos res paullatim ex levioribus injuriis atque contumeliis in apertas inimicitias processerat. itaque maximis in difficultatibus constituti Tarentini, quum extra moenia Romanos hostes, intus Epirotas haberent, missis legatis auxilium a Carthaginiensibus petiverunt. Poeni, qui Siciliae magnam partem tenerent, et maritima Italiae loca sibi, quam Romanis, accedere mallent, specie ad ejiciendum Milonem, ceterum, si Tarento potirentur, etiam adversus Romanos tuituri, cum instructa classe prompte accurrerunt. Quum inter haec etiam L. Papirius consul advenisset, undique clausa Tarentus erat, Romanis a terra urbem simul arcemque, Poenis eamdem arcem a mari obsidentibus.

L. Papirii consilium ad occupandum Tarentum.

XLV. In hoc statu rerum, quum haud minor Romano cura esset, ne Carthaginienses arcem caperent, quam ne a se non caperetur, omnes victoriae rationes subtiliter indagans, Milonem per idoneos internuncios tentat, si Tarentum ejus opera obtinuisset, ipsum popularesque cum rebus suis incolumes dimiesurum esse pollicitus. Milo, nihil ex praesentibus videns potius, cum Tarentinis agit, ut junctis consiliis de communi salute deliberarent: sensimque persuadet, ut se legatum ad L. Papirium mitterent, de conditionibus ex omnium utilitate ferendis diligenter acturum. Ut homines, taedio curarum periculorumque fessi, lubenter adsensi sunt, ad consulem idemtidem profectus, quocum fallaciam istam composuerat, luculentas plerumque conditiones, et spem non poenitendae pacis certam referebat. ea credulitas, si quid in animis Tarentinorum diligentiae ac curae superfuerat, securitate fiduciaque resolvit: occasionemque Miloni praebuit, qua non arx modo, sed etiam urbs ipsa, Romanis traderetur.

Milo Tarentum consuli prodit.

Carthaginienses discedunt:

XLVI. Carthaginienses hoc eventu minime laeti, sed amicos Romanorum se ferentes, neque aliam ob caussam quam ad expellendum Milonem venisse, discesserunt. Auctores habeo, Poenos a Romanis monitos, *si Tarentinae rei se immiscerent, contra foedera facturos videri*, non modo denunciationem hanc insuper habuisse; verum etiam in acie Tarentina contra Romanos auxilia Punica stetisse: qua ex offensa maxime bellum, quod adversum Carthaginienses in Sicilia

Non sine offensa.

Cap. XLIV. Oros. 4, 3. Liv. Epit. 14. Zonaras. Cap. XLV. Frontin. Strateg. 3, 3. Cap. XLVI. Zonaras. Oros. 4, 5. Oros. 4, 3. Liv. Epit. 14. Liv. 21, 10.

Digitized by Google

gestum est, eruperit: quamquam Poeni, perjurio culpam tegere volentes, *nihil ab se dolo malo factum esse* juravissent. Ego sicut non abnuerim, vel inter ipsos duces tale quid agi potuisse, dum Romanus Poeni praesentiam aegre patitur, Poenus instituto suo, quam potest, caussam praetexit; vel populos ipsos publice isthaec disputavisse: ita veriores belli mox exorti caussas alias fuisse existimo; quod neque statim bellatum est, et postea natum in Sicilia bellum, ob Mamertinos praecipue, manentibus adhuc Punicis foederibus, exarsit. Aucto ad hunc modum imperio, redeuntes Romam consules a gratulantibus excepti, magno omnium favore, magnaque sua gloria triumpharunt. U. c. 481. *Consulum triumphi.*

XLVII. Inter haec Q. Fabius Gurges et cetevi, qui missi Alexandriam fuerant, in senatu legationem renunciarunt. *Omni se genere hospitalitatis ac benevolentiae acceptos habitosque: munera venientibus magnifica missa: majora etiam data discedentibus. Sed priora quidem illa modeste recusari, magis ex dignitate abstinentiaque Romana visum esse. cetera, quae omnino recipienda fuissent, a se, priusquam aliarum rerum quidquam agerent, in aerarium populi Romani delata esse. Sed et Alexandriae, quum ad sollemnes epulas invitatis, more apud reges usitato, coronae aureae missae essent, eas, ominis caussa acceptas, noctu statuis regis imposuisse.* Senatus et successu legationis, et gravitate legatorum mire laetus, gratiis actis, *quod sua continentia mores Romanos externis quoque nationibus venerabiles reddidissent*, restitui munera, quae in aerarium detulerant, praecepit. Continuo populus, ita demum rempublicam optime gestum iri dictitans, si ditescendi ex publicis negotiis infame studium tolleretur, idem scivit: quaestoribusque pecuniam eam, uti jussi erant, prompte restituentibus, digni hoc abstinentiae fructu homines, pari gloria et recusarunt Aegyptias opes, et receperunt. Q. Fabium, qui caput legationis ejus fuerat, hoc quoque nomine praelatum tot egregiis viris existimo, ut a censoribus M. Curio, L. Papirio princeps senatus legeretur: quum nobilitate domus, et paternis meritis, simul consulatibus duobus totidemque triumphis, nulli jam honori impar videretur. *Legati Alexandriam missi revertuntur.* *Q. Fabii honores.*

XLVIII. Iisdem consulibus M. Curius censor Anienis amnis aquam in urbem ducendam locavit, ex manubiis hostium. Ex quibus adeo privatim ditari noluit, *Anienis aqua in urbem ducitur.*

Cap. XLVI. Gotefridus Viterbiensis, 11. Paul. Diac. Hist. Misc. 2, 23. Fasti Capit. Cap. XLVII. Justin. 18, 2. Val. Max. 4, 3, 9. Tac. 2. Ann. 57. Justin. Zonaras. Val. Max. Frontin. de Aquaeductibus. Plin. 7, 41. Frontinus.

Digitized by Google

U. c. 481. ut aliquando, quum a malevolis interversae pecuniae argueretur, gutto ligneo, quo ad sacrificia uti consueverat, in medium prolato, juraverit, *se nihil praeterea de praeda hostili suam in domum intulisse:* vir profecto tum rerum gestarum magnitudine, tum etiam aliarum virtutum illustribus experimentis meritus, ut quaedam ejus insigniora dicta factaque modico excursu adnotentur. neque vero indignum, aut historiae condendae officio alienum judico ea referri, per quae homines, in republica versaturi, haud sane minus, quam consiliis operibusque militaribus, ad felicitatem ex virtute petendam instruantur.

M. Curii insigniora dicta factaque.

XLIX. Bello Sabino quum tantum praedae fuisset, ut tum primum Romanos gustum divitiarum cepisse scriptor historiae Fabius autumet, Curius, nihil ex tam opulenta victoria, praeter conscientiam famamque, sibi vindicans, in pristina paupertate duritieque mansit: etiam publicae continentiae magister idem idoneus, et severus custos. Agri enim captivi parte maxima publicata, privatis haud amplius quaterna dena jugera viritim divisit. ipse, quum senatus majorem ei portionem adsignaret, eodem, quem ceteris dederat, agri modo contentus fuit, *malum esse civem* dictitans, *cui non idem, quod aliis, satis esse posset.* Haec deinde in Sabinis villa Curiana fuit: in qua forte rapa torrentem victi nuper Samnites quum adivissent, ingensque pondus auri adferrent dono; *Ego haec,* inquit, *infictilibus meis esse malo, et aurum habentibus imperare.* Cui villae quum vicina praedia senior Cato possideret, eo ventitabat crebro, tenuemque casam et rusculum, quod vir tantus post tres triumphos manibus suis foderat, cum recordatione vitae abstinentissime actae contemplatus, animum ad parem constantiam, antiquae simplicitatis et virtutis aemulatione, componebat. Et profecto viris haud aliis opus fuit ad imperii futuri tam firma ponenda fundamenta, quae et impositam molem perferre possent, et non exteris modo concutientibus resisterent, sed ipsis quoque domesticis vitiis aegre vixque convellerentur.

Villa Curiana.

A seniore Catone frequentata.

Cap. XLVIII. Auct. de vir. illustribus, c. 30. Cap. XLIX. Strabo, l. 5. p. 228. Plut. in Apophthegm. Auctor de viris illustr. Frontin. Strateg. 4, 3. Plin. 18, 3. Auctor de viris illustr. Plut. Cic. Cat. Maj. c. 16. Plut. in Cat. Maj.

Digitized by Google

EPITOME
LIBRI QUINTIDECIMI.

Victis Tarentinis pax et libertas data est. Legio Campana, quae Rhegium occupaverat, obsessa, deditione facta, securi percussa est. Quum legatos Apolloniatium ad senatum missos quidam juvenes pulsassent, dediti sunt Apolloniatibus. Picentibus victis pax data est. coloniae deductae, Ariminum in

Victis Tarentinis pax et libertas data est] *Mulctis Tarentinis* Boend. Deinde *libertas nata est* Leid. Lovel. et Exc. Pithoei. *libertas nacta est* Hearnii N. Eadem varietas in libris scriptis supra erat 10, 40, 10. Infra 26, 41, 9. *libertas orta est* Voss.

Legatos Apolloniatium ad senatum missos] *legatos Apollinatum* Leid. *legatis Apollinatium* Voss. et Hearnii N. *legatos Appolindntium* Berg. *legatos Appolinatium* Lovel. *legatos Apolliniatium* Boend. a m. 1. *Apolliniatum* a m. 2. Mox *Apollinatibus* Voss. Leid. Lovel. et Hearnii N. *Apolliniatibus* Boend. Deerat ea vox in Berg. a. m. 1. pro qua *Apolinatibus* adscribitur manu altera.

Picentibus victis pax data] *pax data est* Voss. Leid. Lovel. Boend. et Hearnii N. Neque aliter erat in Berg. a m. 2. in quo omnia haec verba deerant a m. 1. Recepi itaque *τὸ est.*

Coloniae deductae, Ariminum in Piceno, Beneventum in Samnio] *deductae sunt* Leid. et Lovel. Voces *coloniae deductae* desunt in Berg. a m. 1. Deinde *Ariminum in Piceno ventum*, reliquis omissis, Leid. *Ariminum in pace conventum* Voss. *Ariminum in Piceno Neventum* Exc. Pithoei. Vulgatum servant Berg. et editi. Recte. Vellej. Pat. 1, 14. *Interjecto quinquennio, Sempronio Sopho et Appio Caeci filio consulibus, Ariminum, Beneventum coloni missi.*

Tunc primum populus Romanus argento uti coepit] Argentum signatum est anno urbis CDLXXIV. Q. Ogulnio, C. Fabio consulibus, quinque annis ante primum bellum Punicum. Plinius 33, 3. SIG. *Tum primum* Berg. et Boend. V. ad 2, 12, 15. *Tunc primum pro argento uti coepit* Voss. Simili errore apud Caes. 1. Civ. 9. quidam Msti et edd. *pro beneficio* exhibent, loco *populi Romani beneficium.* Vox *Romani* hic deest in Leid. et Berg.

Digitized by Google

Piceno, Beneventum in Samnio. Tunc primum populus Romanus argento uti coepit. Umbri et Sallentini victi in deditionem accepti sunt. Quaestorum numerus ampliatus est, ut essent octo.

Umbri et Salentini victi in deditionem accepti sunt] *Sallentini* duobus *ll* scribi debent ex fide Capitolinorum triumphorum et Graecis scriptoribus. Sic enim Stephanus Σαλλεντία, πόλις Μεσσαπίων. τὸ ἐθνικὸν, Σαλλεντινός. SIG. V. etiam Pighium in Annal. ad ann. CDLXXIII. p. 433. quae notantur ad Silii Ital. 8, 575. et quae dicta sunt ad Livii 9, 42, 4. Ex Cellar. vero in Geogr. Ant. 2, 9. p. 572. colligendum videtur, veteres utroque modo *Salentini* et *Sallentini* scripsisse: V. etiam Dausq. Orthogr. parte 2. hac voce. *Salerni* vero, pro *Sallentini*, est in Leid. Voss. Berg. Boend. Norvic. et quibusdam edd. *Salentini* in Lovel. et Hearnii N. *Sallens* in Exc. Pithoei. *Saleni* in edd. Rom. anni 1472. et Parm. Praeterea *Vibri*, pro *Umbri*, Berg. sed vox ea exsulat a Lovel. Deinde *victi et in deditionem accepti sunt* Voss.

Quaestorum numerus ampliatus est] In vet. lib. est *Quaestorum numerus ampliatus est, ut essent*. Desideratur autem numerus. Sic enim in epitoma l. 2. *Numerus tribuum ampliatus est, ut essent XXI.* et l. 10. *Collegium augurum ampliatum est, ut essent novem.* et l. 20. *Praetorum numerus ampliatus est, ut essent quatuor.* Puto legendum hic esse, *ut essent octo.* Quaestores enim primum duos creatos esse anno primo post reges exactos, scribit Plutarchus in Poplicola [p. 103.] Duos deinde his additos esse, ut essent quatuor, duos qui urbanas, duos qui militares res curarent, anno ab urbe condita CCCXXXIII. tradit Livius l. 4, [43.] et l. 6. et Tacitus l. 11, [22.] cum autem Tacitus subsequatur his verbis: *Mox duplicatus quaestorum numerus, stipendiaria jam Italia, et accedentibus provinciarum vectigalibus*, eos profecto octonos factos esse hoc tempore significare videtur. SIG. Voces, *ut essent octo*, desunt etiam in Voss. Berg. Boend. Lovel. et Norvic. Sola tantum vox *octo* in Leid. quam recte ex conjectura adjecit Sigonius. Ita infra in Epit. 20. ubi vulgo editur, *Praetorum numerus ampliatus est, ut essent quatuor*, ab uno cod. exsulat etiam vox *quatuor*.

Digitized by Google

JOHANNIS FREINSHEMII
SUPPLEMENTORUM LIVIANORUM LIBER V.
IN LOCUM LIBRI XV. T. LIVII.

I. Superatis post multa certamina validissimis hostibus, partaque per Italiam pace, supererat ea deliberatio Patribus, quemadmodum victoria bene uterentur. Mulctari parte finium omnes, qui arma contra tulerant, populos placuit: severiore adversum Tarentinos vindicta, quanto intemperantius offenderant. arma navesque tradere jussis, muri quoque diruti sunt, tributumque civitati impositum: pax modo cum libertate concessa. Nihil deinde visum antiquius, quam perfidiam puniri legionis, quae, Rheginis dolo circumventis, oppidum eorum decimum jam annum pro suo possidebat. Hi quum ante providissent, Romanis rebus quotidie laetioribus, suum scelus inultum non fore, quidquid ad communiendam urbem, viresque defensioni parandas pertinebat, sollicite administraverant: non ignari, quod fraude vique partum esset, nisi iisdem illis artibus, diu retineri non posse. Praeter insitam ferociam freti erant amicitia Mamertinorum, successuque adversus Carthaginienses, deinde Pyrrhum, quo urbis suae animorumque fortitudinem experti fuerant, hostibus ab obsidendi consilio cito depulsis. Itaque in tantum creverant rebellium et desertorum animi, ut, Crotonem prodentibus quibusdam capere ausi, praesidium Romanum trucidare, urbem diruere sustinuerint.

U. c. 481.

Tarentini puniti.

Rhegium tenentes defectores ad defensionem se parant.

II. Igitur L. Genucio, qui cum C. Quinctio consulatum eo anno gerebat, mandata est ultio: compulsisque intra moenia perduellibus urbs obsessa. Sed, illis suas et Mamertinorum vires non instrenue opponentibus, quum incommoda quaedam passus consul etiam rerum necessariarum penuria laboraret, ab Hie-

U. c. 482. L. Genucio, C. Quinctio coss.

Obsidentur a L. Genucio.

Cap. I. Zonaras. Liv. Epit. 15. Polyb. 1, 7. Liv. 28, 28. Zonaras. Cap. II. Oros. 4, 3. Polyb.

Digitized by Google

U. c. 482. rone, qui Syracusis principatum obtinebat, frumento et milite adjutus est. Hic enim Mamertinis infensus, etiam socios eorum Rhegium tenentes oderat: incrementis quoque Romanorum, ut eorum animos ad usum sequentium temporum beneficiis occuparet, movebatur. Sic ad extremum ad deditionem urbe coacta, Mamertinos certis conditionibus adstrictos dimisit consul: perfugas et latrones, quorum multi Rhegium, velut ad asylum concurrerant, adfecit supplicio: legionarios autem milites abduxit Romam, ut de ipsis senatus statueret.

In potestatem veniunt.

III. Magnum inde publicae severitatis exemplum sequitur. Senatus primum omnes, qui adducti a consule fuerant, in carcerem condi jussit, ut inde ad supplicium capitis promerentur. Deinde, quum intercessisset senatusconsulto tribunus plebis M. Fulvius Flaccus, denuncians, *ne in capita civium Romanorum adversus leges et morem majorum animadverteretur;* constantia Patrum tribunitii clamores spreti sunt, suppliciumque de nocentibus sumptum. Ne tamen invidia facti tam acerbi, plebisque moestitia gravior foret, si tanta hominum multitudo eodem tempore interficeretur; singulis diebus quinquaginta ducti sunt, quos virgis caesos securi percusserunt. Senatus etiam corpora sepeliri, mortemque cujusquam eorum lugeri vetuit. Decius Jubellius, qui ad eam usque diem oculis suis superstes vixerat, ut majore cum dolore moriretur, in carcere manus sibi attulit. Plures auctores sequutus, legionem totam, hominum millia quatuor, Romae in foro securi percussa retuli. Sed verius puto, quod a Polybio traditur, ex ea legione vivos in potestatem venisse admodum trecentos: reliquum numerum, dum urbs capitur, ferociter repugnando caedi maluisse; non ignaris omnibus, post delicta tam enormia nihil ex deditione aliud, quam plures cruciatus, mortemque graviore cum ignominia conjunctam, exspectari posse. Urbs Rhegina prioribus incolis, quod eorum usquam reperiri conquirique poterat, cum libertate legibusque suis, reddita est. Hoc justitiae fideique documentum Romanae civitatis existimationem largiter auxit: neque minus amoris eo facto, quam per arma metus, apud Italicos vicinosque populos quaesitum.

Supplicio afficiuntur.

Rhegium prioribus incolis restituitur.

Cap. II. Zonaras. Liv. Epit. 15. Zonaras. Oros. Cap. III. Val. Max. 2, 7, 15. Frontin. Strateg. 4, 1. Appian. apud Vales. Liv. 28, 28. Polyb. 1, 7. Appian. et Zonaras. Liv. 31, 31.

Digitized by Google

IV. C. deinde Genucii, Cn. Cornelii consulatus bellum cum Sarsinatibus habuit. Umbrorum ea gens Apenninum incolentium quibus caussis in arma fuerit acta, quaque spe formidabili jam Romanorum potentiae se opposuerit, silentibus scriptorum reliquiis, divinare non potui. Totius etiam belli series penitus intercidit, nihilque ad nos ex veteri rerum istarum memoria pervenit, nisi quod a Cn. Cornelio de Sarsinatibus triumphatum est. Asperrimam his consulibus hiemem fuisse Romae traditur, ut arbores emortuo succo aruerint, Tiberis densa glacie concreverit, jumenta et pecudes inopia pabuli contabuerint: tantaque fuit inclementia coeli, ut in foro Romano nives horrendae altitudinis per dies quadraginta continuos duraverint.

U. c. 483. C. Genucio, Cn. Cornelio coss.

Bellum cum Sarsinatibus Umbris.

Hiems asperrima.

V. Res inusitata, ut fit, a multis prodigii loco habita, vehementi terrore hominum animos percelluit: intentiore statim metu, quum, Q. Ogulnio Gallo, C. Fabio Pictore magistratum ingressis, multa cernerentur ostenta, multa nunciarentur. Romae enim aedes Salutis, et pars muri sub eodem loco, de coelo tacta. lupi tres ante lucem urbem ingressi semesum cadaver intulerunt, membratimque laceratum in foro, ipsi strepitu hominum exterriti, reliquerunt. Formiis moenia fulmine saepius icta disjectaque nunciabantur: et in agro Caleno diducta repente terra flammam erupisse alatam, quae triduo toto flagrans quinque agri jugera usque in cinerem exusserit, ut non modo fruges eo loco cunctae, sed etiam arbores radicitus emorerentur. Plus ea res timoris Romae, quam calamitatis, attulit. nihil enim magnopere consequutum est, nisi quod bellum a Picentibus ortum, annoque sequente confectum, eam quoque regionem Romanae ditioni adjecit.

U. c. 484. Q. Ogulnio, C. Fabio coss.

Ostenta.

VI. Interea in urbe signandi argenti primum initium fuit, auctis jam successu rerum opibus, quum ad eam diem aes tantummodo Romae in promiscuo pecuniae usu fuisset. tum autem denarii quinariique ex argento cusi, qui pro libris totidem aeris essent; sliique minores, qui dupondio et semisse quum aestimarentur, ex re sunt sestertii appellati. *Moneta* dicta,

Argentum signari coeptum.

Cap. IV. Polyb. 2, 16. Fasti Capit. Zonaras. Aug. de Civ. Dei, 8, 17. Cap. V. Oros. 4, 4. Eutrop. l. 2. Cap. VI. Liv. Epit. 15. Zonaras. Plin. 33, 3. Suidas in *Μονήτα*.

Digitized by Google

U. c. 484. quod in aede Junonis Capitolina cuderetur. Cognomen enim illud inditum Junoni fuerat, quod bello Pyrrhi et Tarentino consulentes de pecuniarum inopia Romanos monuisset, *pecuniam non defore justitiam et arma colentibus.* Consules Q. Gallus, C. Fabius ad comprehendendum Lollium Samnitem profecti sunt: qui, quum obses Romae fuisset, clam elapsus, castello quodam occupato, faciebat latrocinia, populariumque animos vix adhuc certa pace compositos ad defectionem incitabat.

Caricini. VII. Atque is quidem cum collectitia et maximam partem inermi turba non diu restitit. in Caricinis (ea quoque Samnii pars est, Frentanis propior) laboris periculique plusculum fuit. Dum locus munitus, qui praedarum Lollio receptaculum fuerat, expugnatur, *Anceps casus.* ancipiti casu, ex spe magna in timorem, ex timore ad victoriam subito ventum est. Inducti quidam ex propugnatoribus impunitatis pacto, nocte sublustri Romanos intra moenia receperunt. Concurrentibus ad tumultum oppidanis, quum manus conseri coepisset, magna vis nivis repente coelo delapsa conspectum eripuit proeliantibus. Ea res Caricinis adversus locorum ignaros ita profuit, ut maximo in discrimine Romana signa versarentur. jamque prope aberat, ut cogerentur referre pedem, quod inter tenebras fieri citra magnum detrimentum nequibat, quum subito, cessante nivium casu, reddita luna est, caecoque metu liberatis promptum ad victoriam iter virtute partum. Eae turbae impedimento videntur fuisse, ne Picentes iis consulibus perdomarentur.

U. c. 485. P. Sempronio, Ap. Claudio coss. VIII. Insequente autem anno P. Sempronius Sophus, Ap. Claudius Caeci F. Crassus, consulatu inito, bellum istud aggressi, rem ex sententia confecere. Sub eadem ista tempora in Piceno, qui ager Senonum Gallorum fuerat, Ariminum colonis occupari placuit; Maleventum in Samnio: sed nomine, quod ominosum esse videbatur, mutato *Beneventum* colonia dicta est. *Picentes domiti.* Sabinis, qui ante aliquot annos accepti in civitatem fuerant, tum suffragii quoque jus datum. In Umbria res etiam a Claudio gestae, Camarinumque oppidum captum: incolae sub corona venditi.

Cap. VI. Zonaras. Cap. VII. Ptolemaeus. Zonaras. Cap. VIII. Eutrop. l. 2. Vellejus, 1, 14. Liv. Epit. 15. Plin. 3, 11. Vellejus.

Digitized by Google

sed, quia parum liquida fide gestum ab imperatore bellum videbatur, utilitatem populus Romanus justitiae posthabuit; conquisitesque Camertes redimi ab emptoribus, receptisque in civitate locum ad habitandum in Aventino colle adsignari, et praedia sua restitui jussit. U. c. 485.

IX. At Picentinae victoriae majus gaudium fuit: resque digna visa, quae, denariis argenteis nuper cudi coeptis impressa, et pluribus statim innotesceret, et ad memoriam servaretur posteritatis. Nummos Picum repraesentantes, Saturni filium, (nam is gentis auctor creditur) et ab alia parte dextram a magistratu Romano porrectam supplicanti, ex senatusconsulto cudendos curavit Q. Caedicius Quinti filius. Et certe luculentam ea gente pacata virium accessionem factam vel inde constare potest, quod trecenta sexaginta Picentium millia in fidem populi Romani venisse traduntur. Eo bello triumphum consules meruerunt duxeruntque: insigniore tamen P. Sempronii gloria, quod adversus validiores hostium copias periculoque et contentione majore certaverat. *Majus victoriae gaudium.* *CCCLX. Picentium millia in fidem veniunt.*

X. Res enim prodigiosa tum accidit, ut, instructa utrimque acie, sub ipsum committendi proelii tempus, terra subito moveret. Sed consul apta tempori oratione territos militum animos confirmavit: *haud minus hostes religione non necessaria perturbatos* dictitans, *ejusque victoriam fore, qui, excusso inani metu, adversarium sui non bene compotem prior invasisset.* Templo deinde Telluri Deae voto, si populo Romano victoriam dedisset, impetum in hostes fecit. Neque hi segnius excepere certamen, caedesque tam atrox fuit, ut etiam victoris exercitus pars minor evasisse dicatur. Ab hoc proelio, quum alia Picentium oppida, tum caput gentis Asculum, situ murisque tutissimus locus, Sempronio se dediderunt. Hujus deinceps exemplo Picentium omne nomen, imperata facere pollicitum, a senatu pacem obtinuit. Jam Italia tota, qua Siculum Ioniumque mare spectat, perdomita, soli restabant Sallentini, qui ad extremas Italiae oras colunt, qua mare superum Ionio commit- *Consul confirmat suos terra movente trepidantes.* U. c. 486. M. Atilio, L. Julio coss.

Cap. VIII. Val. Max. 6, 5, 1. Cap. IX. Pighius in Annal. 485. Plin. 3, 13. Fasti Capit. Eutrop. Cap. X. Frontin. Strateg. 1, 12. Flor. 1, 19. Oros. 4, 4. Flor. Strabo, l. 6. p. 241. Liv. Epit. 15.

Digitized by Google

U. c. 486. *Sallentini bello petuntur.*

titur. ad hos igitur a Picentibus bellum, veluti contagione quadam, pervasit; iisque, M. Atilio Regulo, L. Julio Libone consulibus, indictum est.

Commoditas portus Brundusini.

XI. Crimini datum, quod Pyrrhum ex Epiro venientem portubus oppidisque suis recepissent. Ceterum commoditas portus Brundusini, qui, eodem vento spirante, et dimittere naves potest, et accipere, facilisque inde in Illyricum et Epirum trajectus, quodque opportunius videbatur ipsis Italiae finibus imperium terminare, veriores belli caussae putabantur. Triumpharunt ex his ambo consules una die, quae fuit octava Kalendas Februarias. Fusis acie Sallentinis, nobilissimum eo tractu oppidum Brundusinum ceperant, aliaque prospere gesserant: adjuti, ut ferebant, a Pale pastorum Dea, quae praemium victoriae petiisse ultro dicitur, ut aedes sibi Romae dedicaretur. Majori parte Sallentinorum ab his subacta, victoriam sequentis anni consules absolverunt. Numerius Fabius C. F. M. N. et D. Junius D. F. D. N. Pera fuere. Ab his Umbri simul atque Sallentini in deditionem accepti.

Pales pastorum Dea.

U. c. 487. Num. Fabio, D. Junio, coss.

Universa Italia perpacata.

XII. Sic universa jam Italia perpacata, qua maribus et amne Pado finitur, e vestigio per insulas propinquas, et adsitam Ionio Adriaticoque pelago continentem, aliorum spe, aliorum formidine, celebrari Romana magnitudo coepta est. Nam quibus studium erat per injurias vicinorum crescendi, suis consiliis impedimentum a Romano metuebant, aliis ex diverso praesidium istud adversus impotentiam adversariorum, tamquam divinitus oblatum, amplexantibus. Primi omnium Apolloniatae, missis Romam legatis, in amicitiam recipi petierunt. Urbs illa sexaginta stadiis a mari recedit, a Corinthiis et Corcyraeis condita, commodumque portum habet, qua proximus in Graeciam a Brundusio trajectus est. Illyricae Macedonicaeque circum gentes colunt. igitur inter potentes et cupidos libertatem suam aegre tuebatur. Ab senatu non tam civitatis ejus opes, quae tenues erant, quam spem futuri et apertam ad majora occasionem reputante, perquam humaniter accepta est legatio. quo gravior mox

Apolloniatae legatos mittunt Romam.

Cap. X. Flor. 1, 20. Eutrop. l. 2. Cap. XI. Zonaras. Ennius, l. 6. Zonaras. Fasti Capitol. Zonaras. Flor. 1, 20. Pigh. Annal. Liv. Epit. 15. Cap. XII. Strabo l. 7. p. 316. et 326. Liv. Epit. 15.

Digitized by Google

mox vindicta fuit in quosdam ordinis senatorii juvenes, qui legatos orta contentione pulsaverant. U. c. 487.

XIII. Q. enim Fabium neque magistratus dignitas, aedilitatem enim gerebat, neque generis amplitudo tutata est, quin Apolloniatibus ob eam noxam dederetur. Deditus est etiam Cn. Apronius itidem aedilis, ejusdemque culpae reus. Hos igitur per feciales legatis Apolloniatarum tradi, quaestoremque cum his Brundusium ire senatus censuit, ne quid in itinere legatis a deditorum propinquis amicisve noceretur. Magnum sane fidei publicae documentum, sed non inferius prudentiae. quum enim opinione justitiae nationum exterarum animos ad amicitiam suam attrahere desiderarent, magnopere intererat, injurias eorum, qui primi ad societatem jungendam venissent, quam accuratissime vindicari. neque enim quidquam destinatis eorum tam inimicum fieri potuisset, quam si commissum esset, ut et Apolloniatas facti sui, et alios exempli poeniteret. atque ab hac utilitate receptum, constanterque sequutis etiam temporibus servatum est, ut, qui legatos civitatis liberae pulsavissent, iis, quorum erant legati, dederentur. Ceterum Apolloniatae, deditis in suum oppidum adductis, plus se commodi ex humanitate, quam ex vindicta, consequuturos prudenter arbitrati, domum incolumes remiserunt. Hoc anno ab utroque consule bini sunt triumphi ducti. D. Junius ante diem quintum Kalendas Octobres, Num. Fabius ante diem tertium Nonas ejusdem mensis de Sarsinatibus, Umbrorum populo, triumpharunt: iterum Kalendis Februariis Fabius, Nonis Junius de Sallentinis et Messapiorum gente, quae Sallentinos accolas auxiliis juverat.

Eorum violatores dediuntur.

Sed ab Apolloniatis remittuntur.

Bini triumphi consulum.

XIV. Is finis eo tempore bellorum Italicorum fuit. nam quod anno sequente, Q. Fabio Gurgite tertium, L. Mamilio Vitulo consulibus, ad Volsinios gestum est, non cum justis hostibus bellum, sed adversum scelesta servitia pro sociis ultio fuit. Etruscorum gens opulentissima, Volsinii, fidem populi Romani contra

U. c. 488. Q. Fabio III. L. Mamilio coss.

Cap. XII. Dio apud Vales. Zonaras. Val. Max. 6, 6, 5. Cap. XIII. L. 17. ff. de legation. Zonaras. Fasti Capit. Cap. XIV. Flor. 1, 21. Zonaras.

Digitized by Google

U. c. 488. *Volsiniis civitas et arma servis data.*

servos quondam suos implorabat. usi enim inepto consilio, sive quod superioribus bellis attritas vires ita recreari posse sperabant, sive, deliciis ipsi diffluentes, armorum laborem fugiebant, servis libertate et civitate donatis ea permiserunt. Inde communicatis etiam honoribus in senatum legi, magistratusque fieri coeperunt. Ita brevi, oppressis veteribus civibus, translataque in se republica, datam a dominis libertatem adversus ipsos insolentissime exercuerunt. matronas honestas virginesque per vim constuprari; maritis parentibusque, de injuria conquerentibus, pro vindicta legum contumelias et ludibria rependi; arbitrio petulantissimorum nebulonum rapi, trahi, vexari omnia, Vulsiniis jam in morem venerat. Neve praetereatur insigne monumentum, quem ad finem servilium animorum belluina impudentia possit procedere, si nacta potentiam fuerit, lege lata sanxerunt, *uti libertinis in patronorum filias ac uxores stupri jus esset; floremque virginis ingenuo nupturae primum aliquis ex suo ordine delibaret.*

Contra dominos exercentur.

Privatis in aedibus senatus datur Volsiniensium legatis.

XV. Vulsinienses igitur veteres, quum neque ferre diutius miserias istas, neque propulsare viribus suis possent, consilio clam inter se habito, legatos Romam mittere decreverunt. Ii, secretis precibus impetrato, uti privatis in aedibus senatus cogeretur, (perniciem enim sibi, si res emanasset, impendentem prospiciebant) oratione flebili calamitates urbis suae exposuerunt. qua moti Patres, opem miseris ad recuperanda pristina jura promiserunt. Sed haec, quum acta secreto putarentur, iis, qui fuerant accusati, per Samnitem quemdam indicata sunt. Is, quum in aedibus, ubi senatus convenerat, hospes domini aegrotaret, per oblivionem eo in loco relictus exceperat dicta prodideratque. Quaestiones igitur de legatis Roma reversis habitae sunt; compertoque negotio, et ipsi, et principes alii civitatis crudeliter interfecti.

Res tamen proditur.

XVI. Eo justior inferendi belli caussa visa: missusque cum exercitu Q. Fabius consul occurrere ausos

Cap. XIV. Joannes Antiochenus apud Vales. Florus. Oros. 4, 5. Val. Max. 9, 1, 2. ext. Cap. XV. Zonaras. Auctor de viris illustr. c. 36. Zonaras.

Digitized by Google

in fugam vertit, magnumque fugientium numerum cecidit: ceteros, qui intra munimenta se receperant, actis operibus oppugnare instituit. Sed, illis non segniter resistentibus, quum levia, ut solet, certamina crebro fierent, consul, dum incautius inter tela versatur, vulnus accepit, et in ejus deinde curatione decessit. Obsessi, casu eo cognito, eruptionem summis viribus fecere, sperantes exercitum interitu ducis turbatum, si subito invaderetur, a moenibus submoveri posse. verumtamen eventus proelii contra dedit. excepti ferociter a militibus Romanis, et in urbem iterum cum clade compulsi sunt. Huic ego pugnae Decium Murem praefuisse crediderim. hic enim legatus esse Fabio, et post necem ejus, donec successor veniret, bellum administrare potuit. atque inde esse reor, quod apud negligentiores historicos, Vulsiniensis belli coepti finitique titulus Decio adscriptus est.

U. c. 488.

Consul a servis Volsiniensium vulneratur.

Sed illi cum clade in urbem compelluntur.

XVII. Censores eo anno creati Cn. Cornelius L. F. Cn. N. Blasio, et C. Marcius, qui, quum antea quoque censuram gessisset, in hoc honore Censorinus appellatus est. Memorabilis hujus Marcii moderatio fuit, qui, accepta potestate, quam non ambiverat, populum ad concionem vocatum gravissima oratione increpuit, *quod magistratum illum bis eidem mandavisset, cujus tempora, non aliam ob caussam, quam quia nimia potestas ejus esset, coarctanda sibi majores judicassent.* inde profecta lex est, qua cautum, *ne quis censor iterum fieret.* Eodem anno quaestorum numerus ampliatus est. Quatuor hactenus suffecerant: urbani duo: totidem ad bellum exeuntibus consulibus adjungebantur. sed proximis aliquot annis, aucta majorem in modum republica, vectigalibusque ac portoriis multis accedentibus, duplicari numerum istum necesse fuit.

Lex, ne quis censor iterum fiat.

XVIII. Ap. deinde Claudius, qui in magistratu Caudex cognominatus est, et M. Fulvius Flaccus consules sequuntur: annus coepto primum adversus Poenos in

U. c. 489. Ap. Claudio, M. Fulvio coss.

Cap. XVI. Auctor de viris illustr. Cap. XVII. Fasti Capit. Val. Max. 4, 1, 8. Plut. in Coriol. c. 1. Liv. Epit. 18. Tac. 11. Ann. 22.

Digitized by Google

U.c. 489. *Initium belli Punici primi.*

Sicilia bello memorabilis. tum enim inter duas potentissimas civitates inimicitiae primum erupere, quae multos post annos, illatasque et acceptas horrendas clades, non nisi alterius excidio finiri potuerunt. Sed prius de Carthagine quaedam altius repetenda sunt, quam ad bellorum istorum expositionem accedamus. erunt enim his in rebus enarrandis multa intellectu judicatuque difficiliora, nisi primum origo urbis et incrementa cognoscantur.

Carthaginis origo et incrementa.

Cap. XVIII. A. Gell. 17, 21.

Digitized by Google

EPITOME

LIBRI DECIMI SEXTI.

Origo Karthaginiensium et primordia urbis eorum referuntur; contra quos et Hieronem regem Syracusanorum auxilium Mamertinis ferendum censuit senatus, quum de ea re inter suadentes, ut id fieret, dissuadentesque contentio fuisset. Transgressis tum primum mare equitibus Romanis, adversus Hieronem saepius bene pugnatum. Petenti pax data est. Lustrum a censoribus conditum est. Censa sunt civium

Primordia urbis referuntur] Vet. lib. *urbis eorum referuntur*. SIG. Ita etiam Voss. Berg. Boend. et Lovel.

Auxilium Mamertinis ferendum censuit senatus] Vox *Mamertinis* omissa est in Boend. Deinde *senatus censuit* Berg. Lovel. et Boend. Vox *senatus* non adparet in Voss. quemadmodum nec paullo ante vocula *et* in Boend. Ceterum mutavi distinctionem, quae post Mogunt. in plerisque edd. talis erat: *censuit senatus. Quum de ea re inter suadentes, ut id fieret, dissuadentesque contentio fuisset, transgressisque.* Ejus loco substituendam censeo, quam hic exprimi curavi. In illis autem verbis *id* omittitur a scriba Leid. et *fieret*, pro *fuisset*, legit Voss.

Transgressisque tum primum mare equitibus Romanis] Copula importune interponitur, et etiam a recentioribus quibusdam edd. harum epitomarum abest. Nec satis intelligo, cur solos *equites Romanos* memoret, quum alii etiam pedites Romanos tum primum transgressos tradant. DUK. *Transgressisque* primus edidit Gronov. atque ita legunt Leid. et Lovel. *Transgressis* servant Berg. Boend. et Norv. quomodo ante Gronov. vulgo exstabat. *Transgressum* male est in Voss.

Adversus Hieronem saepius bene pugnatum] Polybius 1, 11. unam tantum adversus Romanos pugnam et cladem Hieronis refert. DUK. *bene pugnatum est* Leid. et Lovel.

Censa sunt civium capita ducenta septuaginta duo millia, ducenta viginti quatuor] Melius Eutropius [2, 18.] qui *CCXCII millia* edit. Etenim tertio ante lustro censa sunt CCLXXVIII. millia, neque interea clades ulla accepta est, ut tantopere civium numerus imminutus sit. SIGON. *CCLXXM. CCXXIIII* Boend.

Digitized by Google

capita ducenta octoginta duo millia, ducenta triginta quatuor. D. Junius Brutus munus gladiatorium in honorem defuncti patris edidit primus. Colonia Aesernia deducta est. Res praeterea contra Poenos et Vulsinios prospere gestas continet.

CCLXXII M. CCXXIIII Norvic. *trecenta octuaginta millia ducenta triginta quatuor* Voss. *trecenta octuaginta duo millia ducenta triginta quatuor* Leidens. *CCCLXXXII millia, CCXXXIIII* Berg. et Exc. Pithoei. *CCCLXXXII et CCXXXII* Hearnii N. et Lovel. Quum in minorem numerum *CCXXXIIII* sex codd. consentiant, et Eutrop. d. l. hunc numerum edat: *inventa sunt civium capita CCXCII millia, CCCXXXIV.* hic etiam *triginta*, pro *viginti*, legendum esse, verisimile fit. Quin et codicum plerorumque consensus efficit, ut *octoginta quatuor millia*, quam vel *septuaginta quatuor millia*, cum ant. edd. vel *nonuginta quatuor millia*, cum Sigonio, legere malim. *ducenta* autem, non *trecenta*, scribendum esse, ratio docet. Ceterum, scire velim, quid sit, quod doctissima femina Anna Fabr. ad l. l. Eutropii scripserit, a numero capitum, hoc lustro censorum, quae edat Eutropius, centum ac decem deesse in tabulis Capitolinis. Quis, qui fragm. Capit. umquam inspexit, dicere poterit, iis adnotatum fuisse numerum civium, quolibet lustro inventorum? Praeterea *capita civium* Boend. Paullo ante autem *conditum est* Leid. Voss. et Berg. Ultima vox antea omittebatur.

Decimus Junius Brutus] *Marcus et Decimus* Val. Max. 2, 4, 4. *Marcum* hic culpa scriptoris, vel exscriptoris, omissum esse, putat Lips. 1. Saturn. 8. Quod addit, ex epitoma Liviana liquere, Livium tradidisse, tria paria gladiatorum a Juniis fuisse data, id magis in conjectura, nec illa tamen improbabili, positum esse, quam liquere, dici potest. DUKER.

In honorem defuncti patris edidit primus] Vet. lib. *primus edidit.* SIG. Ita et Berg. et Lovel. Vox autem *patris* deficit in Voss.

Colonia Esernia deducta est] Vet. lib. et Graeci *Aesernia.* SIG. *Exerria* Voss. et Boend. *e servia* Berg. V. ad Epit. 72.

Contra Poenos et Volscos] Dii boni! quid hoc tempore rei Romanis cum Volscis erat toties victis? certe nihil. Ergo non *Volscos*, sed *Volsinios* scribe, ut est in vet. lib. cum quibus hoc tempore bellatum esse docent historici, et maxime Capitolinus M. Fulvii Flacci consulis triumphus *de Vulsiniensibus*, primo anno primi belli Punici actus. SIG. *contra Poenos Vulsinos* Berg. *contra Poenos et Vulsinos* Voss. Lovel. Hearnii N. et ed. Rom. princ. In edd. tamen reliquis, quas vidi, ut et in Boend. *contra Poenos et Volscos.* At Leid. *contra Poenos et Volscinos.*

Digitized by Google

JOHANNIS FREINSHEMII
SUPPLEMENTORUM LIVIANORUM LIBER VI.
IN LOCUM LIBRI XVI. T. LIVII.

I. Carthaginem a Tyriis Phoenicibus conditam esse, praeter veteris historiae fidem, etiam perpetua civitatum istarum, donec floruerunt, amicitia, praeterea linguae nunc quoque manentis manifesta similitudine, certum atque testatum est. Ex ea gente ferunt Elisam, quae et Dido cognominata est, filiam Agenoris Belo geniti, quod Pygmalionem iisdem parentibus ortum, ob injustam mariti sui Sichaei caedem, odisset, patria profugam, eum Africae sinum peninsulamque, in qua post condita Carthago fuit, tenuisse: parvis admodum rei tantae initiis, ac potentiae, quae deinceps consequuta est, spem nullam ostentantibus. Quippe non plus terrae ab incolis emisse Elisa creditur, quam corio bovis amplecti posset. hoc in tenuissima lora dissecto majus aliquanto spatium, quam venditores intelligebant peti, comprehendit; arcique struendae suffecit locus, quam ex eo *Byrsam* appellatam putant. Inde multis commerciorum gratia cum advenis colendorum sedes juxta statuentibus, quum jam instar civitatis effectum esset, Afrique mansuetos homines et divites secum retinere cuperent, facile adsensi sunt venientibus ab Utica legatis, qui suo exemplo (nam et Utica colonia Tyriorum erat) ad condendam iis locis urbem hortabantur. Ita convenit, ut Afri sedem oppidi Phoenicibus concederent: hi annuum eo nomine vectigal penderent Afris. Operi perfecto Elisa lingua sua nomen imposuit *Carthadas*, quod urbem novam significat: Graeci Carchedona, Romani aberrante, ut fit, pronunciatione Carthaginem vocaverunt. Ea, quum et vicinos faventes, et populum industrium, et, quod maximum est, sapientem reginam haberet, admirandis incrementis brevi convaluit.

Elisa, quae et Dido, Carthaginis conditrix.

Arx Carthaginis Byrsa.

Carthaginis nomen.

Cap. I. Bochart. Chanaan. Justin. 18, 4. Appian. Libyc. Strabo, l. 17. p. 832. Liv. 34, 62. Justin. 18, 5. Vellejus 1, 2. Justin. Cato apud Solin. in Polyhist. c. 30.

Digitized by Google

Haec ante Romanam urbem conditam anno circiter septuagesimo acta videntur: nam inter auctores, ut in re tam antiqua, parum convenit.

Elisae mors.

II. Sed Elisae quemadmodum vita casuum varietate nobilis, sic etiam memoranda mors fuit. Iärbas, Africanae cujusdam gentis regulus, nuptias ejus ambibat, ni adsequeretur, bellum minitans. sed illa castitate insigni, et mariti prioris amore, nuptias aversabatur: bellum rebus adhuc nascentibus et teneris exitiosum fore intelligebat. Igitur tempore ad deliberandum sumpto, quasi tandem vicisset animum, et ad nuptias Africanas adduxisset; in extrema tum urbis parte rogum exstrui jussit, priusquam novum matrimonium ingrederetur, Sichaeo suo inferias daturam praeferens. tum hostiis multis immolatis, ad ultimum ipsa conscendit pyram, et gladio, quem secum attulerat, sibi mortem conscivit; caritate viri et civium propriae incolumitatis curam superante. Retulerunt Carthaginienses, quam potuere, gratiam; et admiratione virtutum ejus, donec respublica salva fuit, pro Dea venerati sunt. aedes in loco, ubi vitam exuerat, structa: ipsa *Dido* (sic sermone suo viraginem Poeni vocant) appellata.

Dido cur vocata.

III. Quum deinde nemo unus successione regni post Elisam dignus haberetur, mixta optimatium et populi potestate gubernari civitas coepit. Regia tamen appellatio manebat: sed ii Lacedaemoniis regibus similes erant, nisi quod nulli certae domui addictus honos, ut quisque nobilium divitiis et virtute ceteros anteibat, mandabatur. hi foris bellorum administrationem habebant; unde *praetores* atque *dictatores* a Romanis, potestatem eorum cum sua republica comparantibus, appellari solent: domi principes consilii publici erant: cum eo de negotiis civitatis statuebant: de majoribus rebus referebatur ad populum; ejus judicium in dissensu regum atque senatorum valebat. eidem jus erat etiam adversus placita regibus et consilio sciscendi, si forte contra rempublicam esse (id autem licebat cuivis coarguere) viderentur. quae nimia populi potestas, quum adsentatorum studiis, ut fieri amat, in immensum augeretur, sequentibus tem-

Carthaginiensis Reip. forma.

Nimia populi potestas.

Cap. I. Bongars. et Berneggerus ad Justin. 18, 6. Justin. Cap. II. Sil. Italic. 1, 81. Serv. in Virg. Aen. 1, 344. Cap. III. Aristot. Polit. 2, 11. Bongars. ad Justin. 22, 7. Aristoteles.

Digitized by Google

poribus Carthaginiensium rebus vehementer nocuit. In senatu porro seniores triginta quasi sanctius consilium erat: et horum in ordine universo plurima vis. Decoris publici disciplinaeque custodiam censoria potestate praefectus morum exercebat.

IV. Successu temporum, majoribus jam populi Carthaginiensis opibus, plures ad bellum imperatores deligi coeperunt. Ex quibus praecipuae virtutis et felicitatis Mago, quum duos filios, suis artibus instructos, reliquisset, atque easdem illi quoque numerosiori jam soboli veluti per manus traderent, evenit, ut ejus familiae nimia potentia novis remediis coërcenda videretur: creatique centumviri, penes quos de ipsis quoque ducibus judicia forent; formidabilis potestas, vel amplitudine juris, vel diuturnitate temporis, perpetui enim erant: quum jam reges ipsi non in perpetuum, neque longum adeo ad tempus, sed annui crearentur: quos domi frequentius *Suffetes*, id est judices, nominabant, consulibus Romanorum similes. Sed centumviros insolentius se gerentes lex Annibalis in ordinem coëgit, sancito, *ut in singulos annos judices legerentur, neu quis biennium continuum judex esset.*

Mago.

Suffetes. שופטים

V. Sacra maxime Tyro advecta colebant, quaedam etiam post adsumpta. Junonis cultus praecipuus: neque levis Aesculapii, cui magnificum templum in ipsa arce struxerunt. Apollinis etiam locuples aedes fuit, laminis aureis tecta, cum celebri simulacro, quod excisa Carthagine Romani avectum juxta circum maximum collocaverunt. Ad Herculem vero Tyrium quotannis magna cura delectam navem, cum decimis annuorum proventuum, aut partarum bello manubiarum, mittebant. Ab iisdem conditoribus suis, alium etiam ritum horrendae religionis hauserant, ut Saturno, quem ipsi *Belum* vocant, quotannis victima humana facerent: cujus immanitatis reliquiae ne cum ipsa quidem urbe tolli penitus abolerique potuerunt.

Religiones Carthaginiensium.

Belus.

Cap. III. Polyb. 6, 49. Liv. 30, 16. Corn. Nepos in Amilcare, c. 3. Cap. IV. Justin. 19, 1. Justin. 19, 2. Aristoteles. Corn. Nep. in Ann. c. 7. Liv. 30, 7. Liv. 33, 46. Cap. V. Virg. Aen. 1, 19. Strabo, l. 17. p. 832. Appian. Libyc. p. 79. Plut. in Flaminino, c. 1. Polyb. legat. 114. Diodor. 20, 14. Justin. 18, 6. Hieron. in Esaïam, c. 46. Plin. 36, 5. Freinshem. in Curt. 4, 3, 23. Aristot. Polit. 2, 11.

Digitized by Google

VI. Ceteros civitatis mores plerumque commerciorum utilitas moderabatur: quibus gens natura et majorum instituto deditissima, prudens imprudens omnes suas rationes consiliaque accommodabat. Hinc inevitabili malo, divitiarum admiratio honosque comitia corrupit magistratuum: virtutem pecuniae subjectam debilitavit: populum inflammavit opum cupiditate, fraudumque et mendaciorum servili consuetudine infecit: remque publicam harum rerum se studio totam tradere compulit. Inde enim processit, ut neque fidei multum in Punicis foederibus, et virium publicarum longe maxima pars in classibus esset: pedestris militia, robur atque firmamentum omnis imperii, nullo, equestris modico in honore usuque: quoties terra bellandum, mercenariis copiis res gereretur; quarum neque charitas ulla in rempublicam, et fides venalis, et discordia molesta, et conspiratio terribilis esset: adeo capitali errore, ut non alius hostis, ante ultimum excidium, rem Punicam tam prope ad extremam desperationem adduxerit. Neque minor ex eo malorum seges, quod, qui in magistratibus et curationibus erant, mutua dissimulatione peculatum impune exercebant: ut sic quoque minus mirandum esse videatur, si, bello inter has civitates exorto, superiores Romani fuerunt; quorum senatores duris temporibus suam pecuniam in publicum conferebant, quum Carthaginienses rempublicam haberent quaestui.

Divitiarum admiratio corrumpit rempublicam.

Magistratuum peculatus.

VII. Sed haec vitia cum ipsa urbe adoleverunt. quare primum quidem, ut infirma et modica, non aegre tolerabantur: post aliquamdiu sustinere potuit imperii magnitudo, et quidam singulari virtute duces, quorum maxime opera, quidquid felicitatis Carthago habuit, comparatum stabilitumque comperio. Sed ab initio quidem adversus Afros, vectigal pro solo urbis reposcentes, dimicatum est: idque jus non nisi repetitis bellis extortum. inde prolatum etiam imperium: Africaeque pars cultissima sub ditionem populi Carthaginiensis redacta. In Sardiniam autem, deinde Siciliam ut trajiceretur, maris opportunitas, et illius insulae rudis ad resistendum barbaries, hujus ob discordias perpetuas potentiorum injuriis exposita pul-

Singulari virtute duces.

Bella Carthaginiensium.

Cap. VI. Cic. in Rull. 2, 35. Polyb. 6, 50. Polyb. 1, 67. Polyb. 1, 65. Corn. Nepos in Amilcare. Liv. 33, 46. Liv. 26, 36. Cap. VII. Justin. 19, 1. Justin. 19, 2.

Digitized by Google

chritudo invitavit. In Corsicam ex Sardinia facilis transitus, et insulae non opulentissimae promptior occupatio fuit. At in Sicilia diutissime varia fortuna dimicatum est: maximasque et victorias ex iis bellis, et clades Poeni retulerunt.

VIII. Et Amilcar quidem Hannonis filius, quum trecenta hominum millia in Siciliam deportasset, a Gelone victus, interiit. qua calamitate perculsi Carthaginienses abstinuere Sicilia, donec, ab Aegestanis, quos Selinuntii premebant, exorati, Annibalem Amilcaris filio Gescone natum emiserunt. is, Selinunte ac Himera excisis, magnam iterum potentiam Poenis in Sicilia comparavit. Imilco Leptinem, Dionysii majoris fratrem ducemque, in Siculo mari vicit, navesque cepit aut depressit centum, virorum interfecit plusquam viginti millia: multas Siciliae civitates obtinuit: partem quoque Syracusarum cepit. sed orta repente pestilentia, toto ferme absumpto exercitu, cum paucis eum Carthaginem redire compulit. Neque tamen spem Siciliae occupandae abjecerunt Poeni, sed paucis post annis cum alia classe Hannonem adversus Dionysium bellare jusserunt. Postea Magonem ab Iceta vocatum, et in ipsa jam Syracusana urbe castra cum peditum sexaginta millibus habentem, Timoleon ejecit. Mox Annibalem et Amilcarem, septuaginta millia militum adducentes, idem Timoleon pugna vicit, castrisque exuit.

Amilcar Hannonis F.

Annibal Gesconis F.

Timoleon.

IX. Sed haud temere velocior iis ullo bello majorve conversio fortunae, quam adversus Agathoclem, fuit: qui, victus in Sicilia, obsessus Syracusis, nulla evidente spe salutis, ultro transduxit in Africam bellum, Carthaginiensesque multis proeliis victos, desciscentibus passim Libybus, in maximum periculum metumque conjecit: domum deinde reversus, Sicilia tota expulit, donec mors regis, et ex ea turbae, spem iterum occasionemque repetendae possessionis aperuerunt. Exinde, ut diximus, vario Marte cum Pyrrho bellavere, ad extremum superiores. Interim etiam in Hispania civitates quaedam stipendiariae factae, quum, Gaditanis opem adversus accolas petentibus, cognato

Agathocles.

Cap. VII. Justin. 4, 2, Cap. VIII. Herodot. 7, 165. Justin. 4, 2. Diodor. 13, 43. Diodor. 14, 60. Justin. 20, 5. Plut. in Timol. capp. 24. et 30. Ibid. capp. 37. et 42. Cap. IX. Liv. 28, 43. Justin. 22, 4. et seq. Diodor. l. 20. Justin. 25, 2. Justin. 44, 5.

Digitized by Google

populo (nam et Gades Tyrii condiderant) auxilium Carthagine missum vicinas aliquot Hispaniae regiones Punici juris fecit. Is ferme Carthaginis status erat, quo tempore bellum adversus Romanos sumpsere.

Siciliae status initio belli Punici I.

X. Siciliam vero, qua Punicae ditioni subjecta non erat, majori ex parte Syracusani et rex eorum Hiero possidebat: reliqua Mamertinorum armis tenebantur. Ii, donec Romanorum, qui Rhegium occupaverant, societate uti potuere, sua defendisse non contenti, etiam Punicos Syracusanosque fines incursabant: denique oppida Siciliae multa, quo vastationem agrorum et alia incommoda redimerent, vectigal pendere coëgerunt. Sed, expugnata urbe Rhegina, defectoribusque supplicio affectis, nudati hoc subsidio Mamertini priores opes tueri nequiverunt: et, amissis ferme, quae extra Messanam tenuerant, de urbe ipsa cum Hierone Syracusano dimicabant. De quo rege, quoniam ipse quoque temporibus iisdem hostis populi Romani, mox per annos sane multos socius et amicus fidelissimus, et ingens ad res constituendas momentum fuit, paullo copiosius exponendum puto. nam et in eo rara felicitas, et magna virtus, et prudentiae vis eximia fuit: eaque tempestate Syracusanorum opes et floruerunt cum Hierone, et conciderunt.

Hiero Syracusarum rex.

Hiero omnem fortunam sibi debuit.

XI. Hic igitur, nullo neque divitiarum, neque gloriae a majoribus relictae, neque alio aliquo tali praesidio adjutus, omnem fortunam suam sibi debuit: non, ut plerique, ad magnam potentiam ex tenui loco criminationibus meliorum, aut nece fugave adversantium provectus, sed modestia, et in parandis opibus, et in habendis, singulari; recte conjiciens, nullum esse regnum stabilius, quam quod ita exercetur, ut magis hoc timeant amittere, quibus imperatur, quam qui imperat. Itaque, quum annos quatuor et quinquaginta praefuisset, idque iis temporibus, quibus collisae duae potentissimae civitates de principatu terrarum summa contentione pugnabant, ipse nullo foris bello, si primos annos excipias, nullis domi insidiis petitus, nonagenario major, quum ad eam aetatem, certo temperantiae argumento, sensus integros corpusque firmum pertulisset, obiit: non suis modo

Cap. IX. Curtius 4, 4. Justin. 44, 5. Cap. X. Polyb. 1, 10. Polyb. 1, 8. Cap. XI. Polyb. apud Vales. l. 7. Liv. 24, 4. Polyb.

Digitized by Google

charus, sed etiam apud Romanos pariter Graecosque magna fama. Quem et principatum deponere saepe volentem cives sui publice prohibuerunt: et filius Gelon, qui natus annos plus quinquaginta ante Hieronem decessit, rara inter mortales moderatione, regno, quam patre, carere perpetuo maluit, eumque ad extremum usque vitae tempus constanti fide atque pietate percoluit. *Gelon Hieronis F.*

XII. Is igitur Hieron ab Hierocle genitore, qui stirpem suam ad Gelonem veterem Siciliae tyrannum referebat, expositus est: quod virum nobilem susceptam ex ancilla prolem pudebat tollere. sed omni humana ope destitutum apes, in os jacentis ingesto melle, per complures dies aluerunt. Eo prodigio, responsisque aruspicum, qui regiam puero potentiam portendi confirmabant, permotus Hierocles, infantem recolligit, adgnoscit, et in spem futurae magnitudinis diligenter instituendum curat. tum igitur inter aequales discenti a lupo, in turba puerorum repente conspecto, tabulam ablatam esse ajunt; et mox militiae tirocinium auspicanti aquilam in clypeo, noctuam in hasta consedisse. consilii viriumque indicium id fuisse creditum est, summique, ob regiam alitem, fastigii. *Omen Hieroni oblatum.*

XIII. Sed certiora signa mox ipse dedit, forma et robore corporis eximio: verum ingenii, temperantiae, comitatis, justitiae, moderationis nomine clarior atque illustrior. Saepe in acie, saepe adversum provocantes singulari certamine congressus, semper victor, a Pyrrho multis militaribus donis virtutis caussa donatus est: cujus postea ex genere Gelon, Hieronis filius, Nereïdem in matrimonio habuit. Pyrrho ex Sicilia fugato, quum inter Syracusanum exercitum et urbanos, sollemni temporum istorum morbo, iterum orta esset dissensio, in castris circa Mérganam Artemidorus et Hiero militaribus suffragiis duces creati, consiliis Hieronis, et amicorum ejus opera, clam intromissis militibus, urbem in potestatem redegerunt. Ibi Hiero excelsum se virum et quanticumque imperii capacem ostendit. nam ex diversis partibus occidit aut ejecit neminem; sed clementia, moderamine, *Hieronis forma et mores.*

Cap. XII. Justin. 23, 4. et Jo. Sarisberiensis, Polycrat. 1, 15.
Cap. XIII. Pausan. l. 6. et Justin. 23, 3. Polyb. 1, 8. Justin. 23, 4. Polyb.

Digitized by Google

rectisque consiliis ita composuit motus, ut non minoribus studiis eorum, adversus quos venerat, quam a quibus adductus fuerat, praetor Syracusis crearetur.

Praetor creatur.

XIV. Hic vero, reipublicae curam ut suae toto animo complexus, quum a longo jam tempore vitium istud in Sicilia inolevisse cerneret, ut, quoties magistratus copias eduxissent, vel in exercitu turbaretur aliquid, vel domi novarum rerum motus orirentur, circumspicere aliquem coepit, cui res urbanas tuto crederet, si quando ipse ad bellum exire cogeretur. Uxorem igitur duxit filiam Leptinis, qui magna inter cives auctoritate, vir etiam cumprimis honestus fideique tenax habebatur. Ita provisis domesticis rebus, adversus mercenariorum insolentiam remedium necessarium magis, quam usquequaque laudabile, commentus est. nam, educto contra Mamertinos exercitu, quum illi juxta Centuripas occurrissent, aciem ad Cyamosorum amnem hoc dolo instruxit, ut, inter cives mercenariosque intervallo relicto, hos committere proelium juberet, tamquam ipse cum urbanis signis alia parte impeditum et districtum hostem invasurus. ita conductitii majore Mamertinorum numero circumventi cadunt: ipse, dum horum caede distinentur hostes, otiose tutoque Syracusanas copias in urbem reducit.

Mercenariorum insolentiam retundit.

Dolo usus.

XV. Ad hunc modum repurgato, quidquid in exercitu aegrum, et ad seditiones pronum fuerat, urbanum militem studiose exercet: novas mercenariorum copias conducit: atque ita, benevolentia multorum comparata, remoto audacissimo quoque, reliquis adversus armatum et intentum mutire non ausis, principatum arbitratu suo administrat. Interea Mamertini, recenti victoria ferociores, contemptim atque temere Syracusanorum fines populabantur. Adversus hos Hiero, jam civibus et militi fidens, incunctanter egressus, ad ipsam hostium urbem, dimissis passim globis fere vacuam, castra posuit. cujus intellecto discrimine, Mamertini ad ferendam suis opem expedito cum agmine impigre accurrerunt. Hiero, motis ex agro Mamertino castris, Mylas urbem, et in ea milites mille quingentos capit: inde, castellis aliquot aliis raptim potitus, Amesolum procedit, medio inter Agyrium et Centuripas loco situm. Id quoque, licet munitioni-

Cum Mamertinis bellum.

Urbes aliquot occupat.

Cap. XV. Diod. Eclog. l. 22.

Digitized by Google

bus et praesidio firmum esset, expugnatum diruit: praesidiarios in fidem acceptos sibi militare cogit: agrum Amesselanum Centuripinis Agyrinisque dividit.

XVI. Hoc successu rerum alacrior denuo in fines Mamertinorum irruit: Alesum oppidum deditione capit: Abacaeninos atque Tyndaritas ipsorum voluntate adjungit. sic ab utroque mari proximis Messanae urbibus Hieroni parentibus, (nam ad Etruscum mare Tyndaritani habitant, Siculum Tauromenii accolunt, et ipsi Syracusanorum eo tempore socii) Mamertini in arctum coacti, Cio quodam praetore copias opponunt hosti, ad Longanum amnem in Mylaeo campo castra habenti. Pugna commissa, quum dubio Marte certaretur, subito in latera Mamertinorum recens impacta cohors haud dubiam Hieroni victoriam tradidit. nam ante proelium Hiero ducentos Messeniorum exsules, fortitudine et Mamertinorum odio praestantes viros, additis de suo exercitu delectorum quadringentis, vicinum collem, cui *Thorax* nomen est, circumire, hostemque incautum improviso incursu turbare jusserat. ii, mandata gnaviter exsequuti, effecerunt, ut universus Mamertinorum exercitus internecione caederetur.

Mamertini Cio praetore pugnant.

Sed Hieronis consilio vincuntur.

XVII. Cios, re desperata jam nihil aliud quam mortem mereri manu cupiens, multis vulneribus affectus capitur, et, in hostium castra deductus, fidem extorum aruspicumque praedictionem alio, quam speraverat, eventu comprobat. Nam ante pugnam immolanti vates inspectis extis promiserant, *fore, ut in castris hostilibus pernoctaret.* id ille in spem victoriae trahens, sero se ambigua praedictionis interpretatione deceptum agnovit. Hac aegritudine confectus, quum postridie inter equos captivos eum videret, quo filius in proelio usus fuerat, hunc etiam occubuisse conjectans, fasciis fomentisque vulnerum revulsis, spiritum indignantem effudit. Mamertinos, clade comperta desperantes, jamque victori cum insulis supplicum occursuros, ex inopinato fortuna servavit.

Cios ambigua praedictione deluso.

Mamertini insperato casu servantur.

XVIII. Forte sub idem tempus Annibal Carthaginiensium praetor in Liparaeorum agebat insulis, quae Siciliae adjacent. is, audita Hieronis victoria, metuens ne, Mamertinis penitus excisis, Syracusana po-

Annibalis dolus in eripiendis

Cap. XVI. Polyb. 1, 9. Diodor. Cap. XVIII. Strabo, l. 6. p. 275. Diodor.

Digitized by Google

Hieroni Mamertinis.

tentia Carthagini gravis et intoleranda fieret, specie gratulantis ad Hieronem ocius venit: eumque moratus, ne statim ad Messanam duceret, urbem ingressus est prior, Mamertinosque deditionem facere volentes non modo verbis ad spem retinendae libertatis revocavit, sed etiam praesidium suorum militum introduxit. Hiero, astutia Poeni se delusum intelligens, quum ad obsidionem, jam difficiliorem futuram, haud satis paratus esset, Syracusas rediit: exceptusque magna omnium laetitia, et ab universis copiis rex acclamatus, postea quoque nomen istud civium externorumque consensu retinuit.

Hiero rex acclamatur.

XIX. Hierone digresso, Mamertini, quum fiduciam paullisper resumpsissent, de rebus praesentibus deliberantes, duas in factiones scindebantur. Alii *non esse dubitandum* autumabant, *quin Carthaginiensium tutelae se permitterent: quum hoc non modo plures ob caussas conducibile, sed etiam, admisso jam praesidio, necessitati proximum videretur.* Contra dicebatur, *non minus infensos Mamertinis Poenos, quam Hieronem, fuisse: neque dubitandum, quin illi non benevolentia, sed cupidine dominandi, Messanam defendere statuerint. A multis jam aetatibus eos imperium adfectare Siciliae, non exercituum, non classium damno, ne suarum quidem rerum metu et Africis bellis, ab improba spe deterritos. His igitur si se committant, classem validam, et ipsius Siciliae pleramque partem jam obtinentibus, sine exceptione ulla servituros esse. minime igitur expedire, vocari auxilio Carthaginienses, populum impotentem, infidum, graviusque jugum impositurum, quam a Syracusanis timuissent.* Praesidium Punicum, *si eo tantum consilio venisset, ne in manus Hieronis Mamertina civitas incideret, re jam perfecta dimitti bona cum gratia posse: si qua vero clandestina subesset molitio, etiam intentiore studio ancipitis amicitiae fallacias praeveniri oportere. Romanos igitur potius implorarent, armis invictos, fide praestantes, neque caussam retinendae sub sua ditione Messanae, neque facultatem habituros; quibus in Sicilia ne vestigium quidem soli, neque navalium rerum ullus usus, aut adeo cura esset. hos satis habituros, si Carthaginiensibus et Hieroni Messana urbe tamquam obice quodam et freno cupiditatis objecta, securam ab his Italiam retinere possint. Perseverarent igitur Romanorum potius fidem, quam cujusquam alterius gentis, experiri. Neque honeste ipsos et parum opportune priora consilia mutaturos esse, missis jam legatis, et auxilii spe impetrata.*

Mamertinis suspecta Poenorum societas.

Romanos arcessendos esse:

Tamquam contentos Italiae possessione tuta futuros.

XX. Quippe

Cap. XVIII. Polyb. 1, 9. Cap. XIX. Polyb. 1, 8.

Digitized by Google

XX. Quippe ante postremum cum Hierone proelium, diffidere jam rebus suis incipientes Mamertini Romanorum opem, uti consanguineorum, imploraverant: et, consulibus belli gerendi cupiditate plebem incitantibus, populus auxilium ferri Mamertinis jusserat, sed senatus auctor fieri pudore cunctabatur. qui enim modo suos ob Rhegium per scelus captum severo supplicio adfecerant, ii, si jam Mamertinis pari perfidia Messana potitis opitularentur, destrui videbant gloriam justitiae ac fidei, quam priore facto late quaesivissent. Ceterum, clade Mamertinorum mox audita, quum jam dubium esse non posset, quin, relicti a Romanis, Poenorum opes respecturi essent, praevaluit sententia juvandos esse censentium. nam et in senatu plures eodem inclinare coeperant, prospicientes, ni fieret, Messanam statim, et paullo post ceteram Siciliam totam Carthaginiensium fore. quod si evenisset, populum Romanum cum Poeno de Italiae possessione certaturum.

Romanorum cunctatio in recipienda societate Mamertinorum.

XXI. Nam istud periculum inevitabile, tum cupiditas imperii potentibus insita, tum ipse locorum situs efficiebat. Quippe Italiam, a Liguribus et Venetis inter duo maria longo tractu procedentem, qua Bruttiorum ager est, a contactu Siciliae tenue fretum dividit. neque dubitatur, continentes olim has regiones fuisse; mox intercurrentibus aquis diremptas, sive humiliora ea parte loca mare acceperunt, sive major aliqua vis terrae motus aut incumbentium undarum angustias isthmi perrupit: a quo eventu *Rhegium* nominatum putant. tali enim aliquo vocabulo, quae rupta sunt, a Graecis appellantur. Itaque, primos Siciliae cultores ex Italia venisse, credibile est, etiam ipso nomine confirmante conjecturam. Messanam enim, ex adverso litoris Italici sitam civitatem, Opici condidisse traduntur: quam, quia in sinu falcis referente figuram est posita, *Siciliam*, credo, appellarunt; quod advenientes postea Graeci *Zanclen* sunt interpretati, utraque illa voce diversos apud populos falcem significante. inde, ut solet, toti insulae haec appellatio haesit, ut ipsa quoque et Zancle, et a pluribus Sicilia vocaretur.

Inevitabile inter cupidos et vicinos bellum.

Siciliae nomen.

Cap. XX. Zonaras. Polyb. 1, 10. Zonaras. Polyb. Cap. XXI. Sallustii Fragmenta, incert. 12. Justin. 4, 1. et Strabo, l. 6. p. 258. et Cassiodor. Var. 12, 14. Thucyd. l. 6. V. Festum in *Siciliceş*, et ibi Scalig. et Dacer.

Digitized by Google

Descriptio.

XXII. Insula vero ista quum magnitudine, tum etiam fertilitate omnes, quae in mediterraneo mari sunt, longe antecellit: olei, vini, frumenti optimi supra fidem ferax: populo frequens, multisque et maximis urbibus ad miraculum exculta: portuum autem situsque totius commoditate vix alius magnum imperium constituere cupientibus aeque idoneus locus est. Nam Italiae conjuncta ex diversa parte Africam respicit; alio ex latere Sardiniam: ab Oriente Peloponnesum et Graeciam Ionio mari discretas habet: quaquaversum navigatione brevi, et ad emittendas accipiendasque classes facillima. Neque dubium est, cupiditatem hac insula potiundi, quam eodem tempore et Romanus populus, et Carthaginiensis affectabat, caussam bello dedisse, licet alia dicerentur. nam Romani Tarentinos contra foedus adjutos arguebant: Poeni societatem cum Hierone, ut adversus se initam, criminabantur.

Belli Punici praetextus et caussae.

U. c. 489.

Potentia utriusque populi.

XXIII. Ceterum eo jam potentiae civitas utraque pervenerat, ut evitari non potuerit, quin aliquando quacumque de caussa colliderentur. Quemadmodum enim arbores, non magno intervallo consitae, aliquam quidem diu non impediunt invicem magnopere; auctae vero, alimentum atque succum mutuo intercipiunt; quum grandiores fieri coepere, radicibus et ramis commissae atteruntur: ita surgentibus imperiis vix per naturam diutius fida manere potest concordia, quam donec, extrito quod medium fuerat, conjunctis jam finibus concurrentia urgeant inter se trudantque, neque priorem intra modum standi impetrabili voluntate, neque libero, nisi remotis obsistentibus, ad majorem amplitudinem procursu. Accedebat ad has caussas in utraque civitate magna plebis et potentia, et suscipiendi bellum cupiditas. Nam in Carthaginiensi republica vulgus valebat plurimum: quod, auctis civitatis opibus, variis et ipsum commodis locupletari solitum, quaestus dulcedine bella ex bellis seri non invitum patiebatur. Neque multum diversa conditio Romanae multitudinis erat; quae damna rei familiaris, superiori bello illata, Siculis divitiis facile reparari posse sperans, pro jure nuper Patribus ex-

Belli cupiditas.

Cap. XXII. Strabo, l. 6. p. 268. Thucyd. l. 6. Macrobius. Diodor. Eclog. l. 23. Flor. 2, 2. L. Ampelius, c. 46. Liv. 21, 10. Zonaras. Cap. XXIII. Aristot. Polit. 2, 11. Zonaras. Polyb. 1, 11.

Digitized by Google

torto, sententiam bellum suadentium plebiscito confirmavit. U. c. 489.

XXIV. Quo armatus consul Appius, quum alioquin victis antiquae sectae viris major senatus pars assensa esset, sine mora C. Claudium tribunum militum cum paucis navibus praemittens, observare occasionem, et, si qua obvenisset, in Siciliam transire jussit. Ille, quum Rhegium venisset, in casum dare triremes non ausus, quod longe majori Poenorum classe fretum obsidebatur, piscatoria navi conscensa Messanam vectus est. Ibi cum Mamertinis, ita ut praesens usus postulabat, colloquutus, quum, Poenis reclamantibus, parum proficeret, infecto negotio rediit. Sed paullo post, cognito Messanae discordiam esse, multis Romanos advocandos esse negantibus, magna parte Carthaginiense praesidium haudquaquam aequis oculis aspiciente, rursus transmisso freto, quum alia tempori apta differuit, tum hoc maxime interjecit, *se non nisi ad liberandam civitatem venisse: hoc ubi perfecisset, e vestigio discessurum esse.*

C. Claudius in Siciliam mittitur.

Messanae discordia.

XXV. Quum ad haec Poeni responderent, *non esse Romanis laborem ullum suscipiendum in liberanda civitate, quae sui juris esset: jam beneficio Carthaginiensium provisum, ne Mamertini servire Syracusanis cogerentur: facesseret igitur Romanus, aut, si quam aliam justam haberet caussam, cur esset Messanae, exponeret:* negavit Claudius, *liberam videri civitatem, in qua praesidium alienae gentis, non sponte oppidanorum, ageret.* Ad ea quum responderet nemo, Poenis prae superbia, Mamertinis metu tacentibus, vir vafer et promptus, *Apparet*, inquit, *ex hoc ipso silentio vestro, Carthaginiensium caussam injustam, et Mamertinos libertatis avidos esse. nam, ni ita foret, et illi de jure suo disserere non gravarentur, et isti, nulla, si cum Carthaginiensibus sentirent, dissimulandi caussa, palam et aperte institutum illorum approbarent.* Ad haec verba fremitu Mamertinorum orto, multisque orationem illam, ut veram et intimis sensibus suis congruentem, laudantibus, satis in praesentia promotum esse putans Romanus, quod habitus tamen animorum exploravisset, Rhegium regressus est.

Discceptatio Poenorum cum Claudio.

Claudius explorat animos Mamertinorum.

XXVI. Neque multo post adornatis, quas habebat, triremibus tentavit transitum. sed, Poenorum praefectis et multitudine navium et in maritimis rebus solertia longe inferior, ad haec fluctuum illorum vio-

Cum triremibus in Siciliam

Cap. XXIII. Supra 11, 27. Polyb. Cap. XXIV. Liv. Epit. 16. Zonaras. Auctor de viris illustr. c. 37. Zonaras.

Digitized by Google

U. c. 489. *redeuns, repellitur.*

lentia, quos orta subito tempestas praeter solitum exasperaverat, repulsus, amissis aliquot triremibus, ceteris aegre servatis, in portum, unde exierat, rediit. Neque deterritus hoc incommodo, ut meliori alia opportunitate fortunam iterum experiri posset, naves reficiebat; quum ab Hannone (is Mamertino praesidio fretique custodiae praeerat) venerunt nuncii, quidquid triremium hominumve superiore certamine Poeni ceperant, adducentes. Cupiens enim foederum ruptorum infamiam Romanis impingere, consilium hoc amplexus erat Hanno, questusque possessi Carthaginiensibus freti per vim tentatam navigationem esse, ad pacem et foedera majori deinceps cura servanda provocabat. sed, audito, Claudium nullas conditiones admittere, nisi Messana praesidium deduceretur, fretique trajectionem iterum moliri, exclamavit, *se vero non esse passurum, ut Romani vel manus in isto mari abluerent.*

Hanno Romanos ad foedera servanda provocat.

XXVII. Neque tamen prohibere potuit, quin Claudius, observata freti natura, captatoque tempore, quum refluxum ejus etiam ortus commode ventus adjuvaret, priusquam occurri posset, Siciliam teneret. Ibi, Mamertinorum in portu repertorum coacta concione, persuasit, ut Hannonem advocarent, tamquam de praesenti negotio cum eo deliberaturi. Hanno enim, oppidanorum discordibus animis parum confisus, arcem cum suis occupaverat: neque concioni Mamertinorum se audebat credere. tamen veritus, ne hoc ipsum querelas eorum accenderet, si diffidere videretur, et per suam absentiam se Romanis protinus adjungerent, in colloquium venit. quo per disceptationes et jurgia diu extracto, ad ultimum injectae a Romanis Hannoni manus sunt, isque in carcerem conditus, Mamertinis factum comprobantibus. Ita partim dolo, partim terrore circumventus, quum alia conditio nulla esset, arce Mamertinis reddita, praesidium deducere coactus est.

Romani in Siciliam navigant.

Hanno Messanam amittit.

Ideoque cruci affigitur a suis.

XXVIII. Poeni, re comperta supra modum exacerbati, quum alioqui duces suos ob mala consilia quantamvis prospero eventu punire solerent, simul stultitiam Hannonis, simul ignaviam accusantes, in crucem miserum sustulerunt: et continuo navales terrestresque copias Messanam pergere praeceperunt, alio Hannone, qui Hannibalis erat filius, ad res gerendas

Cap. XXVII. Polyb. 1, 11. Cap. XXVIII. Val. Max. 2, 7, 1. ext. Polyb.

Digitized by Google

in Siciliam misso. Ille, coactis ad Lilybaeum copiis Selinuntem progressus, castrisque ibi factis, pedestrem exercitum reliquit: ipse processit Agrigentum, et, arce communita, populum Carthaginiensibus amicum ad societatem armorum contra Romanos impulit. Hinc in castra reversum repererunt ab Hierone legati, qui et ipse, Romanorum in Siciliam transitu minime laetus, hoc maxime opportunum tempus judicabat, quo, conjunctis Punicis viribus, et ipsi et Messanam obtinentes barbari penitus ex insula exterminarentur. U. c. 489.

Hiero Poenorum socius contra Romanos.

XXIX. Itaque, colloquio cum Carthaginiensi duce habito, quum utrique Messanae occupandae spe excidissent, facile adversus Romanum, utrorumque pari damno supervenientem, societatem instituerunt, ut Messanam communiter obsiderent, neque quemquam in Sicilia, nisi aut Syracusani, aut Punici juris, esse paterentur. ita Poenus imperator, praemisso caduceatore, qui Romanos, si Carthaginiensium amici esse vellent, relinquere Messanam, et intra praestitutum diem excedere Sicilia juberet, totis viribus adversus Mamertinos movit. Naves circa Pelorum stationem agere jussae: pedester exercitus ad Cubilia, (*Eunas* Graeci vocant) haud procul urbe Messana dissitum locum, castra communivit. Venit et ex pacto cum Syracusano milite Hiero, et ab altera urbis parte, circum montem Chalcidicum nomine, consedit. ita urbs undique circumdata, neque terra, neque mari commeatum aut auxilia accipere tuto poterat. Sub idem tempus quum Punicus caduceator nihil a Messana pacati retulisset, Carthaginienses, partim ira, partim diffidentia permoti, omnes, qui apud ipsos militabant, Italici generis conductitios crudeliter occiderunt.

Messanam obsident.

Romanum praesidium excedere jubent.

XXX. Quae postquam Romae comperta sunt, e vestigio cum valido exercitu profectus consul Appius Rhegium venit. inde, praemissis, qui cum Poenis et Hierone de obsidione solvenda agerent, ipse fretum acri custodia septum sciens, sollicitus intentusque rationem minore cum periculo trajiciundi circumspiciebat. Legati consulis neque a Poenis amicum responsum retulerunt, et ab Hierone accurata oratione sunt increpiti, qui, commemoratis in populum Romanum officiis suis, *Ambigo*, inquit, *meamne vicem doleam ma-*

Appius consul Rhegium venit.

Hieronis expostulatio cum legatis Appii.

Cap. XXVIII. Diod. Eclog. l. 23. Polyb. 1, 11. Cap. XXIX. Diod. Eclog. l. 22. et l. 23. Zonaras. Diod. Eclog. l. 23. Polyb. Zonaras. Cap. XXX. Diod. Eclog. Polyb. Diod. Eclog.

Digitized by Google

U. c. 489. *gis, an vestram, Romani. nam ego quidem amicos aliquanto, quam existimaveram, deteriores; vos autem opinionem justitiae ac fidei, qua apud omnes clari eratis, amisistis. Adversus Mamertinos nulla vobis umquam societas aut amicitia fuit: foedera cum Poenis olim, mecum etiam nuper icistis.*

XXXI. *Haec in gratiam aliorum nihil ad vos attinentium dissolvere cupientes, potestis dicere, qua vel injuria nostra, vel merito Mamertinorum hoc faciatis? Sed quia Carthaginiensibus, quod pro se dicant, non deerit, illorum omissa caussa, quae me tangunt unum, in praesentia memorabo. Mamertini, boni populares vestri, quum apud Syracusanos, uti non ignoratis, stipendia fecissent, ut in Italiam redirent dimissi, Messanae, postquam a miseris et credulis Messeniis tamquam amici et socii recepti sunt, facinus post hominum memoriam longe foedissimum ediderunt, interemptis noctu hospitibus suis, eorumque bonis, uxoribus, liberis, et urbe ipsa in potestate retenta. Quod nisi vos ipsi etiam eodem, quo ceteri mortales omnes, sensu nefandum et intolerabile scelus esse judicavissetis, profecto in iis, qui Mamertinorum imitatione idem in Rheginos ausi sunt, illud ipsum tam severe non fuissetis vindicaturi. Qua igitur indignitate vos moti poenas ab nefariis hominibus repetendas esse putavistis, eadem et ego moveor, ne Mamertinos impunitos pati possim: praesertim quum postea quoque, latrociniis per universam Siciliam exercendis, primi sceleris memoriam novis subinde facinoribus propemodum obruerint.*

Mamertinorum scelera.

Messenios perfidiose deleverunt.

XXXII. *Nam, ut alia taceam, Cumarina Gelaque urbes ab his excisae, quum in fide Syracusanorum essent, satis mihi graves caussae videntur, cur hominum importunissimorum nefariam audaciam justo pioque bello prosequamur. Quod si vero tuendos vobis esse propterea simulatis, quod, eadem in Italia nati, quodammodo consanguinei vestri esse videantur, quanto justius fuit Rhegiensibus Italis parci, qui cives vestri fuerunt? Qua in urbe recuperanda quum ego vos auxiliis et commeatu juvarem, divinare debui futurum, ut aliquando me non leviores ob caussas Messanam obsidentem prohiberetis? Sed quid ego multis ago, Romani? Nam profecto, si penes vos aliqua adhuc fidei famaeque cura, si quis honesti intellectus, si denique pudor superest, dubitare non debeo, quin me, tam justa tenentem arma, vestris viribus adjutari potius, quam impedituri, sitis. sin vero haec vobis levia videri coeperunt, eventus quidem armorum incertus est; sed hoc longe certissimum, omnes ubique mortales apertissime cognituros esse, non ulla juris aut aequi specie, non ob acceptas injurias, quod ne ipsi quidem audetis praetexere, nulla etiam Mamertinorum misericordia, sed*

Camarinam Gelamque exciderunt.

Romanorum ambitio sola caussa belli Siculi.

Cap. XXX. Supra 15, 2. Cap. XXXI. Diod. Eclog. l. 21. Cap. XXXII. Diod. Eclog. l. 23.

Digitized by Google

sola ambitione et nobilis insulae vestro imperio adjungendae improba cupidine, Romanos ad bellum nobis inferendum concitari. U. c. 489.

XXXIII. Quum renunciata ista essent, Appius, olim animadverso, excubantibus in trajectu validis classibus, sine manifesto periculo transfretari non posse, consilium init calliditatis et astutiae plenum. placere sibi negat, Hieronem ab Romanis alienari: neque adversus ipsum decretum bellum esse, neque injussu populi suscipi posse. die igitur praedicta socios navales praesto esse jubet; ac navigia ad cursum instructa haberi, tamquam domum abnavigaturus. Sciebat autem, multos ex Syracusanis atque etiam Punicis castris milites, per speciem negotiatorum, Rhegino in portu versari, per quos famam illam celeriter ad eos, quibus maxime persuasum hoc cuperet, perventuram esse judicabat. Sic igitur accidit, ut providerat. quippe quum die claro navibus conscensis juxta litus Italicum vela facere coepisset, Carthaginienses, quibus freti claudendi negotium datum fuerat, re statim per suos nunciata, nullum jam hostilis transgressus periculum esse reliquum existimantes, transitum incustoditum dimisere, quo quemque ferebat animus dilapsi. Consul, qui futurum hoc conjectaverat, converso sub noctem cursu, cum omni classe, nemine per tenebras venientem observante, nedum prohibente, in Siciliam vectus est.

Appii stratagema in trajiciendo freto.

Custodum negligentia.

XXXIV. Audax id coeptum et periculosae aleae plenum fuit: quum ignarus maris exercitus per freta, etiamsi hostis et tenebrae abessent, suo ingenio metuenda, cum rudibus et imperite fabricatis navigiis noctu rueret: dignaque res visa, quae etiam novi cognominis monumento posteris innotesceret. quod enim caudicariis navibus multis in transvehendo milite usus esset, admiratione facti *Caudicem* istius aevi simplicitas appellavit. Hactenus enim rerum maritimarum adeo nullus Romanis usus fuerat, ut ad hoc tanti momenti negotium, neque tectam navem, neque longam, ne lembum quidem unum haberent, sed triremibus, quas Tarentini Locrique cum Eleatis et Neapolitanis commodato dederant, et actuariolis, quae quinquaginta remorum essent, uterentur.

Appius in Siciliam venit.

XXXV. Ceterum Appius, quum forte non longe

Cap. XXXIII. Frontin. Strateg. 1, 4. Zonaras. Cap. XXXIV. Polyb. 1, 11. Sen. de Brevit. vitae, c. 13. Polyb. 1, 20.

Digitized by Google

U. c. 489. ab eo loco, ubi castra erant Syracusanorum, appulisset, cohortatus suos, certamque victoriam ostentans, si tale nihil suspicantes opprimerent, protinus ad hostium oppugnanda castra pergit. Hiero, subito tumultu excitus, et ipse contra educit copias pro tempore instructas. fit aliquamdiu certamen acre: pelluntur Romani equites. sed, legionibus fortissime proeliantibus, vincitur Hiero, seque cum suis trepidus intra vallum recipit. Appius, spoliari corporibus hostium jussis, Messanam intrat, Mamertinosque, praesentia sua ex timore magno recreatos, spei melioris implet. Hiero, victum se videns, priusquam vidisset hostem, (sicut ipse postea confessus est,) fretique transitum a Carthaginiensibus proditum suspicatus, quum ambigua mente multa secum agitaret, de summa rerum vereri coepit: proximaeque noctis silentio copias eduxit castris, et contento itinere Syracusas refugit.

Hieronem vincit et fugat.

XXXVI. Eo submoto, Appius, quum terrore victoriae recentis ad Poenos quoque debellandos uti vellet, militibus, ut cibum tempori capiant, imperat. deinde, albescente jam die progressus, castra Poenorum oppugnare instituit. Erant haec loco satis tuto posita, et natura manuque diligenter permunita. hinc mare, inde profundae paludes, in peninsulae ferme speciem, ambibant. inter has angustum spatium, quo uno adiri poterat, ductus adversum irrupturos murus obsepiebat. Hic ubi vim fecissent Romani milites, neque locorum simul iniquitatem, et propugnantium multitudinem vincere possent, missilibus maxime, sicut in urbium oppugnatione solet, rem gerentibus Poenis, irrito incepto desistere coacti recesserunt. Saepe in bellis meliori fortunae locum sors durior, et adversi ab initio casus fecere: dum his affecti, consiliis animisque majoribus acceptum detrimentum sarcire student; hostes, felicitatis opinione blanda fascinati, neque satis adversum fortuita providentes, in temeritatem auferuntur.

Castra Poenorum oppugnat.

XXXVII. Quod illo tempore Carthaginiensibus usu venit: qui, repulisse hostem non contenti, tamquam fugientem eruptione ex castris facta persequebantur, suae virtuti, non munitioni locorum, Romanos cessisse existimantes. Itaque postquam ex angustiis, quibus defensi fuerant, processere, mutata cum loco for-

Poenos

Cap. XXXV. Zonaras. Polyb. 1, 11. Zonaras. Flor. 2, 2. Diod. Eclog. l. 23. Polyb. 1, 12. Cap. XXXVI. Zonaras. Polyb. Zonaras.

Digitized by Google

tuna proelii, magnusque eorum numerus caesus est: reliqui ad castra, pars, ut cuique maxime promptum erat, in urbes circumjectas diffugere, neque deinceps, quamdiu Messanae Claudius fuit, castris suis excedere sunt ausi. Consul etiam, cum natura loci et difficultate situs iterato pugnare minime consultum arbitratus, quum tempus ibi frustra terere videret, praesidio Messanae relicto, in Syracusanorum sociorumque fines impressionem fecit: iisque impune vastatis, tantum concepit fiduciae, ut jam ad ipsas Syracusas exercitum auderet admovere. Varia ibi fortuna certatum est: semel etiam consul magno in periculo fuit; circumventusque foret, nisi mature capto consilio misisset ad Hieronem, quasi de conditionibus pacis acturus. Misit et ille certum hominem ex amicis. cum hoc coepto colloquio, et de industria producto, sensim ex iniquo loco se subtraxit in tutum. Syracusani quoque sequuti, sermones de pace cum diversis Romanis instituerunt, conventumque foret, ni Hiero auctor fieri noluisset. His rebus gerendis major anni pars consumpta. tum Messanam rediit consul, et inde, cohortibus aliquot relictis ad tuendos Mamertinos, cum ceteris Rhegium trajecit: mox Romam decessit ad triumphum, quem de Poenis et rege Siciliae Hierone, quod primus ille de transmarinis populis ageretur, magna omnium gratulatione duxit. Hoc initium Romanis tentandi maria, et hic successus coeptorum in Sicilia fuit.

U. c. 489. *proelio vincit.*

Appii periculum et astutia.

Triumphus primus de transmarinis.

XXXVIII. Ceterum et ista et sequentium temporum gesta scriptorum ambitione corrupta sunt: quum eorum praecipui, Philinus Agrigentinus, et ex Romanis Fabius Pictor, dum ille Carthaginiensium gloriae, hic domesticae nimium studet, officium et fidem insuper habuerunt. Quorum levitatem merito Polybius arguit. quippe quum etiam privatorum minimis in caussis falso testimonio circumvenire quemlibet exsecrabile crimen habeatur, quanto foediore perfidia conditor historiae principum atque populorum acta corrumpere censendus est? cui neque mortalium commodorum quidquam, neque spiritus ipse pulchra veritate debebat esse antiquior; tanto minori spe veniae, quod ne praetextum quidem mentiendi allegare idoneum ullum potest, cui, si libere, quae vera sciebat, quacumque de caussa non licuisset tradere, tacere certe licuisset.

Historicorum mala fides.

Arguitur a Polybio.

Cap. XXXVII. Polyb. Zonaras. Polyb. Zonaras. Sil. Ital. 6, 669. Eutrop. l. 2. Cap. XXXVIII. Liv. Epit. 16. Polyb. 1, 14.

Digitized by Google

U. c. 489.

XXXIX. Porro dum in Sicilia Claudius Hieronem et Poenos vincit, obsidionem Volsiniensium ad exitum deduxit alter consul M. Fulvius, qui homines, adversus vim desperatione validos, inopia rerum necessariarum et fame domuit. Facta deditione ingratum illud et insolens libertinorum vulgus cum cruciatu interemptum est: urbs etiam ipsa diruta: reliqui Volsiniensium, et quod servorum fidem atque reverentiam erga dominos non exuerat, in attributas alibi sedes migraverunt. Hoc quoque bellum dignum triumpho visum est: eumque consul A. D. Kalendas Novembres, tamquam de Volsiniensibus, egit.

Volsiniensium servi puniuntur.

Civium censorum numerus.

XL. Iisdem consulibus a Cn. Cornelio, C. Marcio censoribus lustrum conditum: censa sunt civium capita ducenta nonaginta duo millia, ducenta viginti quatuor: numerus sane magnus et propemodum incredibilis, tot bellorum a primis ferme urbis initiis numquam cessantium continua detrimenta, tot ex pestilentia morbisque saevissimis non minores bellicis strages cogitanti. Ceterum aliis aliisque subinde populis in civitatem recipiendis, quod institutum a Romuli sapientia profectum posteri constanter tenuerunt, invicta nullisque cladibus superabilis effecta est respublica: quam nec a Pyrrho data damna, neque naufragia frequentia primo Punico bello, neque secundo Trasimenus et Cannae potuerunt affligere, quin ex incommodis suis identidem alacrior ferociorque resurgeret.

Pop. Rom. ex incommodis alacrior resurgit.

Rerumpublicarum, quae arcent peregrinos, et quae recipiunt, comparatio.

XLI. At in Graecia Lacedaemonii, militari laude et ipsi percelebres, neque impares Romanae virtuti, quoniam arcebant peregrinos, nec imperium, quod pepererant, diu, neque libertatem suam semper tueri potuerunt. sed quum Leuctrica pugna mille non amplius Spartiatae cecidissent, protinus potentia civitatis corruit. Iterum ad Sellasiam Lacedaemoniorum sex ferme desideratis millibus, statim amissa libertas est. Achaei vero, ejusdem Peloponnesi incolae, vicinos omnes aequo jure complexi, pulcherrimam constituerunt rempublicam, et mansuram, nisi Romanam potentiam, tum etiam longe lateque imperantem, insania paucorum in perniciem suam patriaeque provocasset. Atqui tam diversus eventus instituta tam dissi-

Cap. XXXIX. Liv. Epit. 16. Zonaras. Fasti Capit. Cap. XL. Liv. Epit. 16. Eutrop. l. 2. Suidas in Ῥωμαίων πόλις. Tac. 11. Ann. 24. Cap. XLI. Dionys. Halic. 2, 17. Plut. in Agesil. c. 49. Plut. in Cleom. c. 41. Justin. 34, 1.

Digitized by Google

cessario sequutus est
nus, quod justum
stius et longior
m succo ext
ita florent
int, qu
adam
q

nto curſu perſequun- U. c. 491.
passi fuerant, tan-
ptum habuerunt:
occurriſſent co-
lique circum-

mmae vi- *Hannonis*
Torum *fiducia.*
aſtris
in-

ne
nitium attulit,
iſſimi cujusque spectato
publica fieret. Barbari moris au-
nii Bruti, nescio qua pietate defun-
es honoraturi, gladiatorium munus edi-
no favore civitatis. Sed hanc humanita-
n ulta peſtilentia eſt, quae per iſtum et se-
annum atrociſſime saeviit. ob quam quum Si-
os libros adiri placuiſſet, ira Deûm immiſſam
repertum. Ergo religiones profecto parum caſte *Religio-*
haberi suſpicione orta, pontifices, diligentius obſer- *nes parum*
vando et inquirendo, plurima sacella fanaque a priva- *caſte ha-*
tis occupata eſſe invenerunt, et Capparoniam ex Ve- *bitae.*
ſtalibus inceſti crimine teneri. Sed illa, dum rea per-
agitur, suſpendio praevenit supplicium: in corrupto-
rem ejus conſciosque servos legibus animadverſum eſt.
Loca sacra ex privatorum temeritate priscis usibus
vindicata.

XLIII. Sic exſoluta religionibus civitate, Patres U. c. 490.
animum rurſus ad reipublicae curam retulerunt: et, M. Vale-
quoniam, Etruria jam pacata, nihil in Italia reliqui rio M. Ota-
motus erat, ambos anni novi conſules in Siciliam cum cilio coss.
legionibus transgredi placuit. Fuerunt hi M. Valerius *Ambo con-*
M. F. M. N. Maximus, qui in hoc honore Meſſalla ap- *ſules in Si-*
pellatus eſt, et M. Otacilius C. F. M. N. Craſſus. Ab *ciliam pro-*
his transportatas proſpere copias eadem in rebus ge- *ficiscuntur.*
rendis proſequuta felicitas eſt. Quum enim, Adrani-
tarum urbe poſt brevem obſidionem per vim capta,
Centuripinos circumſiderent, venerunt ab Alaeſinis le-
gati, oppidum suum dedentes. Inde conſules, diver- *Poenos Sy-*
sas inſulae partes obeundo, modo diviſis, modo jun- *racusanos.*

Cap. XLII. Liv. Epit. 16. Val. Max. 2, 4, 7. Oros. 4, 5. Aug. de Civ. Dei, 3, 17. Oros. Cap. XLIII. Zonaras. Faſti Capit. Diod. Eclog. l. 23. Zonaras.

Digitized by Google

U. c. 490. *que saepe vincunt.*

ctis exercitibus, ut res et ratio suadebat, Poenis Syracusanisque, quoties congredi erant ausi, profligatis, terrorem famamque late sparsere: tantaque fortunam sequentium facilitas, tantusque impetus fuit, ut paullo post oppida haud minus septem et sexaginta numerarentur, quae Romanae fidei se permiserant: quo in numero Tauromenitani quoque et Catinenses fuere.

Syracusas obsident.

XLIV. Unde consules, imperatis, quae volebant, auxiliis, quotidie validiores, ad ipsas jam Syracusas castra ponere sunt ausi, obsidionem urbis meditantes. Quibus rebus animadversis, Hiero, quum suis atque Carthaginiensium viribus diffidere coepisset, praeterea plus apud Romanos esse fidei crederet, amicitiam et ipse cum Romanis inire constituit: legatosque cum mandatis de pace componenda ad consules misit. Neque Romanis displicebat, Hieronem a societate Punica disjungere, maxime ut res annonaria suis legionibus expeditior esset. nam, Carthaginiensibus mare obtinentibus, ex Italia transvehi commeatus nequibant: et ab ea re prioris anni consul plus propemodum, quam ab hostibus, incommodi molestiaeque persenserat. Hierone vero adjuncto, Syracusanum regnum, abundanti frugum copia, res necessarias Romanis affatim erat praebiturum.

Hieronis societas Romanis utilis.

Ejus leges.

XLV. Itaque legibus his transactum: *ut Hiero, quae de Romanis sociisve eorum loca, quosve homines cepisset, sine pretio restitueret: argentique talenta centum penderet. ipse tuto imperaret Syracusis, ceterisque Syracusani juris urbibus.* ex quibus erant praecipuae Acrae, Leontium, Megara, Elorus, Netini, Tauromenium. Legatis deinde ab Hierone Romam venientibus, eaedem conditiones ratae fuerunt, pacemque cum eo rege servandam et senatus censuit, et post paucos dies, Cn. Atilio Calatino populum rogante, populus jussit. Hoc foedus, in annos quindecim pactum, deinceps perpetuo mansit: Hierone magnitudinem Romanam ita colente comiter, hisque vicissim illius studium tam benigne prolixeque remunerantibus, ut neutros eorum societatis institutae poeniteret.

Perpetua Hieronis et Romanorum amicitia.

XLVI. Syracusanae pacis audita fama, Hannibal Poenus, qui, Hieronem obsidione liberaturus, cum navalibus copiis jam Xiphoniam accesserat, majori,

Cap. XLIII. Diodor. Eutrop. l. 2. Cap. XLIV. Diodor. Polyb. 1, 16. Pausan. l. 6. Diodor. Polyb. Cap. XLV. Zonaras. Polyb. Diodor. Casaubonus in Polyb. Tabula Messanensis, apud Pigh. Diodor. Polyb. Cap. XLVI. Diodor.

Digitized by Google

quam venerat; festinatione recessit. Romani, quum jam Hierone quoque socio et commilitone uterentur, non diu morati, Carthaginiensis ditionis oppida complura subegerunt. Et ab Adranone quidem, vico munito, Macellaque post multorum dierum obsidionem discesserunt inriti. ceterum Segestanos, occiso Poenorum praesidio ad se ultro desciscentes, receperunt. praeter alia, cognationis necessitudine se Romanis fratribus favere dictitabant, originem suam et ipsi ad Aeneam, ex Trojano incendio profugum, referentes. Neque multo post Alienaei Romanis accesserunt. ad Hilarum vero, Tyrittum, et Ascelum, vi et machinis opus fuit: eoque severius in victos consultum. Quo terrore Tyndaritani, proximos se periculo, et auxilia longe esse cernentes, quum ipsi quoque de tradenda Romanis urbe consultarent, a Poenis prohibiti sunt. nam illi, ex rebus ipsis conjectura capta, quid ageretur, primores civitatis obsidum loco Lilybaeum avexerunt; etiam frumento, vino, ceterarumque rerum apparatu absportato.

U. c. 490.

Poeni multa oppida amittunt.

Tyndaritanos ad Romanos transire prohibent.

XLVII. His temporibus Otacilii Crassi consulis utilis et conveniens Romanae disciplinae severitas fuit. qui milites, ab Hannibale turpi pacto incolumitatis sub jugum missos, extra vallum tendere jussit, ut, hostium incursionibus expositi, neque alibi, quam in virtute, spem habentes, confirmarentur animis, armisque potius, quam loco, se tueri discerent. Post haec et alia non majoris momenti gesta, quum hiems immineret, praesidiis per opportuna loca dispositis, consules, reliquo exercitu in Italiam reportato, Romam redierunt. Ibi M. Valerio, cujus eo bello felicior et utilior opera fuerat, triumphus decretus: quem ante diem sextum decimum Kalendas Apriles de Poenis et rege Siculorum Hierone duxit. Praetervectum inter spolia horologium esse, ideo adnotatum est, quia res ad eam diem incomperta Romae fuerat. id Catina recepta deportatum, deinde in publico secundum Rostra in columna Valerius statuit. Idemque tabulam, in qua proelium, quo Poenos et Hieronem vicerat, depictum fuit, in latere curiae Hostiliae proposuit: quod ante eum fecit nemo, postea plerique. Messallae cognomen huic Valerio ab urbe Messana inditum fuisse

Otacilii consulis severitas.

Horologium in triumpho praetervectum.

Messallae cognomen

Cap. XLVI. Polyb. Diodor. Zonaras. Cic. in Verrem, 4, 33. Diodor. Cap. XLVII. Frontin. Strat. 4, 1. Zonaras. Fasti Capit. Varro apud Plin. 7, 60. Plin. 35, 4.

Digitized by Google

U. c. 490. *Valerio inditum.*

constat. sed miror ab ea capta haesisse; non contemnendis auctoribus credi: quum potius ideo impositum ipsae res evidenter arguant, quod Messanam, a Poenis et Hierone discessu Ap. Claudii acrius infestatam, illis submotis, hoc reconciliato, liberasset.

Aesernia, et aliae coloniae deductae.

U. c. 491. L. Postumio, Q. Mamilio coss.

XLVIII. Inter haec quum adhuc pestilentia vexaret urbem, dictatorem clavi figendi caussa dici placuit. Dictus est Cn. Fulvius Cn. F. Cn. N. Maximus Centumalus. is magistrum equitum Q. Marcium Q. F. Q. N. Philippum dixit. Eodem anno Aesernia colonia deducta est: quum superiore Firmum deducta esset, et, ut quidam volunt, Castrum. L. deinde Postumius L. F. L. N. Megellus, Q. Mamilius Q. F. M. N. Vitulus consules facti. Sicilia provincia utrique data; legiones vero duae tantum decretae: sufficere visae, postquam, in societatem accepto Hierone, levius bellum factum erat. et rem frumentariam facilius expediri posse rebantur, si minor exercitus mitteretur.

Agrigentum obsidetur a Romanis.

Poenorum apparatus.

XLIX. Consules, trajectis in Siciliam legionibus, sociorumque contractis auxiliis, minores sibi res praetermittendas rati, ad urbem Agrigentinam totis viribus obsidendam animum adjecerunt. Eam rebus omnibus Poeni largissime instruxerant, belli arcem habituri. quippe quum Hieronem ab amicitia sua defecisse, Romanos contra non perfunctorie rerum Sicularum curam capessere cernerent; diligentiore ad bellum apparatu opus esse rati, primum quidem praesentium virium majorem partem in Sardiniam miserunt, quae Italiae litoribus insidiaretur, ut hoc metu Sicilia Romanos abstraherent, aut certe minoribus, quam voluissent, copiis rem ibi gerere cogerent. mox, Romanis ad sua tuenda, Siciliamque novo cum exercitu repetendam pariter sufficientibus, spe ista falsi, ex Liguribus Gallisque mortales multos, sed plures adhuc ex Hispania mercede conductos, simul rerum ad victum necessariarum magnam copiam, Agrigentum miserunt: ibi horreum annonae, receptum exercituum suorum esse volentes, loco, et opportunitate situs, et magnitudine oppidi, prae ceteris, quae in Sicilia possiderent, his usibus accommodato.

L. Circum hanc igitur urbem tota belli mole contracta, consules, Poenis intra munitiones compulsis,

Cap. XLVII. Sen. de Brevit. vitae, c. 13. et Macrob. Saturn. 1, 6. Cap. XLVIII. Fasti Capit. Liv. Epit. 16. Vellejus, 1, 14. Polyb. 1, 17. Cap. XLIX. Zonaras. Polyb.

Digitized by Google

ad unum inde milliare castra locant. Erant tum in agris maturae fruges, et, quia diuturnam fore obsidionem apparebat, milites studio demetendi colligendique frumenti longius et incautius, quam hoste tam propinquo par esset, vagabantur. Neque Carthaginienses imperite aut segniter occasione usi, magnam intulissent cladem, nisi tantumdem virtute restituissent Romani milites, quantum negligentia perdiderant. Quum enim frumentatores subitum hostis impetum sustinere non potuissent, Poeni ad ipsa castra Romana perrexerunt: divisoque agmine quidam vallum rescindere parabant, alii cum statione pro castris locata proelium conserebant. U.c. 491.

LI. Tunc igitur, sicut alias saepe, militiae leges et incorruptus disciplinae rigor, rem ancipitem et exitio Romani exercitus casuram erexit. Quod enim quacumque de caussa stationem deseruisse capitale apud Romanos est, excubitores, nihil in fuga spei repositum esse gnari, quamquam numero longe superarentur, pugnam praesentissimis animis sustinuere, multis quidem suorum amissis, sed hostium interfectis pluribus: donec armari cohortes laborantibusque succurrere potuerunt. ita et hic pulsi hostes, et, qui vallum jam prope ceperant, circumventi. magna ibi caedes fuit. ceteros ad urbem usque Romani persequuti sunt. Ea res in posterum et timidiores ad erumpendum hostes, et cautiores Romanos ad frumentandum fecit. Inde quum segnior esse coepisset contentio, rarius, nec nisi ad levia certamina excurrentibus Poenis, dividi copias placuit, et duabus urbis partibus, hinc ad Aesculapii fanum, inde via, quae Heracleam ducit, castra statui. haec fossis utrimque permunita: qua urbem spectabant, adversum eruptiones; foris, quo tutiora contra invasuros essent, iterque subsidiorum in urbem introducendorum praecluderetur. medium inter duo castra spatium frequentibus praesidiis stationibusque septum est.

Disciplina Romana servat exercitum.

Pugna.

Victoria penes Romanos.

LII. In his omnibus multum juvabantur opera Siculorum, qui recens in fidem venerant: quorum jam una cum Romanis centum millia facta erant. Ab iisdem commeatus Erbessum usque subvehebantur: ab eo deinceps oppido (non aberat autem longe) ipsi Romani sua in castra deportabant. ita fiebat, ut affatim esset magna rerum necessariarum copia. Hoc in statu ad

Siculorum studia erga Romanos.

Cap. LII. Diodor. Eclog. l. 23. Polyb.

Digitized by Google

U. c. 491. menses ferme quinque haesit obsidio: quum, neutris insigne ad victoriam momentum adeptis, (praeter leves enim velitationes tentatum nihil fuerat) res Punicae deteriore loco esse coeperunt. Quia enim ingens hominum multitudo, haud minus quinquaginta millia bellatorum, tanto jam tempore idem intra oppidum conclusa annonam fere omnem absumpsisset; sperari vero subvectio nulla posset, aditus omnes Romanis sollicite custodientibus: propugnatorum animi tam praesentibus malis, quam exspectatione instantium, haud mediocriter angebantur.

L. millia bellatorum Agrigenti obsessa.

Hannibal Agrigenti praefectus.

Hanno cum novo exercitu in Siciliam venit.

LIII. Igitur, Hannibale Gisgonis filio (nam hic rebus Carthaginiensibus Agrigenti praeerat) crebris nunciis opem adversus famem et pericula poscente, cum militibus, qui postea contracti fuerant, elephantisque, Hanno senior in Siciliam transmittitur. peditum erant millia quinquaginta, sex equitum, sexaginta elephanti. Cum his copiis Lilybaeum vectus, inde versus Heracleam movit: statimque venerunt ad eum, qui deditionem Erbessi pollicerentur. Horum opera Erbesso potitus, unde hactenus ad castra Romana deferri commeatus consueverat, rem haud minimi momenti perfecisse videbatur, quum exclusos omni propemodum facultate necessariarum rerum Romanos haud levius urgeret, quam ab his Agrigentini premebantur. Jamque de obsidione solvenda deliberatum erat non semel, nihilque propius factum, quam ut negotium istud pro desperato abjiceretur; nisi rex Syracusanus, omnes tentando vias nonnihil frumenti ceterarumque rerum furtim submittens, praesentem inopiam modico subinde levamento recreasset.

Romani penuria et morbis vexantur.

LIV. Hanno quum Romanos et penuria, et morbis, qui sequi famem solent, graviter affectos, suas contra copias viribus integris agere perpenderet; propius ad Romanos accedere, proeliique, si facultas daretur, fortunam experiri statuit. Elephantis igitur quinquaginta ceteroque toto exercitu adsumptis Heraclea profectus, Numidicum equitatum praemittit, qui, hostium castris obequitans, eliceret Romanos equites, et in praeparatas insidias deduceret. Numidis, uti mandatum erat, ad castra consulum contemptim provolantibus, erumpunt Romani, propelluntque resistentes primo; deinde solutis ordinibus via, qua venire Hannonem

Cap. LIII. Zonaras. Polyb. Diodor. Eclog. l. 23. Polyb.

Digitized by Google

nonem sciebant, refugientes contento cursu persequuntur. Igitur quanto longius abripi se passi fuerant, tanto difficiliorem ad sua munimenta receptum habuerunt: multique eorum, quum et recentes occurrissent copiae, et, qui paullo ante fugerant, undique circumfunderentur, desiderati sunt. U. c. 491.

LV. Hoc eventu magis etiam ad spem summae victoriae confirmatus Hanno, collem quemdam, Torum nomine, mille quingentis passibus a Romanorum castris distantem, insedit. Serius tamen aliquanto, quam inter exercitus tam propinquos sperari potuisset, commissa pugna est; modo Romanis, modo Poenis unius proelii fortunae spes universas committere formidantibus. Donec igitur pugnandi avidior Hanno fuit, Romani castris suis se tenuerunt: quod numero et alacritate, ipsi detrimento equitum suorum perculsi et moerentes, vincerentur. postquam autem dubitatione sua sociorum animos languescere, hostes in spem erigi, duriusque sibi bellum cum inopia, quam cum Poenis, futurum arbitrati, certamen detrectare desierunt; Hanno vicissim tergiversari coepit, et omnia metuere. Duo menses sic exacti, ut praeter levia proelia, quae fiebant quotidie, nihil majoris rei gereretur.

Hannonis fiducia.

Deinde cunctatio.

LVI. Ad extremum frequentibus Hannibalis precibus motus, qui et nuncios mittebat adsidue, et facibus accensis signa crebra edebat, famem amplius obsessis tolerari non posse, multosque ea peste coactos ad hostem transfugere, dimicationi moram ulterius nullam adferre decrevit; eodem tempore Hannibale quoque cum suis eruptionem ex urbe facturo. Quae quum animadvertissent consules, intra sua se castra quieti tenuerunt. eo ferocius Hanno aciem instructam ostentare, et, ubi nemo contra exit, sub ipsa Romanorum munimenta suggredi, ad pugnam audacter provocare, cunctantibus timorem et ignaviam objicere. illi, hostem levibus proeliis a vallo repulisse contenti, neque contra manentes struebant aciem, neque recedentes insequebantur. Hoc ubi per aliquot continuos dies factum, Poenisque jam persuasum esset, nihil ultra ausurum Romanum, L. Postumius consul contemptum hostium in suam occasionem solerter vertit. Instructis enim silentio copiis omnibus, intraque vallum retentis, accedentem pro more Poenum cum paucis submovens, a

Agrigentini urgentur. Ea res Hannonem ad pugnandum stimulat.

Cap. LV. Zonaras. Polyb. Cap. LVI. Zonaras. Frontin. Strateg. 2, 1.

Digitized by Google

U. c. 491. prima luce ad horam diei sextam velitando detinuit. tum demum, recipientibus se hostibus productas ex castris legiones immisit.

Proelium. Romani utrumque ducem hostium vincunt.

LVII. Hanno, quamquam contra opinionem suam pugnandum sibi videret, intrepide congressus, in serum diei ambiguum certamen extraxit. Sed Romanos, curatis bene corporibus ad pugnam praeparatos, aestus, sitis, labor, non aeque fatigabat. Carthaginiensis autem acies, ante commissum proelium inedia et stando fessa, quanto longius protrahebatur dimicatio, fatiscentibus corporibus minus ad resistendum virium habebat. postremo conductitius miles, qui in prima fronte pugnabat, diutius sustinere laborem non potuit: neque solum ipse cessit loco, sed, in elephantorum agmen et alios a tergo stantes ordines trepida fuga se inferens, turbavit totam aciem, hostique acriter incumbenti terga dare coëgit. Eadem felicitate tum quoque ab alia parte gesta res: Hannibalque, quum eruptione pugnavisset, majore suo, quam hostium, detrimento in urbem compulsus est. Capta Carthaginiensium castra sunt: elephanti vulnerati tres, caesi triginta, undecim in manus Romanorum venere. similis et hominum fortuna fuit: de tanto exercitu pauci cum ipso duce Heracleam evaserunt.

Carthaginiensium clades.

Hannibal, Agrigenti clausus, solerter evadit.

LVIII. At, qui in urbe clausi erant, rebus plane desperatis, nullam salutis viam sibi relictam esse videntes, maximis terroribus adfligebantur. quum Hannibal, optimi, ut in fortuna mala, consilii auctor, animadverso, Romanos et labore certaminis defatigatos, et laetitia bene gestae rei solutiores, negligentius solito excubias agere, circa tertiam vigiliam cum mercenariis exit oppido: et, cratibus, quas hunc ad usum ante paratas stramento compleverant, in fossas injectis, transgressus, aliquantum itineris praecipit, donec Romani, luce jam oriente, quid actum esset, sentientes, partem extremi agminis deprehenderunt; Hannibal cum reliquis in tuta loca pervenit. At Agrigentini, desertos a Poenis se videntes, multos eorum, qui in urbe remanserant, sive per iram, sive ut a victore gratiam inituri, concidere. Nec ideo minus direptum est oppidum: homines, amplius quinque et viginti millia liberorum capitum, in servitutem venditi. Hoc ma-

Agrigentum diripitur.

Cap. LVII. Polyb. Zonaras. Diod. Eclog. l. 23. Oros. 4, 7. Polyb. et Zonaras. Cap. LVIII. Polyb. Zonaras. Polyb. Diodor. et Oros.

Digitized by Google

xime modo captum a Romanis Agrigentum est, septimum intra mensem, quam obsideri coeperat: magnà cum utilitate gloriaque populi Romani, sed multa quoque sanguinis impensa. quippe supra triginta hominum millia de consulum exercitu Siculorumque auxiliis, inter istam obsidionem varia peste perierunt. Qua de caussa, simul quia nihil jam magnae rei ob hiemem propinquam suscipi poterat, Messanam redierunt. U. c. 491. *Ingens numerus in illa obsidione amissorum.*

LIX. Anno deinde proximo cum imperio iverunt in Siciliam L. Valerius M. F. M. N. Flaccus et T. Otacilius C. F. M. N. Crassus consules, prioribus ducibus ad spem triumphi Romam digressis. Carthaginienses quidem, classe tamquam ad vastandam Italiam missa, novos consules a Siciliae cura distinere cupiverant. sed ii, constitutis circum litora globis militum, qui praedones arcerent, nihilominus in insulam transjecerunt. Tunc quoque multa Siculorum oppida in fidem recepta, recenti cladis Agrigentinae exemplo et metu: neque obsistentibus Poenis, quos super proelium adversum etiam seditiones mercenariorum militum angebant, Gallis praecipue ob mensium aliquot stipendia non soluta tumultuantibus. ad quos puniendos fraudem ejusmodi commentus est Hanno. U. c. 492. L. Valerio, T. Otacilio coss. *Poeni seditione mercenariorum anguntur.*

LX. Sermone blando mitigatos modicum ad tempus quiescere jubet: sibi esse certam et propinquam oppidi cujusdam locupletis occupandi spem ostendit: ex ejus praeda cumulate Gallis etiam pro solutionis mora satisfactum iri confirmat. Ita sedatis illis, adeoque gratias agentibus, opportuno tempore, cum dispensatore suo, quem habebat fidelissimum, agit, ut specie transfugae, tamquam rationibus interversis, ad Otacilium consulem pergeret, indicaretque, nocte proxima Gallorum millia quatuor, ad urbem Entellinam proditorum opera recipiendam venturos, locatis insidiis circumveniri posse. Consul, rem non spernendam arbitratus, licet transfugae non omnino confideret, mittit delectam militum manum. veniunt et Galli ab Hannone decepti. Consurgentibus ad hos excipiendos Romanis, oritur proelium atrox, in quo Galli omnes interfecti, quum inulti noluissent occumbere, duplex Hannoni gaudium praebuerunt, conductitiorum insolentiam cum hostium haud exiguo detrimento non incallide vindicanti. *In his puniendis fraus Hannonis.* *Galli mercenarii Poenorum caeduntur.*

Cap. LVIII. Diodor. Zonaras. Cap. LIX. Eutrop. l. 2. Zonaras. Polyb. Frontin. Strateg. 3, 16. et Zonaras. Cap. LX. Frontin. Diodor. Frontin.

Digitized by Google

U. c. 492.

LXI. Romae interim de aqua Anienis in urbem deducenda Minucius praetor in senatu retulit. Opus illud ex manubiis censor M. Curius locaverat. sed, variis exortis impedimentis, res nonum in annum prolata tum retractabatur. creatique duumviri Curius et Fulvius Flaccus: sed, Curio quintum intra diem defuncto, gloria deductae aquae penes unum Fulvium fuit. Sub id tempus Hamilcar in Siciliam Hannonis successor Carthagine venit. Hannonem namque, ex mala pugna domum redeuntem, ignominiose exceperant Poeni, mulctatumque sex millibus aureorum praefectura dimoverant. Eum Hamilcarem patrem Hannibalis, qui sequens bellum Punicum adversus Romanos duxit, fuisse, quidam, similitudine nominum decepti, non recte tradiderunt. nam genitor Hannibalis Hamilcar extremis ejus belli temporibus in Siciliam cum imperio adolescens venit. sed celebritas ejus effecit, ut alterius ignotioris Hamilcaris acta Barcae Hamilcari, omnium, qui hoc nomine fuerunt, nobilissimo, adscriberentur. Successor igitur Hannonis Hamilcar, pedestri utique exercitu Romanos longe superiores esse cernens, mediterraneas quidem urbes nullas audebat adgredi, neque ex locis montosis et arduis in plana descendere: sed classe validus, qua haud dubie maris imperium tenebant, ea parte virium haud segniter utebatur, missoque iterum Hannibale ad vastandam Italiae oram, ipse Sicula litora circumvectus, pleraque maritima loca, quae Romanis sese adjunxerant, facile recuperavit. Qua re fiebat, ut, Romanis loca procul a mari remota, Poenis litoralia et occupantibus facile, et tuentibus, aequo utrimque momento spes metusque librarentur, neque facile, penes utrum populum totius belli victoria esset futura, judicari posset.

Hamilcar in Siciliam venit.

Alius Hamilcar Hannibalis pater.

Romani mediterranea, Poeni maritima loca facilius tuentur.

Cap. LXI. Frontin. de Aquaeductibus. Diodor. Zonaras, et Cic. de Off. 3, 26. Corn. Nepos in Hamilc. c. 1. Polyb. Zonaras. Polyb.

Digitized by Google

EPITOME

LIBRI SEPTIMIDECIMI.

Cn. Cornelius consul, a classe Punica circumventus, et per fraudem velut in conloquium evocatus, captus est. C. Duilius consul adversus classem Poenorum prospere pugnavit, primusque omnium Romanorum ducum navalis victoriae duxit tri-

Cn. Cornelius consul, a classe Punica circumventus, et per fraudem velut in conloquium evocatus, captus est] Quomodo hic captus sit a Carthaginiensibus, docet Polyaenus l. 6. ubi de Carthaginiensibus loquitur, in fine [16, 5.] Missos enim ad eum sit a Carthaginiensibus simulatos quosdam transfugas, qui ei se Liparam, Siciliae objectam, tradituros pollicerentur. Cornelius itaque versus Liparam navigavit. Carthaginienses se de pace colloquium habere cum consule fingere, suumque ducem pessime a morbo habere. Rogaverunt, ut consul in illorum naves transiret, quo facilius colloqui posset. Ubi primum transiit consul, illi eum detinuerunt, et, in Romanos duce orbatos irruentes, facile victoriam consecuti sunt. *M. Cornelium* vocat Appianus in Libyco [p. 33.] H. VALES. Sed vel ipse App. vel ejus librarii errarunt. Male etiam *Κορνήλιον Γάϊον* vocat Zonar. 8. Ann. 10. Non modo enim reliqui scriptores, sed et marmora Capitolina, *Cnaei* praenomen ei tribuunt. Praeterea *classe Punica circumventus*, omissa praepositione, Voss. *a classe Punica per fraudem veluti in colloquium evocatus*, duabus vocibus neglectis, Boend. *in colloquiis evocatus* Lovel. *in colloquium convocatus* Leid. Credidit librarius, per compendium scriptum fuisse *ĕvocatus*. V. ad Livii 22, 40, 8.

Cn. Duilius consul] *C. Duilius* vet. lib. lapid. Cap. et reliqui. SIG. Male hic a Zonara [8. Ann. 10.] et auctore de Vir. Illustr. [38.] *Cn.* vocatur. DELRIUS. *Caji* praenomen recte ei etiam tribuunt Leid. et Lovel. Si autem verum est, quod Hearnius refert, Harduinum ad Plinii 34. sect. 11. censuisse, e vett. monumentis *K.* vel *Caesonem Duillium* reponendum esse, in iterata Plinii editione, qua sola utor, sententiam mutavit. Deinde *Duilli-*

Digitized by Google

umphum. ob quam caussam ei perpetuus honos habitus est, ut revertenti a coena, tibicine canente, funale praeferretur. L. Cornelius consul in Sardinia et Corsica contra Sardos, et Corsos, et Hannonem Poenorum ducem feliciter pugnavit. Atilius Calatinus

us consul Leid. *Duellius consul* Lovel. *Duilius Cornelius consul* Voss. Sed recte *Duilius consul* Berg. et Boend. Praeter illa, quae notavi ad Silii 6, 665. et Liv. 2, 58, 2. v. Pighium in Annal. ad ann. CDXCIII. p. 22. Cl. Hearnium ad Eutrop. 2, 20. et Arntzen. ad Aur. Vict. de Vir. Inlustr. 38.

Ob quam caussam ei perpetuus honos habitus est, ut revertenti a coena tibicines canerent, et funale praeferretur] Vet. lib. *perpetuus quoque honos habitus est, ut revertenti a coena, tibicine canente, funale praeferretur.* Sic Valerius 3, 6. *Ad funalem cereum, praeeunte tibicine et fidicine, a coena domum reverti solitus est.* SIG. Haec verba significare possunt, ei decreto publico hunc honorem habitum fuisse. Sed id non ita est: nam ipse eum nemine prohibente sibi sumsit. V. Cic. de Sen. 13. et Amm. Marc. apud Freinsh. ad Flori 2, 2, 10. Aurelius Vict. de Vir. illustr. 38. itidem ambigue: *Duilio concessum est.* DUK. *perpetuusque honos* Berg. a m. 1. *perpetuus quoque honos* a m. 2. Et ita etiam legunt Lovel. et Hearnii N. Deinde *tibicines canerent, et funale praeferretur*, ut ante Sigonium vulgo edebatur, Boend. Norvic. et Berg. *tibicines canentes proferrent* Voss. *tibicine canente funale praeferretur* Leid. et Lovel. Quod Sigonio placuit, quum alii, tum etiam Gronovii receperunt. At Clericus cum Freinshem. et Doujatio eam lectionem, quam expunxit, exprimi curavit.

L. Cornelius consul in Sardinia] Ex vet. lib. non vereor addere *et Corsica*. Nam in Verrii tabulis sic scribitur:

L. CORNELIVS. L. F. CN. N. SCIPIO. COS. AN. CDXCIV
DE. POENEIS. ET. SARDIN. CORSICA. V. ID. MART.

Et Zonaras [8. Ann. 11.] illum Valeriam Corsicae urbem principem aliasque multas expugnasse testatur. DELR. Voces *et Corsica*, quas, ab edd. vett. exsulantes, Delrius ex vet. lib. eruit, ignorant Boend. et Norvic. Contra easdem servant Leid. Voss. Berg. Lovel. et Hearnii N. Recte itaque Gruter. eas in ult. ed. in contextum recepit, probantibus etiam Gronoviis: inprudenter vero Doujatius et Clericus, Freinshem. secuti, omiserunt. Praeterea *Sardos et Corsicos* Leid.

Atilius Calatinus consul, quum in locum iniquum, a Poenis circumsessum, temere duxisset exercitum] *Attilius* Leid. et Boend. cum plerisque edd. antt. *Actilius Callatinus* Berg. Sed recte in marmoribus Capitolinis

Digitized by Google

consul, quum in locum iniquum, a Poenis circumsessum, temere duxisset exercitum, M. Calpurnii tribuni militum virtute et opera evasit: qui, cum trecentis militibus eruptione facta, hostes in se converterat. Hannibal dux Poenorum, victa classe, cui

ATILIVS CALATINVS vocatur. V. ad Livii 5, 13, 3. Tum *in locum a Poenis circumsessum*, omisso *iniquum*, Exc. Pithoei. Insuper *a Poenis in locum circumsessum* Berg. *in locum a Poenis obsessum* Lovel. *in locum iniquum a Poenis circumseptum* Leid. Eadem ratione *obsessus* et *obseptus* permutari, supra vidimus ad 9, 43, 8. V. etiam Gebh. ad Liv. 21, 38, 8. Zonaras autem, hanc historiam narrans, 8. Ann. 12. refert, Romanos incidisse *ἐς Χωρία προλελοχισμένα*, *in loca insidiis praeoccupata*: cui *circumseptum*, quam *circumsessum*, magis convenire videtur. Frontin. vero 1, 5, 15. et 4, 5, 10. Romanorum exercitum in vallem demissum dixit, *cujus latera omniaque superiora hostis insederat*. Insuper *exercitum duxisset* alio ordine Berg. Lovel. et Boend. Ceterum omnia haec verba, ut et sequentia usque ad *in se converterat*, sive usque ad finem periodi, desunt in Voss. et Hearnii N.

M. Calpurnii tribuni militum virtute et opera evasit] Hunc l. 22, [60, 11.] *Calpurnium Flammam* nominat Livius: eundem *Q. Caedicium* Cato, alii *Laberium* appellarunt. auctor Gellius 3, 7. SIG. *Μάρκος Καλπούρνιος* etiam vocatur Zonarae 8. Ann. 13. *M. Calpurnius Flamma* Plinio 22, 6. *Calpurnius Flamma* Floro 2, 2, 13. secundum Frontin. locis laud. *Alii Laberium, nonnulli Q. Caeditium, plurimi Calpurnium Flammam vocitatum scripserunt.*

Cum trecentis militibus eruptione facta, hostes in se converterat] *cum quatringentis militibus* Boend. quot ipsi etiam tribuit Cato, teste Gellio 3, 7. Sed reliqui constanter *trecentis* legunt, quibus adstipulantur alii scriptores, qui hujus historiae meminerunt. Tum *hostem in se converterat* Berg. *hostes in se convertit* Boend. atque edd. ante Gruter. anni 1628. cujus lectionem *converterat* servant Leid. et Lovel. Quamvis autem eamdem etiam Gronovii probarint, Clericus tamen, Freinshem. et Doujatii exemplo, *convertit* revocavit.

Atilius Regulus consul, victis navali proelio Poenis, in Africam trajecit] Haec verba Gruterus in postrema ed. ad sequentem Epitomen retulit, et, refectis ejus verbis initialibus *Atilius Regulus consul in Africa*, cum sequentibus conjunxit, interponendo voculas *et ibi*. in quo quin codd. suos secutus fuerit, nullus dubito, quum similem ferme lectionem inveniam in Leid. Berg. et Lovel. quemadmodum contra prioribus edd. consentiunt Voss. Boend. et Hearnii N. Priscam lectionem, quam, adstipulantibus Doujatio et Clerico, Freinshemius reduxit, servavi, non tantum ut ita conveniret inter Epi-

Digitized by Google

praefuerat, a militibus suis in crucem sublatus est. Atilius Regulus consul, victis navali proelio Poenis, in Africam trajecit.

tomen et Supplementa Freinshemii, verum etiam, quod eam lectionem veriorem esse judicem, et de diversis Atiliis Regulis consulibus in fine hujus et in initio sequentis Epitomes agi existimem: et quidem hic de C. Atilio Regulo Serrano, quem Fasti Capitol. ut et triumphales anno CDXCVI. consulem fuisse, et de Poenis navalem triumphum egisse docent: ibi vero de M. Atilio Regulo, quem anno seq. CDXCVII. M. Caedicio consuli in magistratu mortuo subfectum esse, iidem Fasti Capit. testantur.

Digitized by Google

JOHANNIS FREINSHEMII

SUPPLEMENTORUM LIVIANORUM LIBER VII.

IN LOCUM LIBRI XVII. T. LIVII.

I. Quartus jam belli Carthaginiensis annus exierat, neque poenitebat virtutis aut fortunae Romanos. proeliis enim omnibus, quotiescumque congressi cum Syracusanis, cum Poenis fuerant, victores discesserant: opulentas urbes oppugnando ceperant: aliae conditionibus in potestatem venerant. Sed quando bellum in insula gerebatur, neque commeatus, neque supplementa, quum opus esset, submitti poterant; et naves Carthaginiensium liberis et improvisis adpulsibus non modo Siculas urbes ad mare positas ex tuto vexabant, sed etiam, Italiae oram subinde vastantes, et detrimentum imperio Romanorum, et ignominiam famae inferebant: quum interim Africa indemnis, et periculorum malorumque omnium hostilium exsors haberetur. Itaque, re diligenter deliberata, senatui populoque Romano placuit, ut, classe comparata, non terra tantum, uti coeperat, dimicaretur cum Poenis, sed etiam maritimae aleae fortuna tentaretur.

U. c. 493. Cn. Cornelio, C. Duilio coss.

Romanorum commoda et incommoda bello Punico in Sicilia.

De iis deliberatio.

II. Haec prima Romanae urbi de navalibus rebus seria cogitatio fuit. quam haud minus forti felicique opera complevit, ac animo consilioque fidenti susceperat: ut non immerito judicaretur, orbis imperium genti Romanae deberi, cui, adversus exercitatissimum in re nautica populum classibus bellare volenti, nec ad rem adgrediundam audacia, nec ad regendam solertia, nec ad perficiendam constantia defuisset. Quum enim ad eam diem Romani adeo maritimam militiam non adtigissent, ut neque viros, qui navale proelium vidissent, neque naves ullas bellicas, ne fabricandarum quidem artifices idoneos haberent, maxima fiducia tantum opus adgressi, brevissimo tempore et navigare coeperunt, et dimicarunt maritima pugna, et homines a multis aetatibus rerum earum peritissimos superaverunt. Cura classis fabricandae mandata Cn.

De navalibus rebus seria cogitatio.

Classis fabricatur.

Cap. I. Polyb. 1, 20.

Digitized by Google

U. c. 493. Cornelio L. F. Cn. N. Scipioni Asinae, et C. Duilio M. F. M. N. qui consulatum recens iniverant.

III. Navis erat una quinqueremis, quam Claudius, quo tempore freti transitum meditabatur, cupidine pugnandi propius ad litus perlatam, locisque vadosis et brevibus impeditam, pedestri manu ceperat. hujus ad exemplum classem exaedificari consules jussere, tantoque studio institerunt operi, ut sexagesimum intra diem, quam caesa materia fuerat, classis centum sexaginta navium in anchoris staret. Sed nec ingenio minore, quam industria, consules expeditionem istam maturarunt. quum enim neque imperitos remiges in proelii discrimen adducere consultum putarent, neque exercendis iis tempus rerum gerendarum coarctare vellent, commenti sunt rem, uti prima specie ridiculam, ita usu eventuque prolixe commendabilem; ut interea, dum naves compinguntur, futuri remiges in litore sedentes officia sua docerentur. iisdem enim ordinibus dispositi, quos in ipsis navibus servaturi mox erant, hortatore in media turba collocato, ad illius vocem et praecepta movere et impellere remos, iterumque quiescere, haud aliter quam navigantes solent, jubebantur. Hac imaginaria exercitatione tantum profectum est, ut, postquam, paratis jam navibus, paucos dies in ipso opere industriam suam probavissent, jam confidere ipsis auderent consules, suamque et legionum salutem credere.

Inventum ad exercendos in sicco remiges.

Hortator remigum.

IV. Provincias deinde quum sortirentur, C. Duilio terrestre in Sicilia bellum, Cn. Cornelio classis evenit. Qui, adsumptis navibus septemdecim Messanam progressus, quo in adventum classis, quam sequi, ut primum posset, jusserat, necessaria praepararet, priusquam ad fretum illa accederet, in manus hostium incidit. Factum id Boodis astutia, quem Hannibal Punicae classis imperator legatum habebat, et credulitate consulis, qui, Liparaeis quibusdam ab hoste subornatis fidem habens, Liparae urbis per proditionem occupandae spem temere conceperat. ibi circumventus a Punicis navibus, conserere tamen manus, et pugnando salutem quaerere cogitabat: nisi Boodes altera fraude ipsum et tribunos militum, quasi de conditionibus cum Poeno loquuturos, suam in triremem pellexisset. ve-

Cn. Cornelius in manus hostium incidit.

Boodis Punicae fraudes.

Cap. II. Oros. 4, 7. Cap. III. Polyb. Auct. de vir. illustribus c. 37. Polyb. Plin. 16, 39. Flor. 2, 2. Polyb. Cap. IV. Zonaras. Polyb. Zonaras. Ὀλυμπιάδ. ἀναγρ. Polyb. et Liv. Epit. 17.

Digitized by Google

nientibus injectae sunt catenae: quo terrore quum ceteri sine certamine se tradidissent, Boodes, navibus omnibus potitus, captivos Carthaginem misit. U. c. 493.

V. Simile mox Poeni ducis peccatum fuit, eoque majoris opprobrii, quod neque Romani consulis incogitantia tam recenti exemplo ad cautionem profuisset. Didicerat, Romanam classem, juxta litus Italicum vela facientem, ad fretum tendere, neque procul abesse jam posse. volens igitur eam ex propinquo considerare, ut numerum navium, et quae in novo instituto Romanis agilitas et habitudo esset, accurate cognosceret, cum navibus quinquaginta proficiscitur: securus futuri, et classe, ut in cursu tuto solet, navigiis temere permixtis, parum composita. Igitur in flexu cujusdam promontorii quum in Romanam classem ordine commodo navigantem subito illatus esset, ante victus, quam ad pugnam parare se potuisset, amissa meliori parte navium, postquam ipse quoque ad extremum periculi venisset, cum ceteris vix effugit. Victrix classis, cognito Cornelii casu, simul ad C. Duilium misit nuncios, qui suum adventum ei significarent; simul ad proelium se parabat, quod ceteras Carthaginiensium naves propinquis locis agere compererat.

Poeni ducis periculum.

Victoria Romanorum.

VI. Ibi dum sollicitis animis incommoda suarum navium considerant, easque, rudi opere constructas, a Punicis velocitate longe superari reputant; venit cuidam in mentem machinae ad comprehendendas hostium naves tenendasque utilis, quam postmodum *corvum* vocaverunt. ejus haec forma fuit. Tignum erat rectum, teres, quatuor ulnas longum, crassitie dodrantali, trochleam in summo habens. huic in prora navis defixo aptabatur scala sex ulnas longa, lata pedes quatuor, composita ex transversis tabulis, quas impacti clavi ferrei firmiter continebant. in ea machina foramen relictum erat oblongum, quo tigno inducta complecteretur illud, eique cohaereret per spatium ulnarum quatuor, quanta ipsius tigni longitudo erat. scalae vero reliqua pars et tigno non inserta, quae ulnarum erat duarum, quibusdam velut articulis ita dependebat, ut facile attolli demittique posset. In extremo scalae validum adfixum erat ferrum, pistilli forma, praeacutum, quod in capite annulum habebat, ex quo funis, adligatus per trochleam tigni, in ipsam navis

Ingenium ad comprehendendas naves.

Ejus descriptio.

Cap. IV. Zonaras. Flor. Oros. 4, 7. Cap. V. Zonaras. Cap. VI. Florus. Polyb.

Digitized by Google

U. c. 493. *Usus.* proram demittebatur. tum, quoties voluissent, attracto fune, erigebatur scala, remisso ruebat, quidquid comprehendisset, infesto ferrei styli acumine defigens et vinciens.

Carthaginienses classe congredi cupiunt.

VII. Inter haec C. Duilius consul, pedestri exercitu tribunis tradito, ad naves venit: intellectoque, Mylaïten regionem ab hoste vastari, cum universa classe ad eam oram proficiscitur. Grata res Carthaginiensibus fuit, qui, adversum mediterraneos homines et rei nauticae imperitissimos, certam sibi victoriam pollicebantur: ipsi quoque documento futuri, nullum umquam hostem ita contemni oportere, ut quidquam de cavendi diligentia et disciplina remittatur. Dux classis Hannibal, is qui copias ex Agrigento eduxerat, septireme vehebatur, quae fuerat regis Pyrrhi. hunc reliquae naves sequebantur, non tamquam ad proelium, per aciem et distinctos ordines, sed, ut cuique pronum erat, hostium contemptu properantes.

Corvorum novitatem admirantur.

Proelium navale.

VIII. At postquam propius subgressi suspensos ex proris adversae partis minantesque corvos viderunt, rei novitatem admirati paullisper haesere. tandem, ferocissimo quoque imperitorum hominum rude commentum deridente, primae quaeque naves concitato impetu invehuntur. Tum vero dimissi repente corvi, ut in quamlibet inciderunt, ita perforato tabulato haerentes invitam retinebant. milites autem Romani, si quidem sors tulerat, ut ex lateribus naves connecterentur, omni ex parte in hostiles insiliebant: quoties autem prorae tantum commissae essent, per ipsum tignum annexumque pontem armati bini transibant, tanto expeditius, quod utroque a latere scalae lorica genu tenus alta tutiorem incessum gradumque firmiorem praestabat. primi enim quique projectis ante se scutis frontem adversus hostium tela protegebant: pone sequentes sua scuta loricae utrimque adplicabant. sic etiam lateribus defensis, navem adversam collato gradu oppugnabant: fiebatque pugna non rostrorum, sed ensium virorumque cominus, et statariae similis. Unde Romano, qui robore praestabat, adversum homines leviter armatos, naviumque potius agilitate, quam manibus, confisos, facilis victoria fuit: celeriterque sunt expugnatae naves Punicae triginta, in quibus et praetoria septiremis capta est.

Romanus vincit.

Cap. VIII. Flor. Polyb. Frontin. Strateg. 2, 3. Polyb.

Digitized by Google

IX. Hannibal tamen, quum ex navi, quae jam capiebatur, in scapham saltu se demisisset, captivitatem evasit: rapideque misso Carthaginem amico, qui famam cladis praeveniret, imminens ob rem male gestam supplicium astu declinavit. Is enim curiam ingressus, quasi re adhuc integra, consilium a senatu petiit, *congrediendumne cum Romana classe videretur?* Omnibus succlamantibus: *ne dubitandum quidem, aut differendum fuisse: Fecit*, inquit, *et victus est.* Ita non audentibus incusare factum, cujus, antequam fieret, auctores esse pro se quisque voluissent, capitis poena liberatus est imperator, praefectura navium adempta. U. c. 493. *Hannibalis commentum in evadendo supplicio ob rem male gestam.*

X. Ceterum post fugam ducis e proelio reliquae Carthaginiensium naves (supererat autem pars multo maxima) impedito consilio, quid faciundum esset, ambigebant. pudebat excedere pugna, nullodum accepto incommodo, ne hoste quidem urgente. rursum Romanas naves aggredi corvorum metu cunctabantur. ad postremum undique circumvecti, et nauticas artes omnes experti, ubi omni ex parte opponi sibi rostra et objici formidabiles illas machinas vident, desperata victoria discessere. Mersae traduntur eo proelio naves Punicae quatuordecim, captae una et triginta, sum septem hominum millibus, postquam pugnando tria millia periissent. Hoc eventu, C. Duilio consule, adversus Poenos juxta Liparaeorum insulas certatum est: unde magnus Romanis etiam praedae fructus, sed longe amplissimus gloriae famaeque fuit. *Carthaginiensium navium dubitatio.* *Mox fuga.*

XI. Consul, adsumpto terrestri exercitu Segestam profectus, urbem, a Poenis ad extremum spei adactam, periculo exemit: inde Macellam pugnando cepit, Hamilcare nusquam occurrere auso: confirmatisque civitatum amicarum animis, aestate jam circumacta, Romam rediit. Cujus discessu res Punicae rursum efflorescere coeperunt. Primum enim ab obsidione Mytistrati post septimum mensem, multis suorum desideratis, discesserunt Romani. Deinde quum, inter ipsos et auxiliares dissensione orta, seorsim a legionibus inter Paropum et Thermas castra metati socii essent, illorum vecordia utendum ratus Hamilcar, improvisa irruptione supra millia quatuor occidit: ne- *Duilii discessu Punicae res efflorescunt.*

Cap. IX. Val.Max. 7, 3, 7. ext. et Zonaras, et Auctor de viris illustr. c. 38. Cap. X. Polyb. Eutrop. l. 2. Oros. 4, 7. Flor. 2, 2. Zonaras. Cap. XI. Polyb. Zonaras. Diod. Eclog. l. 23. Polyb.

Digitized by Google

U. c. 493. que multum abfuit, quin totus Romanorum exercitus eadem clade involveretur. Tum igitur multa iterum oppida, partim expugnata sunt ab Hamilcare, partim proditione capta.

XII. Quae licet Romae haudquaquam laetis auribus acciperentur, levia tamen damna prae gaudio navalis victoriae reputabantur. Quum enim hactenus Romana virtus terreftribus bellis invictam se praeftitisset, non abs re laetabantur, ifto proelio maritimarum quoque virium non contemnendam opinionem quaesitam effe. unde, ad spem totius belli mirifice confirmatis animis, auctorem decoris inusitati novis etiam honoribus dignum judicaverunt. Primus itaque Duilius navalem triumphum de Siculis et claffe Poenica egit Kalendis Intercalaribus. tulitque civitas, quod, honore ifto non contentus, alium sibi nullo exemplo privatus sumpsit, ut a coena redeunti tibicinis inter cantum funale praeluceret. Columna quoque roftrata senatusconfulto posita in foro eft, ex Pario marmore candido, quae, merfarum captarumque navium numerum, et summam pondusque pecuniae captae complexa, adhuc vifitur, sed extritis vetuftate vocabulis pluribus. auri tamen nummos captos effe ter mille septingentos, argenteorum supra centum millia, aeris gravis vicies septies centena millia pondo, satis agnoscitur. Triumpho peracto, comitia C. Duilius habuit. L. Cornelius L. F. Cn. N. Scipio, C. Aquilius M. F. C. N. Florus confules facti. Provincias confulares senatus decrevit Siciliam et claffem. Cui claffis obveniffet, ei in Sardiniam et Corficam transjicere, si e republica videretur, permiffum. haec sors L. Cornelio quum eveniffet, inftructa claffe profectus eft. Haec prima Romanorum in Sardiniam et Corficam expeditio fuit.

Duilli triumphus et alii honores.

U. c. 494. L. Cornelio, C. Aquilio, coss.

Prima Romanorum in Sardiniam et Corsicam expeditio.

XIII. Infulae sunt locis ita conjunctae, ut eadem videri poffint: coeli tamen solique natura, et, quod sequitur, hominum ingenio, multum diffimili. Sardiniam, ut imaginem humani veftigii referentem, *Ichnusam* veteres, itemque *Sandaliotin* dixerunt. Inde Sardum, Hercule Libyco genitum, ajunt frequentatae ab se infulae nomen, quo hodie nofcitur, impofuiffe. Graecos etiam ad ea loca veniffe cum Ariftaeo, fabu-

Cap. XI. Diodor. Zonaras. Cap. XII. Florus. Eutrop. Tac. 2, Ann. 49. Fafti Capit. Cic. Cat. c. 13. Liv. Epit. 17. Plin. 34, 5. Sil. Ital. 6, 663. Pigh. Annal. Zonaras. Cap. XIII. Sallust. Hist. 2, 1. Plin. 3, 7. Sil. Ital. 12, 355.

Digitized by Google

lis antiquis decantatum est; itemque post Iliaca bella, Troianos. Terra neque spatio soli maximis ejusdem maris insularum, neque bonitate fertilissimis multum cedit: parens optima pecudum, frumenti optimi feracissima, metallorumque, sed praesertim argenti, dives. Coelo tamen haud aeque salubri utitur, laudemque foecunditatis apud exteros pestilentioris aëris infamia corrumpit: per aestatem enim morbosa est, et in locis fertilioribus, magis. U. c. 494.

XIV. Herbam praeterea producit vehementis veneni, apiastro persimilem, quae in cibo sumpta mentem adimit, nervisque violenter attractis labia distorquet in ridentium speciem; exitiali succo, nisi post vomitum lac aut aqua mulsa copiose bibatur. ita vis istius mali praesens diluitur: ceteris deinde incommodis ea medentur, quae in convulsionibus nervorum usui sunt. Etiam minimum animalculum per imprudentiam supersedentibus mortiferum est: *Solpugam* vocant: formicarum genus, tanto periculosioris malitiae, quod et latet facile propter exiguitatem, et ab ignaris naturae ejus etiam animadversum non timetur. Sardi, variis ex barbaris mixta natio, quum ingenio suo permittitur, lubentius latrocinio, quam agricultura, victitant: pelta et brevi ense armantur: thoraces ex pelle musmonum consuunt; arietes ita vocant, quos insula gignit, non lanam, ut alii, sed pro ea pilum caprorum more gestantes. Urbium celeberrima Caralis est, Africam spectans, et inde condita, cum pulcherrimo portu. *Herba Sardoa.*

XV. Corsica nec amplitudine nec opibus Sardiniae comparanda, tertium tamen inter has insulas magnitudinis locum obtinere creditur. nomen a Corsa, muliere quadam, accepisse incolae tradunt, cujus ab armento taurus in hanc insulam ex Liguria transjecerit: Graecis *Cyrnus* vocatur. Montosa est et aspera, et plerisque locis penitus invia. quare populum etiam terrae suae similem alit, nullo humano cultu, feris propemodum ipsis intractabiliorem. capti in servitutem vix mansuescunt: sed aut impatientia laboris et jugi vitam exuunt, aut contumacia et stupiditate molesti *Corsicae descriptio.*

Cap. XIII. Sallust. Fragment. incert. 25. Pausan. l. 10. Aelian. Hist. Anim. 16, 34. Solin. c. 10. Pompon. Mela, 2, 7. Strabo, l. 5. p. 225. Cap. XIV. Plin. 20, 11. Dioscorides 6, 14. et ibi Matthiol. Solin. Plin. 29, 4. Lucan. 9, 837. Strabo. Aelianus. Claudian. de bello Gildonico, v. 520. Cap. XV. Eustath. in Dionys. περιήγησιν. Sallust. Hist. 2, 3. Strabo, l. 5. p. 224.

Digitized by Google

U. c. 494. sunt heris. Mel in insula copiosum est, sed amari saporis; quale fit ex flore buxi, quam Corsica multam et crassissimam profert. idem tamen saluberrimum putatur; et sunt, qui longaevos in Corsica homines fieri opinentur, quod mel istud suum in continuo usu habeant. Oppida nec magna, nec frequentia populo, sed tamen supra triginta numerantur: ex quibus facile principes sunt urbes Aleria, Phocaeensium colonia, et Etruscorum Nicaea. Hic quoque grave coelum est, et praeterea importuosum mare. Cum his igitur gentibus diu Carthaginienses bella gessere, et utriusque insulae dominatione, praeter inaccessa loca, potiti sunt. sed quia facilius erat, rudes et feros homines vincere, quam domare; tum alia, quibus eos continerent, excogitarunt, tum etiam, quo res vitae necessarias ex Africa petere cogerentur, quidquid ubivis frugum fructuumve erat, corruperant, etiam supplicio mortis indigenis proposito, si quis tale quid serere aut plantare instituisset: donec longa consuetudine facti mitiores imperium aequioribus animis pati didicerunt.

Corsicae urbes.

L. Cornelius Aleriam expugnat.

Classem hostium fugat.

XVI. Has ad insulas navigationem eo tempore L. Cornelius consul instituit. et prius quidem in Corsica urbem expugnavit Aleriam. quo facto ceteras facile et citra laborem aut periculum adjunxit. Inde Sardiniam petenti classis occurrit hostium; quam aggressus consul, antequam ad manus ventum esset, in fugam conjecit. Mox ad Olbiam profectus, quum in portu multas Carthaginiensium naves stare vidisset, neque se satis a pedestri robore instructum ad oppugnationem urbis, situ et defensorum multitudine validae, crederet, omisso in praesens negotio, domum ad plures milites adsumendos abnavigavit.

Navalium sociorum conspiratio Romae.

XVII. Per idem tempus servilis in urbe motus, inter ipsa initia feliciter compressus, magna rempublicam sollicitudine simul adfecit, et liberavit. Ad classem instruendam ex gentibus recens devictis navales socii frequentes cogebantur: eorumque tum ad quatuor millia Romae convenerant, Samnites plerique. Ii, quod a mari abhorrerent, conditionem suam secretis sermonibus miserati, eo usque exarserunt, ut urbem incendere

Cap. XV. Diodor. 5, 13. Plin. 16, 16. Lycus apud Athenaeum l. 2, 7. Plin. 3, 8. Martianus Capella, l. 6. Diodor. 5, 13. Sen. Consol. ad Helv. c. 8. Aristot. περὶ θαυμασίων ἀκουσμάτων. Cap. XVI. Freinshem. ad Flor. 2, 2. Zonaras. Cap. XVII. Oros. 4, 7.

Digitized by Google

dere atque diripere agitaverint. jamque ad tria servorum millia in eamdem sententiam pertraxerant, quotidie sumente vires conspiratione, quum Erius Potilius praefectus auxiliorum prudenti consilio periculum omne discussit. Simulato enim ejusdem factionis studio, machinationes eorum omnes exacte perdidicit: genus, numerum, nomina singulorum, qui in ea conjuratione essent, cognovit: loca, tempora, quibus ausuri quodque forent, exploravit. U. c. 494.

Prudenti consilio discutitur.

XVIII. Nihil jam deerat ei, quo minus rem ad senatum deferret, praeter facultatem curiam adeundi: (nam voluntas supererat) sed, Samnitibus nusquam incomitatum sinentibus, perficere institutum nequibat. donec excogitato dolo persuasit eis, *uti, quo die senatus haberetur, in forum agminatim progressi, fraudem sibi in dimetiendo frumento factam esse vociferarentur: inde nasciturum occasionem*, dicens, *aut exsequendi consilii sui, aut certe speculandi, quid adversus subitos ejusmodi motus animi consiliique Patribus esset.* quoque plus fidei faceret, ipse processit una, neque comitem modo se tumultus ejus, sed principem ducemque praebuit. unde vocatus ad senatum conspirationis occultae periculum commentique sui caussas exposuit. Patres, dissimulata facti conscientia, miserunt, qui turbam illam, blandis verbis delinitam, domos abscedere juberent: *daturos operam Patres, ut, injuria, quae facta diceretur, sublata, juris sui cuique copia fieret.* Ita conjurati, latere adhuc consilium suum existimantes, digressi sunt. nocte vero proxima suos quisque servos, quos indicio Potilii sceleris esse participes cognoverant, vinxit. Samnitium quoque plerique in hospitiis suis comprehensi.

Mira ratio prodendi conjurationem, nihil suspicantibus consciis.

XIX. Nescio, an haec cura, an vero aliud negotiorum aut valetudinis impedimentum C. Florum tenuerit, ne citius in Siciliam proficisceretur: in qua Hamilcar post proximam victoriam res Carthaginiensium magnis profectibus restituebat. Quippe, Camarina et Enna proditione receptis, Drepanum, ubi portus egregius erat, communivit, et in oppidi formam auxit, transductis illuc Erycinis, quorum urbem, ne Romanis usui foret, praeter templum Veneris, everterat. Multa deinceps alia loca dolo aut armis in potestatem redegerat, totaque Sicilia potiturus videbatur, nisi Florus, ob res istas ne sub hiemem quidem insulam relinquere ausus, obstitisset.

Hamilcaris res prosperae in Sicilia.

Florum consulem etiam hieme in Sicilia manere cogunt.

Cap. XVII. Zonaras. Cap. XIX. Diod. Eclogal. 23. Zonaras.

Digitized by Google

U. c. 494. *L. Cornelius Sardos et Carthaginiensis vincit.*

XX. Facilius alteri consuli bellum cum Sardis et Carthaginiensibus ad Olbiam fuit. quo reversus cum auctioribus copiis, Hannonem invenit, quem, Hannibale remoto, Carthaginienses rebus maritimis praefecerant. Pugna vehementi facta, Hanno fortissime dimicans, quum vinci suos videret, in confertissimos hostes irruens interfectus est, sequutaque oppidi deditio. Consul victoriae famam etiam humanitatis adversus hostem insigni documento decoravit. nam e tabernaculo suo corpus Hannonis efferendum curavit, amplasque ipsi fecit exsequias, cessantibus post mortem odiis, virtutem etiam in hoste honorandam esse recte judicans.

Strategema L. Cornelii.

XXI. Inde recentis victoriae terrorem exolescere non passus, multas et alias Sardiniae urbes cepit, consilio doloque virtutem adjuvans. Solebat enim noctu, adpulsa litori classe, delectos ex cohortibus haud procul oppidis, quae adoriri constituerat, exponere: qui, locum insidiis opportunum occupantes, exspectabant, donec ad ipsas urbes subgressus consul oppidanos in arma compulsos simulatione fugae longius a moenibus elicuisset. tum illi, advenientes cursu, vacuas defensoribus urbes capiebant. eo astu complures in potestatem venere: tantumque vincendo processum est, ut neque in Corsica neque in Sardinia Poenorum exercitus consistere possent. Qua de caussa minime dubitatum est, quin Romam reverso triumphus amplissimus decerneretur. triumphavit de Poenis et Sardinia et Corsica ante diem quintum Idus Martias, quum magnam ex insulis istis praedam et multa millia captivorum adduxisset.

U. c. 495. A. Atilio, C. Sulpicio coss.

XXII. At in Sicilia C. Florus proconsule Mytistratum obsidebat, locum munitum, et semel iterumque frustra tentatum. Ne tum quidem prius expugnari potuit, quam novus consul A. Atilius A. F. C. N. Calatinus veniret. huic enim Sicilia provincia; collegae ejus C. Sulpicio Q. F. Q. N. Paterculo classis evenerat. Ii, quod Panormi Carthaginiensium hiberna erant, cum omnibus copiis eo profecti, acie instructa fecere pugnandi copiam hostibus. sed, nemine contra prodeunte, Hippanam petierunt: quae urbs ex itinere oppugnata, statimque capta est. Inde Mytistratum perrexit Atilius, quam acriter defensam ad extremum fati-

Cap. XX. Oros. 4, 7. Val. Max. 5, 1, 2. Sil. Ital. 6, 671. Cap. XXI. Frontin. 3, 9, et 10. Flor. 2, 2. Fasti Capitol. Eutrop. l. 2. Cap. XXII. Zonaras. Diodor. Zonaras. Polyb. 1, 24. Zonaras.

Digitized by Google

gati lamentis mulierum atque puerorum propugnatores deseruerunt. ita, praesidio Carthaginiensium noctu digresso, prima luce portas oppidani aperuerunt. Sed Romani, malorum, quae in obsidione pertulerant, nimium memores, obvios sine discrimine sexus aetatisve caedebant: donec A. Atilius proclamari jussit, *praedam et homines capientium fore.* tum demum crudelitatem avaritia vicit: servatique Mytistratensium reliqui sub corona venierunt: urbs direpta est et diruta.

U. c. 495. *Mytistratum capiunt Romani.*

XXIII. Camarinam inde ductus exercitus, ob regionem parum diligenter exploratam, maximum in discrimen incidit. Poenus enim imperator obviam profectus loca superiora prior occupaverat, Romanasque copias, in vallem iniquam temere demissas, circumsidebat. Certum ante oculos omnium exitium, et Caudinae cladis imago versabatur: nisi consilium et virtus M. Calpurnii Flammae, qui tribunus militum eodem in exercitu agebat, rebus pene desperatis subvenisset. Nam is, P. Decii sequutus exemplum, qui tribunus militum idem in Samnio fecerat, adsumptis militibus trecentis, ad tumulum quemdam occupandum ivit, nulla spe evadendi, sed amore laudis et servandi exercitus cupiditate ipse militesque ejus accensi. Ferunt, quum eo duceret, ita suos adloquutum esse: *Moriamur, milites, et morte nostra eripiamus ex obsidione circumventas legiones.* Atque ita factum est. hostibus enim in hos conversis, dum acerrima pugna quantum vis multos morituri detinent, consul evolvere sese locis infestis potuit: Carthaginienses, interfectis, qui se objecerant, nihil in detectis jam insidiis ponentes spei, discesserunt.

M. Calpurnii Flammae virtus.

XXIV. Itaque Calpurnii miraculo proxima fortuna fuit: qui, repertus inter suorum hostiliumque cadaverum cumulos, quum solus omnium adhuc spiraret, sublatus atque diligenti cura refectus, quum inter multa vulnera lethale nullum accepisset, diu postea sortem fidelemque operam reipublicae praestitit, magnoque terrori hostibus fuit. Qui si apud Graecos tantum virtutis specimen edidisset, neque praemiorum, neque monumentorum satis potuisset decerni. nunc homini Romano tanti facinoris merces corona ex gramine fuit: memoria vero facti adeo negligens, ut vix de nomine

Et miraculo proxima fortuna.

Cap. XXII. Diodor. Zonaras. Cap. XXIII. A. Gell. 3, 7. Frontin. 4, 5. Liv. Epit. 17. Liv. 7, 34. Flor. 2, 2. Liv. 22, 60. Zonaras. Cap. XXIV. Oros. 4, 8. Auctor de viris illustr. c. 39. M. Cato apud A. Gell. 3, 7. Plin. 22, 6.

Digitized by Google

U. c. 495. fortissimi viri constet. eumdem enim *Calpurnium Flammam* plerique, sed M. Cato *Q. Caeditium*, Claudius Quadrigarius *Laberium* vocatum esse tradiderunt.

XXV. Ceterum emersus ex his angustiis consul, quum et error pudorem, et periculum vigilantiam acuisset, majoribus iterum viribus et intentiore cura oppugnare urbem adgressus, postquam sine machinis parum proficiebat, ab Hierone petitas accepit. earum violentiae cessit murus, redactosque in potestatem Camarinenses majori ex parte sub hasta consul vendidit. tum ad Ennam itum: ea quoque proditione recepta: praesidiarii partim a Romanis in oppidum admissis interfecti sunt, alii fuga dilapsi ad suarum partium loca se receperunt. Sittanae possessionem non dolus, sed virtus dedit, magna vi pulsis, qui defenderant, et urbe expugnata. Neque moram fecerunt minora quaedam in ea Siciliae parte oppida, quin protinus missis legatis consuli se traderent. Qui, praesidiis per commoda loca dispositis, in Agrigentinum agrum signa promovit, ibique Camicum castellum opera proditorum recepit. Unde perculsi, qui Erbessum tenebant, oppido relicto fugerunt. sic Erbessus quoque ad Romanos rediit. Hoc successu consul animatus, et quod Liparaeorum haud paucos sibi favere putabat, ad illorum urbem admovit exercitum. Ibi non pro cetera felicitate res processit. Hamilcar enim, Romani ducis consilio sagaciter deprehenso, Liparam clam intraverat, intentusque tempus bene gerendae rei exspectabat. Quod Romanus quum ignoraret, audacius et incautius subiens muros, repentina Poenorum eruptione turbatur. vulnerati sunt in eo conflictu permulti; caesorum quoque non exiguus numerus fuit.

Camarinam occupant Romani.

Item Ennam et alia loca.

Hamilcar Romanos caedit.

XXVI. Interea C. Sulpicius consul in Sardinia cum Poenis aliquoties prospere dimicavit: tantumque hinc accessit animi, ut Africam versus vela facere auderet. Id vero minime ferendum esse Carthaginienses arbitrati, Hannibalem, qui ex Sicula fuga Carthagine adhuc agebat, iterum navibus suis praeponunt, multisque et praestantissimis praefectorum navalium adjunctis, classem hostilem a patriis litoribus repellere jubent. Solvit is quidem, ut pugnaturus. ceterum, quominus concurreretur, intercessit tempestas, quae, utris-

C. Sulpicius in Africam navigat.

Cap. XXIV. Frontin. A. Gell. Cap. XXV. Diodor. Polyb. 1, 24. Diodor. Polyb. et Zonaras. Diodor. Polyb. Zonaras. Cap. XXVI. Oros. Polyb. Zonaras.

Digitized by Google

que gravis incumbens, ad loca tranquilliora submovit invitos. Sardiniae tamen portus ambo duces tenuerunt. U. c. 495.

XXVII. Ibi quum in anchoris haberent naves, Sulpicius, quo Poenum in apertum mare perliceret, quosdam subornat, qui transfugarum specie persuaderent Hannibali, Romanos iterum in Africam navigare. Deceptus ille hoc vaframento, celeriter educta classe, in consulem, idoneo loco praestolantem, imparatus incidit: multaeque naves Punicae depressae sunt, priusquam scire possent, quid ageretur; quum insidias consulis tempestatis favor et opportune orta caligo texisset. Tandem re intellecta reliquae repetiverunt portum, aut in litus se ejecerunt: ibi, profugientibus remigibus, pleraeque inanes captae sunt. Hannibal enim, desperato, teneri portum posse, in oppidum Sulcos se contulerat, ubi, seditione orta, comprehensus a Carthaginiensibus, qui eodem ex pugna confugerant, quod ejus temeritatem et stultitiam cladis suae caussam fuisse dicerent, crucique adfixus periit. Sed haec victoria Romanis paullo post detrimenti nonnullius caussa fuit. quum enim, sublato classis Punicae metu, in vastatione agrorum contemptius et securius versarentur, improviso Poenorum Sardorumque incursu, Hannone quodam duce, fusi sunt. Censuram hoc anno C. Duilius gessit cum L. Cornelio Scipione, prioris anni consule, Janique templum apud forum olitorium struxit. Triumphi dehinc duo spectati: prior C. Aquilii Flori proconsule de Poenis ante diem quartum Nonas Octobres; alter C. Sulpicii consulis de Poenis et Sardis, ante diem tertium Nonas.

Hannibalem vincit.

Hannibal crucifigitur.

Triumphus C. Aquilii Flori, et C. Sulpicii.

XXVIII. Quum deinde C. Atilius M. F. M. N. Regulus et Cn. Cornelius L. F. Cn. N. Blasio iterum consules essent, sacra quaedam, procurandis prodigiis fieri solita, senatus faciunda censuit, quod in Albano monte, locisque aliis pluribus, atque adeo in urbe ipsa, lapides frequentes grandinis instar deciderant. Latinas ferias instaurari, caussaque earum dictatorem dici visum est. Q. Ogulnius L. F. A. N. Gallus dictator, M. Laetorius M. F. M. N. Plancianus magister equitum fuerunt. C. Atilius, qui classi praeerat, ad Tyndaridem Siciliae quum appulisset, classem Punicam or-

U. c. 496. C. Atilio, Cn. Cornelio coss.

Dictator ad instaurandas ferias Latinas.

Cap. XXVII. Liv. Epit. 17. Polybius. Zonaras. Fasti Capit. Tac. Ann. 2, 49. Fasti Capit. Cap. XXVIII. Zonaras. Fasti Capit. Polyb.

Digitized by Google

U. c. 495. *C. Atilius Punicam classem invadit.*

dine parum composito praeternavigantem conspicatus, ejus oppugnandae consilium subito cepit: jussisque sequi ceteris navibus, ipse cum decem, quae primae parari potuerunt, evolat, et ad Poenos jam longius evectos summa velorum remorumque contentione pergit.

Anceps pugna.

XXIX. Hamilcar in ea classe vehebatur, non contemnendus imperator: qui, paucas sibi naves instare videns, alias portu vix egressas esse, magnam partem etiamnum in anchoris haerere, converso cursu C. Atilium ejusque naves tota classe circumvenit. deprimuntur celeriter naves novem, impari adversum tanto plures certamine nequidquam omnia expertae. Praetoria tamen, meliori, quam ceterae fuerant, remigio instructa, sociisque navalibus praesentia consulis animatis, vi perrupit, salutemque invenit. jam enim aderant Romanorum aliae naves, quarum superventu mutatur fortuna pugnae. merguntur Punicae naves octo, capiuntur cum ipsis remigibus decem: reliquae ad Liparaeorum insulas intendunt cursum. Haec mari gesta. Terrestrium copiarum segnius bellum fuit, urbe Lipara sine successu oppugnata. sed in apertorum locorum vastationem desaeviit hostilis ira: eademque calamitas etiam Meliten insulam haud longe dissitam comprehendit. Ob haec gesta C. Atilius consul triumphum navalem de Poenis egit. Eodem anno etiam A. Atilius proconsule ex Sicilia de Poenis triumphavit ante diem quartumdecimum Kalendas Februarias. laetaeque tum Romanis res erant, qui non terrestribus modo proeliis, sed etiam maritimis superiores, non jam de Sicilia adnexisque insulis, quarum imperium satis sibi certum esse putabant, sed de Africa invadenda, bellique terrore Carthaginis ipsius portis impingendo incipiebant consultare.

Victoria Romanorum.

Cap. XXIX. Zonaras. Polyb. Zonaras. Oros. 4, 8. Fasti Capit. Auctor de viris illustr. c. 39. Fasti Capit. Zonaras.

Digitized by Google

EPITOME

LIBRI DECIMI OCTAVI.

Atilius Regulus in Africa serpentem portentosae magnitudinis cum magna militum clade occidit, et, quum aliquot proeliis bene adversus Karthaginienses pugnasset, successorque ei a senatu prospere bellum gerenti non mitteretur, id ipsum per literas ad sena-

Atilius Regulus in Africa serpentem] Vet. lib. *Atilius Regulus consul in Africa*. SIG. Ad finem Epitomes praeced. dictum est, periodum istius Epit. finalem a Grutero in ed. postr. ad finem hujus trajectam esse, resectis quatuor prioribus hujus Epit. vocabulis, et interpositis duabus voculis *et ibi*, quibus periodum illam sequentibus *serpentem portentosae magnitudinis* adnectebat. Grutero per omnia consentit Lovel. nisi quod, pro *et ibi*, tantum legat *ibi*. At Leid. periodo ex priori Epitoma in hanc rejectae subjicit nihilominus *Atilius Regulus in Africa serpentem*. Similiter etiam Berg. nisi quod alio ordine legat *Atilius Regulus serpentem portentuosae magnitudinis in Africa*. Ex reliquis codd. qui vett. edd. adsentiuntur, vocem *consul*, a Sigonio additam, ignorant Voss. Boend. Exc. Pithoei, Norvic. et Hearnii N. Ex unico igitur Sigonii vet. lib. adsumtam expunxi. Utrum autem historia haec acciderit, quo anno Regulus consul esset, an vero, quum, deposito consulatu, imperium ipsi prorogatum foret, incertum puto. *Consulem* tamen vocat Gellius 6, 3.

Serpentem portentosae magnitudinis cum magna militum clade occidit] Hanc historiam a T. Livio curiose pariter ac facunde relatam scribit Valerius [1, 8, ext. 19.] Quam eamdem recitat etiam ex Aelio Tuberone Gellius l. 6, 3. SIG. *portentuosae magnitudinis* Leid. Voss. Berg. Lovel. Boend. et pleraeque edd. antt. quomodo etiam in Mstis et edd. Suetonii legi, Cel. Burm. testatur ad Sueton. Domit. 4. V. infra ad Livii 39, 1, 5. Deinde *maxima militum clade* Leid. Norvic. et edd. usque ad Gruterum, qui anno 1628. *magna* substituit, cui concinunt Voss. Berg. Lovel. et Boend. quorum duo medii etiam alio ordine *magna clade militum*. Saepius superlativum pro positivo gradu librarios in Livii epitomis dedisse, infra videbimus ad Epit. 51. Et ipsum etiam Livium *multos milites*, non *plurimos*, dixisse, colligendum videtur ex Val. Max. loco a Sigo-

Digitized by Google

tum missas questus est. in quibus inter caussas petendi successoris erat, quod agellus ejus a mercenariis desertus esset. Quaerente deinde fortuna, ut magnum utriusque casus exemplum in Regulo proderetur, arcessito a Karthaginiensibus Xanthippo Lacedaemoniorum duce, victus proelio et captus est. Res deinde a ducibus Romanis omnibus terra marique prospere gestas deformaverunt naufragia classium.

nio laudato. Denique *cecidit* Leid. V. ad Livii 36, 36, 6.

Quum aliquot proeliis adversum Karthaginienses pugnasset] Vet. lib. *Cum aliquot proeliis bene adversus Carthaginienses pugnasset.* SIG. Ita et Leid. Voss. Berg. Lovel. Boend. et Hearnii N. Passim *adversus* in Mstis Livii et Epitomarum legi, ubi editores ostentant *adversum*, infra videbimus ad Epit. 47.

Successorque a senatu] Membranae *successorque ei a senatu* continent. DELRIUS. Eam lectionem, quam Gruterus anno 1628. in contextum recepit, firmavit etiam Leid. Voss. Berg. Lovel. et Boend. Sed, in Norvic. perpetuo editionum adsecla, non reperiri, Hearne testatur.

Id ipsum per literas ad senatum missas questus est] *ad senatum scriptas* Voss. Lovel. et Hearnii N. *ad senatum missas scriptas*, recepta utraque lectione, Leid. *questus est* primus Gruterus anno 1628. recepit, quum antea *conquestus est* ederetur. Lectionem autem Gruteri probant Leid. Voss. Berg. Lovel. et Boend. aliam solus Norvic. Melius itaque Gronovii aliique Gruterum secuti sunt, quam Freinsh. Doujat. et Clericus priorem scripturam revocarunt.

Inter caussas petendi successoris, quod agellus ejus a mercenariis devastaretur] Vet. lib. *a mercenariis desertus esset.* Sic Valer. I. 4, 4. *Consulibus scripsit, villicum in agello, quem septem jugerum in Pupinia habebat, mortuum esse, occasionemque nactum mercenarium, amoto inde rustico instrumento, discessisse: ideoque petere, ut sibi successor mitteretur, ne deserto agro non esset, unde uxor et liberi sui alerentur.* SIG. *inter caussas petendi successoris fuit* Lovel. et Leid. *inter caussas successoris erat* Berg. et Boend. Et ita ediderunt Mogunt. Aldus, aliique, usque ad Gruter. qui anno 1628. voculam *erat*, quam principes edd. ignorarant, iterum expunxit. Praeter Voss. codicem, eamdem lectionem Gronovii aliique retinuerunt. Contra τὸ *erat* restituerunt Freinshem. Doujat. et Clericus, quibus non adversor. Praeterea *desertus esset* etiam Berg. Lovel. et Boend. *esset desertus* Leid. Voss. Sed lectionem, quae ante Sigon. vulgo circumferebatur, ostentat Norvic. Seneca Valerio concinit in Consol. ad Helv. 12. *Atilius Regulus, quum Poenos in Africa funderet, ad senatum scripsit, mercenarium suum discessisse, et ab eo desertum esse rus.*

Victus proelio et captus est]

Digitized by Google

Ti. Coruncanius primus ex plebe pontifex maximus creatus est. P. Sempronius Sophus, M. Valerius Maximus censores, quum senatum legerent, tredecim senatu moverunt. lustrum condiderunt, quo censa sunt civium capita ducenta nonaginta septem millia, septingenta nonaginta septem. Regulus missus a Karthaginiensibus ad senatum, ut de pace, et, si eam non posset impetrare, de captivis commutandis ageret, et

victus in proelio edidit Aldus, et post eum reliqui, usque ad Gruterum; qui praepositionem, in nullo cod. obviam, omisit. *victus et captus est* Leid. In verbis sequentibus *deformaverunt*, pro *deformavere*, Voss. Berg. Lovel. et Boend.

T. Coruncanus] *Ti. Coruncanius* vet. lib. Triumphi Capitolini, Polybius, Pomponius [l. 2. §. 35. et 38. D.] de Origine juris. SIG. *T. Cornicanus* Boend. *T. Corinctianus* Berg. *T. Coruncanus* Exc. Pithoei, Norvic. et Hearnii N. *Tib. Corvicanus* Voss. *Tiberius Coruncanus* Lovel. *Tib. Coruncarius* Leid. Post Sigonium, pontifici maximo verum nomen vindicantem, Freinsh. in Epit. Liv. edidisse miror *T. Coruncanus*, in supplem. Liv. hujus libri c. 48. *Tib. Coruncanus*. Praeeuntem Freinsh. secuti sunt Doujatius et Clericus. Mox verbum *est* omisit Gronov. quod constanter et priores edd. et omnes scripti, etiam Norvic. servant.

M. Sempronius Sophus, Valerius Maximus censores] *P. Sempronius Sophus, M. Valerius Maximus censores* ex Capitol. lapidibus. SIG. Olim edebatur *M. Sempronius Scopus, Valerius Maximus censores*; quomodo est in Boend. et Norvic. *M. Sempronius Scopus censores* in Voss. *M. Sempronius Valerius Maximus, C. Sempronius Scopus censores* in Berg. neque aliter in Lovel. nisi quod *Scofus* legat, et vocem *censores* omittat. *M. Sempronius Valerius Maximus, Cn. Sempronius Strophus censores* Leid. *M. Sempronius Valerius Maximus, C. Sempronius Sceva* Hearnii N. Primus Froben. pro *Scopus*, anno 1531. recte restituit *Sophus*. Sed totum locum ad fidem marmorum Capitol. emendavit Sigonius, in cujus scholio per errorem librariorum exstat *M. Valerius*, quum optime in contextu *M. Valerius* edi curarit. V. etiam Pighium in Annal. ad ann. DI. p. 44. Laudari igitur nequit, Freinsh. qui supplemento hujus libri c. 48. itidem marmorum illorum scripturam recepit, attamen in Epit. edidisse *P. Sempronius, M. Valerius Maximus censores*. Et nihilominus Freinshemium imitantur Doujatius et Clericus. Apud Valer. Max. 2, 9, 7. non *M. Valerius*, ut nunc in optimis circumfertur, sed *M. Valerius et P. Sempronius*, ex iisdem marmoribus, ut Pighius monuit, emendandum est. Mox *senatum regerent*, pro *legerent*, Leid. et Lov. Sed *regere* et *legere* etiam alibi in Mstis commutantur. V. (* ad 32, 7, 2. Markl. ad Statii 1. Silv. 2, 267.) N. Heinsium ad Ovid. 3. Fast. 462. Passim etiam literae *L*

Digitized by Google

jurejurando adstrictus, rediturum se Karthaginem, si commutari captivos non placuisset; utrumque negandi auctor senatui fuit: et, quum fide custodita reversus esset, supplicio a Karthaginiensibus de eo sumto, periit.

et *R.* confunduntur. V. ad Livii 28, 36, 7. Praeterea *XVI senatu moverunt* Exc. Pithoei. Sed notam numeri quinarii librarii dissolverunt in *II.* V. ad Livii 37,22, 4. Reliqui codd. in vulgatum conspirant.

Capita CCCXVI millia, CCXVII] Vet. lib. *CCXCVII millia, DCCXCVII.* Recte. nam priore lustro [Epit. 16.] ex Eutropii sententia censa sunt *CCXCII millia.* SIG. Vet. lib. Sigonii adsentiuntur Leid. et Lov. at *CCCXVI M. CCXCVII* praefert Boend. *CCCXVII, CCXCVII* Voss. *CCCXVII millia, CCXVII* Norvic. ac quaedam ex antt. edd. *CCXVII millia CCXCVII* edd. Rom. anni 1472. et Parm. *CCCXXVII millia, CCXCVII* Berg. Nescio vero, quae correctiora vocet exemplaria Pighius in Annal. ad ann. DI. p. 44. in quibus legi monet *CCXCVII.* ∞. *CCXXVII.* Ita sane in nullo vel scripto vel excuso libro invenio. Voces autem *civium capita* desunt in Leid.

De pace, et, si eam minime impetraret, de captivis commutandis ageret] Vet. lib. *et, si eam non posset impetrare.* SIG. Ita et Leid. Voss. Berg. Lov. et Boend. Solus Norvic. apud Hearnium veterem lectionem retinet. Praeterea *de pace ageret* Voss. Berg. Boend. et Hearnii N. Insuper *de commutandis captivis* Berg. Lovel. et Boend.

Jurejurando adstrictus est, rediturum se Karthaginem] Vet. lib. *jurejurando adstrictus rediturum.* SIG. Sigonius insuper edidit, mutata distinctione, et vocula una adsumta, *et jurejurando adstrictus rediturum se Carthaginem si commutari captivos non placuisset; utrumque negandi auctor senatui fuit.* quod placet, et omnium meorum codd. consensu firmatur. In contextum itaque recepi. Antea majori distinctione oratio post vocem *placuisset* intercidebatur.

Auctor senatui fuit: et, quum fide custodita reversus esset] *auctor senatus fuit* Leid. *auctor i sen. fuit* Boend. Deinde *reversus est* Voss.

Digitized by Google

JOHANNIS FREINSHEMII
SUPPLEMENTORUM LIVIANORUM LIBER VIII.
IN LOCUM LIBRI XVIII. T. LIVII.

I. Consulatum deinde L. Manlius A. F. P. N. Vulso Longus inivit, et Q. Caedicius Q. F. Q. N. cui in magistratu mortuo suffectus est M. Atilius M. F. L. N. Regulus, qui semel consul fuerat. Hoc anno demum Africa, quae hactenus cladium hostilium exsors egerat, sentire bellum coepit, Romanis in eam ingressis, postquam Carthaginiensium classem magna pugna vicissent. quae uti gesta sint, ipsiusque Reguli utramque fortunam, et indignum viri virtute exitum, hoc libro exponemus. Anno superiore cum C. Atilio consule Carthaginienses ita proelio navali contenderant, ut, quamquam ipsi, pluribus amissis navibus, pugna priores excessissent, tamen, quia Romanas etiam aliquot submerserant, se non inferiores fuisse interpretarentur; Romani contra eventum eum pro victoria haud dubia computabant. Ita fiebat, ut spe et fiducia pari populus uterque studium maritimarum rerum per aemulationem summam prosequeretur.

U. c. 497. L. Manlio, Q. Caedicio coss. *M. Regulus Africae infert bellum.*

Classes utrimque.

II. Igitur et consules in Africam transferre bellum jussi, cum trecentarum triginta navium classe Messanam adpulsi, atque inde litus Siciliae dextrum legentes praeter Pachynum ad recipiendas pedestres copias, tum castra circa Ecnomum collem habentes, pergebant: et sub idem tempus Hamilcar imperator Poenorum, et praefectus classis Hanno, trecentarum quinquaginta navium duces, Carthagine Lilybaeum, et inde Heracleam Minoam transgressi, eo in portu stationem agitabant, consilia Romanorum observantes, et, si versus Africam instituere cursum auderent, prohibituri. Quod edocti consules ad utrumque casum studiose cuncta comparant, ut, sive navalis proelii ten-

Hamilcar et Hanno consilia Romanorum observant.

Cap. I. Fasti Capit. Polyb. 1, 25. Cap. II. Oros. 4, 8. Polyb.

Digitized by Google

U. c. 497. tandae spes forent, sive alicubi exscensionem fieri oporteret, consilium in expedito haberent. Itaque, pugnacissimis quibusque militum in naves impositis, quatuor classes, tamquam ejusdem universae partes totidem, faciunt. legionem primam in prima classe, duas sequentes ordine suo constituunt: in quarta collocant triarios. Has copias ita disponunt, ut singulis navibus treceni remiges, milites vero centeni viceni vehantur. ita numerus hominum in universa classe ad millia centum quadraginta accedebat. Hunc numerum aliquanto superabant Poeni, plus centum quinquaginta millibus hominum adducentes.

Consules classem dividunt.

Poenorum numerus.

III. Et militum quidem genus prae suis parvi faciebant consules. Major ea deliberatio erat, quum in alto mari pugnandum fore appareret, ubi celeritas navium et gubernatorum artes plurimum valent, quo ordine adversus istud discrimen aptissime componi acies posset. postremo rationem instruendae classis talem ineunt. Hexeres duas, quibus consules ipsi vehebantur, pariter in fronte statuunt: utrique harum hinc primam, inde secundam classem longa et simplici serie adnectunt, ita conlocatis navibus, ut omnium prorae foras obversae essent; hexeresque propemodum conjunctae irent, proximae his longius inter se digrederentur; atque ita deinceps spatium inter duas oppositas naves relictum cum ipsis ordinibus cresceret. Sic minimo inter primas naves, maximo inter postremas intervallo, quum ex duabus istis classibus forma cuneatae aciei effecta esset, tertiam deinde legionem admoverunt: quae, simplici navium ordine spatium istud inter priores duas apertum praetexens, triquetram totius aciei faciem exhiberet. Pone hanc, a tergo tertiae classis, hippagines funibus tractoriis ad naves tertianorum pertingentibus remulco trahebantur. Postremi omnium triarii navibus unam in seriem, sed semicircularem, exporrectis ita priores ambibant, ut ab utroque cornu prominerent. Ita totum corpus, fronte cava, postremis partibus solidis, rostri navalis similitudinem praeferebat: non minus ad sustinendam impressionem firmum, quam ad inferendam habile.

Ordo Romanarum navium.

Triarii in classe.

IV. Sed Carthaginiensium duces, Romanae classis adventu per exploratores cognito, quum urbem suam aditu facilem, imbelle vulgus, accolas leves et ad mutandam fidem pronos cogitarent, obviam ire decernunt, omnia prius experiri certi, quam tutum in Afri-

Poeni duces obviam eunt Romanis.

Digitized by Google

cam cursum Romanis navibus permitterent. Igitur suos paucis cohortati, *ut memores non de praesentibus modo, sed omnibus, quos domi quisque charissimos haberent, pugnandum esse, obfirmatis et alacribus animis proelium capesserent*, naves conscendunt, bonaque cum spe sua et navalium sociorum ex portu evehuntur. Neque longe Romana classis aberat. itaque haud procul Heraclea pari utrimque robore concurritur. U. c. 497. *Proelium navale.*

V. Poeni duces inter se ita comparaverant, ut in dextro cornu Hanno curaret; (erat autem idem ille, qui apud Agrigentum infeliciter pugnaverat) ceteris praeesset Hamilcar. Naves autem suas, animadversa Romanorum acie, quadripartito et ipsi diviserant. Harum quae totius aciei sinistra erat, in figuram arcus sinuata terram versus inclinabat. ceterae simplicibus ordinibus extentae, proris navium in hostem versis, ex his dextrum cornu, in quo rostratarum et quinqueremium celerrimae erant, Hanno versus altum mare, quantum poterat, exporrexit, si pugna aliunde commissa esset, circumdaturus hostem. *Punica acies.*

VI. Neque diu morati consules in medias Poenorum naves cum duabus classibus suis se intulerunt. Hamilcar, quo Romanorum aciem distraheret, suis praeceperat, ut, commissa pugna, fugam continuo capesserent. Quod quum factum esset, Romanique cedentes avide persequerentur, illis quidem ob celeritatem navium innoxia fuga fuit: at Romanorum acies, uti voluerat Hamilcar praevideratque, divulsa est, triariis et tertia classe suo adhuc loco se tenentibus. Quod ubi perfectum esse vidit, subito dat e navi sua signum, ut conversis proris pugnam cum insequentibus ineant. Certatur ambiguo Marte, Poenis velocitate et peritia nauticae rei, Romanis robore militum longe superioribus. Itaque quamdiu navium potius, quam hominum, pugna esse potuit, Punica res haud dubie meliori loco erat. sed quoties corvorum jactu colligatis navibus cominus pugnari coeperat, penes Romanum erat certa victoria; quum miles manu fidens, et in conspectu consulum pugnans, insignitiore opera virtutem suam his adprobare contenderet. *Hamilcaris ausus.* *Virtute Romana eluditur.*

VII. Dum in ea parte sic dimicatur, Hanno cum dextro cornu, quod hactenus immotum habuerat, in triariorum naves invectus, a mari fecit impetum, magnasque in angustias redactis molestum omnino nego- *Hanno triarios urget.*

Cap. IV. Zonaras. Cap. V. Polyb. 1, 27.

Digitized by Google

U. c. 497.

tium exhibuit. Eodem ferme tempore sinistra quoque Carthaginiensium acies, mutata priore forma, et aequata fronte, rostris infestis tertiam Romanorum classem, quae hippagines remulco trahebat, invadit. Romani, dimissis funibus, ad resistendum se parant. Hic quoque fortiter confligitur. ita tribus locis totidem navalia proelia, magno intervallo divisa, nascuntur.

Tria simul navalia proelia.

VIII. Quum ita satis diu dubia victoria certatum esset, tandem evenit, quod necessum est, ubi simul pluribus locis aequali virium robore pugnatur, ut, quae pars prima pulsa fuit, totius certaminis victoriam daret. Quum enim Hamilcar vim hostium ulterius ferre non posset, ipsius fuga ceteras etiam Punicae classis partes statim profligavit. Nam, ex consulibus L. Manlio in captivis navibus conquirendis et ad suas adligandis occupato, M. Regulus, commissum alibi certamen videns, auxilium suis ferre festinavit, adsumptis secundae classis navibus, quotquot ex priore pugna integrae illaesaeque evaserant. Celeriter opem istam sensere triarii, receptisque animis, quos prope ad extremum periculum adducti desponderant, strenue dimicare cum adversariis coeperunt. Hanno, quum et hos acrius resistere sibi, et a tergo se premi videret a recentibus, velis in altum datis imminens exitium praevenire studuit.

Victoria Romanorum.

IX. Quum inter haec L. Manlius quoque, tertiam Romanorum classem a Carthaginiensium sinistro cornu ad terram urgeri conspicatus, cursum eo intendisset, supervenit et M. Regulus, qui jam hippagines et triarios in tuto locaverat. Ita subito facies rerum vertitur, claudunturque et cinguntur, qui paullo ante Romanos circumdederant. quos equidem in arctum constipatos et velut obsessos olim pessumdedissent, nisi, metu corvorum accedere veriti, spatium dedissent consulibus, ut et suos eriperent incolumes, et, Carthaginiensibus subito accursu circumfusi, naves quinquaginta cum vectoribus omnibus, velut indagine, caperent: paucae reliquae, juxta litus ipsum se subducentes, effugere. Fuit hoc proelium quum varietate casuum, et contentione pugnandi, tum etiam amissarum utrimque navium multitudine inter pauca memorandum. Quatuor et sexaginta Poenorum naves captae; supra triginta depressae sunt: victores quatuor et vi-

Corvorum usus in navibus.

Proelium memorabile.

Navium captarum et depres-

Cap. VIII. Zonaras. Polyb. 1, 28. Cap. IX. Oros. 4, 28. Polyb.

Digitized by Google

ginti naves amiserunt fluctibus haustas; at in potestatem hostium nulla pervenit. U. c. 497. *sarum numerus.*

X. Post hanc victoriam Messanam reversi paucos dies navibus hominibusque reficiendis, et ampliori commeatui parando dederunt. Inter quos Hamilcar, quum Africam ab Romanis adiri vehementer nollet, prohibere vero vi et armis non posset, ad dolos se contulit; missoque ad eos per caussam petendae pacis Hannone tempus extrahere sategit, donec copiae, quas Carthagine sibi mitti sperabat, advenissent. Hanno quum ad consules accessisset, audiretque voces, *idem in illum statuendum esse*, clamitantium, *quod quinto ante anno in Cn. Cornelium Asinam consulem Poeni designavissent*, astuto responso periculum intentatum elusit: *Hoc vero*, inquit, *si feceritis, jam nihilo eritis Afris meliores.* statimque consules excepere sermonem, tacere jussis, qui vinciendum dixerant, conveniensque Romanae gentis gravitati vox audita est: *Isto te metu, Hanno, fides civitatis nostrae liberat.* De pace, quia neque Poenus serio agebat, consulesque victoriam, quam pacem, malebant, frustra agitatum est. Africanam igitur expeditionem diutius differri non placuit. *Hannonis astutum responsum.* *Romanae gravitati conveniens vox.*

XI. Neque Poeni duces obstitere, quamquam inter se constituissent, quietum iter hosti non concedere, sed diversis ex partibus carpere morarique. ceterum, Hannone ad praemuniendam Carthaginem festinante, Hamilcar, nihil movere ausus, Heracleae se continuit. naves Romanae ab hostibus et a tempestate pacatum iter habuerunt. Neque defuerant, qui longinquam navigationem, et hostile litus, ipsumque Africae nomen exhorrescerent, ante ceteros imperium detrectante tribuno militum Mannio. sed adversus hunc ita exarsit Regulus, ut virgas securimque minitaretur, ni paruisset. ita demum praestitum est obsequium consuli, formidinemque navigandi propior et major metus expulit. Hermaeum promontorio nomen est, quod a sinu Carthaginis in mare Siculum late procurrit. eam oram primae Romanorum naves tenuerunt. ibi paullisper exspectato, donec tota classis convenisset, litus Africae praetervecti consules ad Clupeam urbem pervenere. hic legiones expositae sunt, navibusque in portum subductis, vallum ac fossa, quo tutiores essent, *Africanam expeditionem Romani quidam detrectant.* *Clupea fit Romanorum.*

Cap. X. Zonaras. Polyb. Zonaras. Val. Max. 6, 6. Zonaras. Cap. XI. Polyb. 1, 30. Flor. 2, 2. Polyb. 1, 29.

Digitized by Google

U. c. 497. circumdata. urbs, quia deditionem abnuebat, obsessa, statimque, metu civium sive dedita, sive deserta, (nam utrumque traditur) in potestatem Romanorum concessit.

Carthaginiensium metus et curae.

XII. At Carthaginienses, quamquam sane dura et insueta paterentur, tamen gratulabantur sibi, quod aliquanto mitiora formidatis accidissent. metuerant enim, audito pugnae navalis exitu, ne protinus ad ipsam Carthaginem victrices copiae ducerentur. itaque, nonnihil ex priore metu respirantes, in contrahendas copias urbemque et suburbanam regionem tuendam intenti erant. Consules interea, missis Romam nunciis, qui et res hactenus gestas docerent, et de instantibus sententiam Patrum exquirerent, Clupeam muniunt, ut ea sede belli uterentur: praesidioque ad urbis et agri custodiam imposito, cum ceteris omnibus copiis longius progressi, cultissimam regionem, utpote quae post Agathoclis tempora ferrum hostile non viderat, perpopulantur: villas magnificas multas destruunt: magnam quadrupedum praedam; hominum praeterea supra viginti millia abducunt, nemine prohibere auso. oppida quoque multa vi aut deditione capiunt: in his perfugarum aliquem numerum deprehendunt, magnamque vim captorum proximis bellis civium Romanorum liberant: quos inter et Cn. Cornelium fuisse crediderim, qui proximo post biennio consul iterum factus est.

Consulum acta et progressus in Africa.

XIII. Dum haec aguntur, qui Romam a consulibus missi fuerant, cum mandatis senatus revertuntur. jubebatur autem alter eorum in Africa manere cum ea parte virium, quam retineri ex republica judicassent; alter ceteram classem et copias Romam reducere. Sic, imminente jam hieme, mansit M. Regulus cum quindecim ferme peditum millibus, equitibus quingentis, et navibus quadraginta. classem reliquam, mancipiis et praeda onustam, L. Manlius, Siciliae litora tuto praetervectus, in urbem reportavit. Septem et viginti millia captivorum ab hoc Romam deducta reperio, navalemque de Poenis decretum ei triumphum esse. Post haec Ser. Fulvius M. F. M. N. Paetinus Nobilior, et M. Aemilius M. F. L. N. Paullus consules facti. His Sicilia et classis provinciae decretae. Regulum,

Eorum alter in Africa manere jubetur.

L. Manlii praeda et triumphus.

U. c. 498. Ser. Fulvio, M. Aemilio coss.

Cap. XI. Oros. Zonar. Polyb. Flor. Zonaras. Cap. XII. Polyb. Zonaras. Polyb. Zonaras. Cap. XIII. Polyb. Zonaras. Polyb. Zonaras. Polyb. Oros. 4, 8. Fasti Capit.

Digitized by Google

gulum, res in Africa prosperrime gerentem, ex medio cursu victoriarum revocari non placuit: jussusque proconsule bellum in Africa administrare. U.c.498.

XIV. Id senatusconsultum nemo accepit aegrius, quam idem ille, cujus in honorem factum fuerat. igitur. literis ad senatum missis, ea de re questus est, interque caussas petendi successoris posuit, *villici sui morte* (is agellum heri, quem habebat in Pupinia, jugerum septem coluerat) *mercenarium occasionem nactum, amoto inde instrumento, discessisse. quare necessariam esse praesentiam suam, ne rure deserto non esset, unde uxor liberique sui alerentur.* decrevitque senatus, *ut ager M. Reguli publice coleretur, res amissae redimerentur, uxori liberisque ejus alimenta praeberentur.* Ii tum mores fuere! Sed ego quoties haec atque talia lego tradove, temperare non possum, quin cum animo meo recogitem, quanto sit virtuti firmior a laude, quam ex pecunia, merces. quippe tam multis post aetatibus gloria M. Reguli manet: aliorum opes cum dominis, et saepe ante ipsos, perierunt.

Regulus aegre fert imperium sibi prorogari.

Ager M. Reguli publice colitur.

XV. Carthaginienses interea, duobus domi constitutis ducibus: Hasdrubale Hannonis filio, et Bostare, tertium etiam Hamilcarem ex Sicilia accivere, qui cum peditum quinque millibus, equitibus quingentis Heraclea Carthaginem propere venit. Hi, communicato inter se consilio, statuerunt, non moenibus, ut ad eam diem factum fuerat, continendum exercitum, neque Romanos impune quidvis agere sinendos esse. sic animis ad bellum gerendum incitatis exercitus educitur. Interea M. Regulus proxima quaeque subigendo in loca pervenerat, per quae flumen Bagrada labitur. ad quod castra habentes Romanos improvisa pestis et damno non mediocri, et terrore adhuc majore, percutit. Magnitudinis enim portentosae serpens aquatum profectos milites invasit, territisque et nequidquam repugnantibus, multos ingentis oris hiatu sorbuit: alios spirarum voluminibus et caudae verbere obtrivit: nonnullos ipso pestilentis halitus adflatu exanimavit: tantumque negotii M. Regulo facessere potuit, ut totis viribus cum eo de possessione amnis fuerit dimicandum.

Carthaginiensium duces, eorumque consilia.

Bagrada flumen, et ibi serpens portentosae magnitudinis.

XVI. Quod ubi cum jactura militum fiebat, neque

Cap. XIV. Liv. Epit. 18. Frontin. Strateg. 4, 3. Sen. ad Helviam, c. 12. Dio apud Vales. Val. Max. 4, 4, 6. Cap. XV. Polyb. Zonaras. Polyb. Flor. 2, 2. Zonaras. Liv. Epit. 18. Val. Max. 1, 8, 19. Oros. 4, 8. Tubero apud A. Gell. 6, 5. Plin. 8, 14. Cap. XVI. Sil. Ital. fin. l. 6. Oros. 4, 8.

Digitized by Google

U. c. 498. *Pugna cum serpente.*

vinci aut vulnerari draco poterat, duriſſima squamarum lorica, quidquid telorum ingereretur, facile repellente; confugiendum ad machinas, advectisque balliſtis et catapultis, velut arx quaedam munita, dejiciendus hoſtis fuit. Poſt aliquot jactus in vanum emiſſos ingens saxum, spina dorsi perfracta, vigorem impetumque formidabilis monſtri reſolvit. Sic quoque difficulter confectum eſt, tanto cum horrore legionum et cohortium, ut, se oppugnare Carthaginem, quam alteram talem beſtiam, malle, faterentur. Neque diutius ibi morari caſtra potuerunt, quin tabo infectas aquas, et omnem circa regionem foetore jacentis peſtifero adflatam fugerent: non sine rubore aliquo humanae superbiae, quae non raro, viribus suis nihil negatum eſſe, ſtolide putat. exercitum certe Romanum, imperatore M. Regulo, terra marique victorem, unus anguis et vivus exercuit, et interfectus submovit. Quare nec puduit proconſulem, hujus etiam hoſtis spolia Romam mittere, timorisque sui magnitudinem et victoriae gaudium publico monumento fateri. corium enim belluae detractum in urbem devehendum curavit: quod centum viginti pedes longum fuiſſe dicitur, et in templo quodam suſpenſum ad Numantini usque belli tempora duraviſſe.

Humanae superbiae sugillatio.

Corium serpentis in templo suspensum.

XVII. Motis a Bagrada caſtris, verſus urbem Adin exercitum duxit conſul, obiter expugnatis vaſtatisque oppidis et caſtellis, quae in itinere occurrerent. Ad Adin vero, quam capere majoris erat operae, vineis machinisque adhibitis juſta inſtituta eſt obſidio. Ad quam prohibendam Poeni duces quum celeriter adcurriſſent, in colle quodam caſtris quidem Romanis imminente, sed impedito silvoſoque, conſederunt. M. Regulus, ingenio situs et genere copiarum hoſtilium aeſtimato, quum illis peditem suo neutiquam comparandum, sed in elephantis et equitibus spei plurimum eſſe videret, ceterum eam virium partem in aperto campo formidabilem futuram, iniquitate locorum excludi inutilemque reddi, ſtultitia hoſtium sapienter usus, priusquam errorem suum animadvertere ac corrigere poſſent, in suis caſtris eos oppugnare ſtatuit. Quapropter hortatus milites, et cetera, quae suggerebat ratio, diligenter exſequutus, nondum certa luce caſtris egreditur, aciemque in adverſum collem, ubi Carthaginienſium erant caſtra, erigit.

Regulus Adin obsidet.

Cap. XVI. Val. Max. Zonaras. Plinius. Cap. XVII. Polyb. Zonaras. Polyb.

Digitized by Google

XVIII. Poenos ipsa primo Romanorum audacia territabat, quod numero pauciores ex inferiore loco tantas copias in munimentis suis adgrediebantur. deinde major inde tumultus fuit, quod equites et elephanti, unde plurimum auxilii speravissent, non modo nullam utilitatem, sed ultro perturbationem et impedimentum adferebant. ipsum quoque tempus augebat trepidationem, quod inopinantes et magnam partem adhuc sopitos Romanus invaserat. Itaque multi suis in cubilibus trucidati sunt: alios trepida fuga palantes, et quo se reciperent nescios, insidiae secundum vias conlocatae exceperunt. Mercenariis tamen Poenorum Hispanis Gallisque raptim instructis, et extra vallum alacriter certantibus, in ancipiti aliquamdiu victoria fuit, fugiente jam legione prima. totusque Romanorum exercitus impulsus foret, ni cohortes, alia ex parte circumgredi jussae, hostem cedentibus instantem opportune a tergo adgressae forent. tum etiam, qui paullo ante locum deseruerant, recolligi, et ad repetendam pugnam animari potuere. Sic utrimque impetitus hostis, quum aliquamdiu fortissime restitisset, cedere coactus est.

U. c. 498. *Castra Poenorum oppugnat.*

Poeni caeduntur.

Romani nutantes confirmantur.

XIX. Quod ubi fieri Carthaginienses videre, continuo se ejiciunt castris, et contento studio fugiunt. Et elephantis quidem equitibusque, postquam planiora loca adtigere, facilis et tutus receptus fuit: peditatum paullo longius persequuti victores, ad castra diripienda redierunt. Hac pugna Poenorum septemdecim millia caesa, quinque capta referuntur, cum elephantis duodeviginti. Eventus hujus proelii non modo totam circa regionem, sed etiam longius dissitos populos Romanis conciliavit, diebusque non ita multis oppida circiter octoginta in fidem venere. Unde Poenos in magnas angustias redactos propemodum exanimavit capti a Regulo Tunetis nuncium, urbis tam munitae, et quae, ad quintumdecimum a Carthagine lapidem posita, ne occultum quidem hostibus sineret esse, quidquid ibi fieret, tum ad ipsam urbem, tum ad mare propinquum patente prospectu.

Victor Regulus oppida circiter LXXX capit.

Et Tunetem Carthagini vicinum.

XX. Neque solum Romani belli terror circumsteterat, sed Numidae quoque veteribus odiis, occasione nova stimulati, arma moverant: vastandoque et urendo Punicos agros plus etiam terroris et oladis, quam Romanus hostis, inferebant. et in urbem undique confu-

Numidae hostes Poenorum.

Cap. XVIII. Zonaras. Polyb. Cap. XIX. Oros. Eutrop. l. 2. Oros. Polyb. Liv. 30,9. Cap. XX. Polyb.

Digitized by Google

U. c. 498. gientes rustici non consternationem modo maximam, sed jam famem quoque faciebant: absumente magnam annonae vim tanta mortalium multitudine, et reliquam adhuc copiam avaritia dominorum occultante; qui, ex calamitate publica quaestum aucupantes, cum ipsa rerum necessariarum penuria pretium earumdem auctum iri quotidie sperabant. Unde factum est, ut pronis auribus legatio M. Reguli acciperetur, qui, belli confecti titulum ambiens, timensque, ne quis Roma successor missus eum interciperet, Poenos ad pacem hortabatur.

Pax inter Regulum et Poenos frustra tentata.

XXI. Itaque missi sunt ad eum quidam ex principibus. sed, quum a M. Regulo, qui se certam in manu habere victoriam putabat, intolerabiles conditiones ferri viderent, infecto negotio discesserunt. *Sicilia* enim *et Sardinia tota cedere*, *Romanis captivos gratis reddere*, *suos pecunia redimere*, *belli sumptus omnes restituere*, *praetereaque vectigal annuum pendere* jubebantur. His alia, neque minus molesta addebantur: *ut eosdem cum populo Romano hostes amicosque haberent: ne navibus longis, praeterquam una, uterentur: Romanos autem, quotiescumque significatum esset, triremibus instructis quinquaginta juvarent.* Obstupefactis ad haec legatis, et, ut mitiora imperaret, orantibus, *vincendum, aut vincentibus obtemperandum esse*, respondit. Quibus in urbem relatis exacerbati Poeni, quamquam rebus admodum accisis uterentur, omnia tamen prius pati decreverunt, quam eas admittere conditiones, quas nihil aliud, nisi captivitatem civitatis suae servitutemque, esse arbitrabantur.

Duras conditiones pacis a Regulo propositae.

XXII. In eo statu rerum naves, quae ad conducendum militem in Graeciam missae fuerant, collecta mercenariorum haud exigua manu, redierunt. In his Xanthippus erat, genere Lacedaemonius, qui patriae disciplinae, quam edoctus a pueritia excellenter fuerat, usum rei militaris haud inferiorem adjunxerat. Ille, rebus, quae eousque gestae erant, intellectis, et reliquo Punicarum copiarum, elephantorum, equitum apparatu cognito, non dubitavit jactare palam, *Carthaginienses non a Romanis, sed a semetipsis victos esse, per imperitiam ducum, qui viribus suis uti nescivissent.* Hoc sermone celeriter vulgato, vocatus a magistratibus Xanthippus rationes sententiae suae promit tam evidentes, ut prope manibus contrectari possint: in faciun-

Xanthippus Carthaginem venit.

Punicorum ducum errorem detegit.

Cap. XXI. Zonaras. Liv. 30, 30. Aug. de Civ. Dei, 3, 18. Dio apud Fulv. Ursinum. Diod. Eclog. l. 23. et apud Vales. Polyb. 1, 31. Dio. Cap. XXII. Polyb. 1, 32. Flor. 2, 2. Polyb.

Digitized by Google

dis itineribus, in castris ponendis, in proeliis committendis, loca prorsus incommoda deligi consuevisse docet. si suum consilium audiant, non incolumitatem modo, sed etiam victoriam, promittit. Probant hanc sententiam quum ceteri civitatis principes, tum ipsi duces: et, laudabili modestia patriae saluti suam existimationem posthabentes, homini peregrino deferendum imperium exercitus sui consentiunt consciscuntque. U. c. 498.

XXIII. Xanthippus, accepta potestate, quotidie milites ex urbe educens, campestribus exercitiis ad servandos permutandosve ordines ducumque jussa celeriter exsequenda adsuefacit: copias, hanc disciplinam cum priore comparantes, admiratione sui fiduciaque melioris deinde successus implet: tota civitas recreata ex rebus fere desperatis ad exspectationem futuri erigitur. Hanc alacritatem omnium ubi duces vident, animo et ipsi recepto in hostem iterum ducere constituunt: suosque, uti tempus postulabat, adhortati, cum duodecim fere millibus peditum, quatuor equitum, et elephantis non multo paucioribus centum adversus Romanos progrediuntur. Romanos unum illud movebat, quod, instituto priore mutato, Poenos, vitatis editioribus asperisque locis, per plana camporum videbant incedere. sed, perpetua felicitate in superbiam elati, vinci solitas copias ductoremque Graeculum despiciebant. Neque Regulus intactus erat hoc fortunae obsequentis blando veneno. igitur quum se maritimas Poenorum vires, quum pedestres fregisse, oppida ferme ducenta, hominum ad ducenta millia cepisse, urbemque ipsam Punicam, variis incommodis laborantem, cogi ad deditionem posse reputaret, pacem tolerabili conditione petentibus negavit, scripsitque Romam, *portas Carthaginis a se metu obsignatas teneri.* Ita magnos etiam animos saepius in secundis rebus moderatio, quam in adversis constantia, deseruit.

Et imperio accepto corrigit.

Inde fiducia redit Poenis.

Regulus successu elatior.

XXIV. Ceterum, Poenis castra loco aequo habentibus, M. Regulus, cui in peditatu plus roboris, eoque montosa et ardua loca sectanda erant, nihil referre virtutis putans, ubi dimicaret, non timuit et ipse campo se credere, etiam ad majorem ostentationem fiduciae fluvio, qui medius fuerat, transmisso: passuumque fere mille ducentorum intervallo ab hoste consti-

In loca se dimittit hostibus opportuniora.

Cap. XXII. Zonaras. Polyb. Cap. XXIII. Zonaras. Auct. de vir. illustr. c. 40. Zonaras. Cap. XXIV. Frontin. Strateg. 2, 2.

Digitized by Google

U. c. 498. *Xanthippus Poenos hortatur ad dimicandum.*

tit. Xanthippus, Romani ducis imprudentiam conspicatus, *hoc illud tempus esse, quo promissa sua Carthaginiensibus exsolveret*, testabatur. quod enim Romanos ex itineris labore defatigatos, qualibus optavisset locis, nactus erat, suam fore victoriam non dubitabat. tempus etiam opportunissimum ad pugnam videbatur, quod, praecipiti jam in vesperam die, Afris locorum gnaris, sive vincerentur, effugium per noctem facilius erat futurum; sive vincerent, nihil ad victoriam persequendam impedimenti. Consultantibus ergo Poenis, quid agendum esset, Deorum hominumque fidem invocans, ne tam praeclaram occasionem perderent, ad proelium capessendum omnes impulit eo facilius, quod ipsi milites, Xanthippi nomen inclamantes, insolita alacritate hostem ultro poscebant.

Acies instruuntur.

XXV. Summa igitur rei Spartano permissa, educit ille exercitum, instruitque hoc modo. Phalanx Carthaginiensium, in qua robur erat peditatus, in subsidiis constituitur. huic, spatio relicto convenienti, praetexuntur elephanti, simplici serie latitudinem phalangis exaequantes. in utroque cornu expediti cum equitibus, post hos in dextro mercenariorum gravis armatura collocatur. Acie sic ordinata, velitibus imperat, uti telis emissis se recipiant in apertos ad hunc usum suorum ordines: et, hoste jam a validioribus excepto, rursum erumperent a cornibus, Romanorumque cum adversa phalange pugnantium latera repente incursarent. Regulus contra, copiis ex more instructis, quum elephantos in prima Poenorum acie stantes conspexisset, consilium celeriter capit. leviter armatos in frontem adducit: in subsidiis locat densos legionum ordines: equites in cornua diffunduntur. fit acies in altitudinem firma, sed multo, quam fuerat, angustior. Ita, quum et ab elephantis, et ab equitibus hostium periculum esset, adversus belluarum quidem irruptionem recte provisum, sed in locis patentibus spatium equitatui hostium datum, ut circumfundi contractis ordinibus posset.

Proelium committitur.

XXVI. Proelium ab elephantis coepit, quos in adversum agmen agi Xanthippus jussit: confestimque Romani, clamore sublato arma pulsantes, contulerunt gradum. Ab equitibus etiam utrimque in cornibus pugna commissa. sed, longe hic minore Romanorum nu-

Cap. XXIV. Appian. Libyc. Polyb. Appian. Polyb. Cap. XXV. Frontin. Strateg. 2, 3. Polyb. Frontin. Polyb.

Digitized by Google

mero, quum sustineri vis hostium non posset, cito fuga facta est. At e peditibus, qui sinistri adstiterant, sive elephantorum occursum vitaturi, sive faciliorem sperantes de mercenariis victoriam, horum in aciem irruunt, versosque in fugam ad vallum usque castrorum hostilium persequuntur. Non aeque facile reliquis adversus elephantos certamen fuit: quorum intolerabili mole dissipabantur ordines, proterebantur armati, agmina tota tamquam ruina sternebantur. U. c. 498.

XXVII. Sustinebat tamen incumbentes ipsa aciei densitas, aliisque alii substituti ordines: donec simul locis omnibus laborari coeptum, dum extremi quique ab equitibus circumventi, priores, quotquot jam elephantorum aciem perruperant, ab integra et instructa phalange hostium, et adsultantibus utrimque velitibus excepti, passim trucidantur. Neque minus caedis in ipsa fuga fuit. per aperta loca et plana effusos elephanti Numidaeque equites immissi straverunt. M. Regulus cum militibus fere quingentis vivus in manus hostium venit. ex toto exercitu non amplius duo millia hominum, qui mercenarios loco pepulerant, festinato abitu Clupeam incolumes praeter spem evaserunt. Romanorum sociorumque millia circiter triginta sunt interfecta. De Punico exercitu ceciderunt non multi, praeter octingentos ex mercenariorum agmine, quod adversus sinistrum hostis cornu dimicaverat. *Regulus capitur.*

XXVIII. Tanta re perfecta, quum exercitus, spoliis caesorum et imperatore Romanorum capto superbus, Carthaginem reverteretur, obviam effusa urbanorum multitudo, alii in vicis aut domibus consistentes, incredibili cum voluptate, spectaculo, quale paullo ante vix optare ausi essent, fruebantur: vix tantae felicitatis vel gaudium, vel etiam fidem capientibus animis. Qui enim modo proxime desperationem adducti non regionem tantum suam, sed urbem ipsam, aras, focos amittere timuerant, ii tantam rerum commutationem subito factam esse, quamquam viderent, vix audebant credere. Sed maxime in ipsos duces intenti omnium oculi animique erant: quum, modo Xanthippum, modo Regulum intuentes, hujus aestimatione magnitudinem sui imperatoris metirentur extollerentque. *Quantum illum esse virum oportere, qui ducem acerrimum, fortunatum bellatorem, victorem superbum, ho-* *Carthaginiensium gaudium.* *Xanthippi admiratio.*

Cap. XXVI. Frontin. Strateg. 2, 2. Polyb. Cap. XXVII. Frontin. 2, 3. Polyb. Frontin. 2, 2. Flor. 2, 2. Polyb. Ὀλυμπ. ἀναγρ. Eutrop. Polyb. Cap. XXVIII. Diodor. apud Vales. l. 23.

Digitized by Google

U. c. 498. *stem implacabilem, terrorem pestemque magnae Carthaginis, exercitu florentissimo, existimatione amplissima, libertate denique ipsa tam facile tamque celeriter exuisset!* Augebat admirationem habitus viri, quod sub exiguis membris, aspectuque non nimis decoro, ingentem virtutem occultaverat. Quibus ex rebus multum Xanthippo gloriae, sed nec minus invidiae, nascebatur. Quo in monstro profligando non minore prudentia, quam in bello conficiundo, usus, quamquam diuturnus ipsi factorum suorum fructus Carthagine deberetur, relinquere spes ancipites et insidiarum plenas, et ante mutationem animorum aut fortunae domum regredi statuit.

Et in vitanda invidia ingenium.

XXIX. Hoc enim plerumque ingenio homines agunt, ut patriae studium in ore, privatum in animo magis habeant. igitur quamdiu quidem honores et divitias incolumi civitate quaerere tuerique possunt, amorem illius ardentissimum praeferunt: ubi periculum est, ne ad alios ob magnam virtutem et eximia merita haec concedant, longe malunt deesse, qui publicae rei prosint, quam esse, qui obsint suae. Donec autem alios aequiparare posse putant, occultius atque remissius invident: quum vero, longissime relicti, comparatione propinqua se premi sentiunt, opesque et magistratus, quos ipsi sitiebant, penes alios esse; quod virtute desperarunt, per calumniam et criminationes melioruſ consequi student. Ita fit, ut optimo cuique plures inimici sint, pluresque insidiae struantur. sed adversum has homini indigenae in propinquis et amicis suis praesidium est: peregrinus, hoc auxilio destitutus, malitiam degenerum animorum acuit ipsa facilitate nocendi, quod, insidiantibus magis expositus, vel everti citra maximum laborem potest, vel citra periculum offendi.

Peregrina virtus invidiosa.

XXX. Xanthippum igitur haec sagacissime perpendisse, quae sequuta sunt, evidenter adfirmarunt. Abnavigantem enim per quosdam a Carthaginiensibus immissos submersum ferunt, post acceptum beneficium illius auctorem gravatis exosisque: quo exstincto famam etiam peregrina virtute servatae civitatis exspiraturam crediderint. Alii de fato Xanthippi non eadem; sed Punicam tamen perfidiam arguunt. datam enim discessuro navem veterem et rimarum plenam, sed ad speciem firmitudinis recens picatam. ceterum

Xanthippo insidias pro beneficio reddunt Poeni.

Alia narratio.

Cap. XXVIII. Sil. Ital. 6, 304. Polyb. Oros. 4, 9. Cap. XXIX. Polyb. Cap. XXX. Zonaras. Sil. Ital. fin. l. 6. Appian. Libyc. Zonaras.

Digitized by Google

virum nequaquam decipientibus facilem, animadversa fraude, dissimulanter aliud navigium conscendisse, ereptumque periculo esse. U. c. 498.

XXXI. Non minoris perfidiae, sed ob numerum peremptorum crudelitatis odio superior, iisdem temporibus perpetrata res traditur. Mercenarios enim, ob navatam insigniter operam praemia paullo tumultuosius efflagitantes, in naves imposuerunt, facta spe alio quodam loco tributum ipsis iri, quod peterent. sed a praefectis navium, quibus id negotii datum clam fuerat, in deserta quadam insula expositi relictique, quum omnis humanae opis egenos sine alimentis, sine navibus, neque manere fames, neque abire pelagus sineret, foedo horrendoque genere mortis extabuerunt. Apud alios auctores facinus hoc ad superiora tempora referri reperio, quibus Syracusani bellum cum Poenis habuere: nomenque mansisse infami deinceps insulae, ut Osteodes (Ossuariam possemus dicere) vocaretur. ea post Liparam, occidentem versus, in alto mari sita est. Quae facta, quomodocumque aut quocumque tempore evenerint, a cetera Poenorum immanitate nihil abhorrens habent.

Perfidia et crudelitas Punica.

Dissensus auctorum.

Osteodes insula.

XXXII. Neque igitur mirandum est, qui in socios adjutoresque suos hoc animo fuerunt, si adversum hostes iidem se gesserunt inclementius. Quamquam profecto ceteros captivorum satis tolerabiliter habuisse feruntur: quod et ipsi multos ex suis in potestate Romanorum esse sciebant, quos permutatione instituta cupiebant recipere. Sed adversus M. Regulum neque abscondere iram, neque moderari potuere, quin omnibus modis vexarent virum angerentque. cibum enim praebebant, non qui vel voluptatis aliquid adferre sensibus, vel vigoris corpori posset; sed qui tenuissima refectione spiritum infelicis ad producendas ejus miserias detineret. At acerbiores erant contumeliae perpetuae, inter quas consueverant creberrime elephantum aliquem adducere, cujus barritu exterritus, et invisa specie tortus, nec animo, nec corpore posset requiescere. postremo ita maceratum exagitatumque in carcerem publicum conjecerunt.

Poenorum crudelitas in M. Regulum.

XXXIII. Quae postquam audita sunt Romae, non dolore modo ingenti, sed etiam metu, civitatem perculerunt. timebatur enim, ne Carthaginienses, acer-

Romanorum metus.

Cap. XXXI. Liv. 28, 12. Zonaras. Diodor. l. 5. Cap. XXXII. Zonaras.

Digitized by Google

U. c. 498. bitate calamitatum suarum et victoriae fiducia stimulati, reddere vicem hostibus, et, quid malorum perpessa Carthago foret, Romanae urbi persentiscendum dare cuperent, auderentque. Quare consulibus mandavit senatus, *ut Italiam, quam possent diligentissime, munirent praesidiis: ipsi cum navibus quam plurimis Siciliam, inde, si videretur, Africam adeuntes, Poenos ab Italia petenda propiore metu distinerent.* Ceterum Carthaginiensibus antiquior cura fuit civitates a Romanis occupatas recipere; Afros, qui a se ad hostes desciverant, mulctare; in rebellione persistentes ad obsequia armis cogere. Sed Clupea quidem ab Romanis strenue defensa est: in Numidia aliisque populis Africae magnum magis bellum, quam difficilis victoria, fuit.

Carthaginienses Afros, qui defecerant, mulctant.

Clupeam defendunt Romani.

XXXIV. Interea, quum in Italia validam adornari classem comperissent, omissa, quam obsederant, Clupea, naves veteres reficere, novas exaedificare, ad prohibendos Africo litore Romanos omnia studiose parare coeperunt. At consules incredibili diligentia tantum effecerant, ut aestatis initio naves jam trecentas quinquaginta instructas ornatasque haberent. quibuscum in Siciliam profecti, postquam ibi satis tuta omnia, nihilque mali, praeterquam quod in exspectatione et metu fuerat, reperissent, praesidiis, ubi maxime opus erat, relictis, cum cetero exercitu protinus Africam versus contenderunt. Sed tempestate Cossuram delati, (inter Africam et Siciliam, qua Lilybaeum promontorium est, posita est insula) vastatis agris, et urbe ejusdem nominis capta, praesidium imposuerunt.

Cossuram capiunt.

XXXV. Inde ad Hermaeum promontorium perrexerunt, quod, medio inter Carthaginem et Clupeam situ, alterum Carthaginiensis sinus cornu claudit. Eo loco quum Poenorum naves occurrissent, acrique certamine duas inter classes dimicaretur, auxilio venere suis a Clupea Romani, momentumque hoc, paribus eousque rebus, ad victoriam fuit. Poeni naves quatuor supra centum submersas, triginta captas ab hostibus, militum ad millia quindecim amiserunt. ex Romanis mille centum periere milites, cum navibus novem. Tum Clupeam profecta classis, expositusque miles juxta ipsam civitatem castra munivit. venerunt eodem Carthaginienses copiae, quas Hannones duo du-

Pugna navalis, victore Romano.

Cap. XXXIII. Polyb. 1, 36. Oros. 4, 9. Cap. XXXIV. Polyb. Zonar. Strabo, l. 17. p. 834. et l. 6. p. 277. Zonar. Polyb. Cap. XXXV. Strabo, l. 17. p. 832. Polyb. Zonar. Eutrop. l. 2. Oros.

Digitized by Google

cebant. ita pedestri quoque proelio res gesta, deteriore Poenorum fortuna, qui hic quoque circiter millia militum novem perdiderunt. Capti sunt inter hos aliquot viri nobiles, servatique a consulibus, ut per hos M. Regulus, et qui cum eo similem casum subierant, redimerentur. U. c. 498. *M. Reguli redimendi cura.*

XXXVI. Deliberatum inde est de praesentibus, magnaque spes fuerat Africam retineri posse. verumtamen, regione quaquaversum vastata, quum fames timeretur, abduci Romanos, qui Clupeam tutati fuerant, Siciliamque repeti placuit. Avecta est una ingens praeda, quam in urbem Clupeam, M. Reguli rebus adhuc prosperis, comportatam victoriae recentes cumulaverant. *Romani relinquunt Africam.*

XXXVII. Perventum erat in Siciliam tuta navigatione, nimiumque felices fuissent consules, si felicitati suae modum statuere didicissent. Sed quia, dum in Italiam revehuntur, eadem opera quasdam urbes Siciliae maritimas recipi posse putabant, nequidquam obtestantibus navium gubernatoribus, *ne inter Orionis et Canis exortum, quae infestissima navigantibus sunt sidera, obversum Africae litus, intutum et importuosum, praeterveherentur*, tantam tempestate cladem perpessi sunt, ut vix aliud in hoc genere proditum sit exemplum illustrius. denique de navibus trecentis sexaginta quatuor vix octoginta, onerum jactura facta, servari potuerunt. hippaginum quoque, ceterorumque variae formae navigiorum numerus haud minor periit, ita ut cadaveribus hominum animaliumque et fractis navium tabulis, a Camarinensium ora, ubi pestis illa classem invaserat, Pachynum usque, litus omne compleretur. Tam dura in sorte non leve solatium adflictis humanitas Hieronis regis adtulit: qui benigne exceptos vestibus, cibo, naviumque armamentis adjuvando, Messanam usque deduxit incolumes. *Naufragium patiuntur.* *Humanitate Hieronis sublevantur.*

XXXVIII. Sed Carthaginienses, hoc fortunae beneficio non segniter usi, Cossuram insulam urbemque receperunt: et, sine mora in Siciliam transjicientes, Agrigentum, duce Carthalone circumsessum, quia non subveniebatur, exciderunt diruerunt que. multi hic mortales interfecti captive. ceteri, quibus per mediterranea loca in ditionem Syracusanorum effugium fuit, in *Poeni Agrigentum diruunt.*

Cap. XXXV. Zonaras. Cap. XXXVI. Eutrop. Polyb. Eutrop. Cap. XXXVII. Polyb. Eutrop. Oros. 4, 9. Diod. Eclog. l. 23. Polyb. Diodor. Cap. XXXVIII. Zonaras. Diodor.

Digitized by Google

U. c. 498. vico juxta fanum Jovis, Olympium vocant, confedere. Neque longe aberant a spe totius insulae recuperandae Poenorum duces, nisi, audito Romanorum in reparanda classe studio, confirmati socii fortibus animis praesentem metum toleraſſent. Tanta enim diligentia huc incubuerant consules, ut, vix credibili celeritate, intra unum trimestre naves ducentae viginti compingerentur. Cum his Cn. Cornelius L. F. C. N. Scipio Asina, et A. Atilius A. F. C. N. Calatinus iterum consules, impositis ex novo delectu strenuis militibus, primo quoque tempore solvere jussi.

Diligentia Rom. in reparanda classe.

U. c. 499. Cn. Cornelio II. A. Atilio II. coss.

Inconstantis fortunae documentum Cn. Cornelius.

XXXIX. Magnum inconstantis fortunae documentum Cn. iste Cornelius fuit: utili ad fortiter tolerandas adversitates exemplo. quippe quum septimo ante anno consul, insidiis Poenorum circumventus, captivitatem, vincula, carcerem, quidquid in humanis rebus aut sordidissimum, aut miserrimum habetur, pertulisset; non cetera modo suae dignitatis ornamenta, sed etiam ipsum illud consulare fastigium, fascesque non sponte relictos, tanto majore gaudio recepit, quanto acerbiore casu perdiderat. Consules Messanam transgressi, adsumptis, quas ibi repererant, navibus, eae superioris ferme naufragii reliquiae erant, cum navibus ducentis quinquaginta ad ostium amnis Himerae accesserunt, oppidumque Cephaloedium, ad duodevicesimum inde milliare in eodem litore situm, prodentibus quibusdam, receperunt. A Drepano, nam illuc cursum flexerant, quum neque statim potiri loco potuissent, et obsidionem agitantibus Carthalo suppetias urbi veniret, proposito frustrati recesserunt.

Cephaloedium capiunt Romani.

XL. Nec ideo segniores ad audendum facti majorem aliquanto rem feliciter confecere. Panormum enim directo cursu, Punicae ditionis principem urbem, et occupato portu, juxta ipsos oppidi muros fecerunt exscensionem, recusantesque deditionem Panormitanos fossa valloque circumdare instituerunt. Favebat labori natura regionis, materiem copiosam arboribus passim enatis subministrans. itaque, cito perfectis operibus, quum oppugnationem strenue urgerent, machinarum ope turrim ad mare sitam dejecerunt: milesque per ruinas irrumpens multa cum hostium caede urbem exteriorem, quae nova dicebatur, expugnavit. Neque

Panormum obsident.

Et capiunt.

Cap. XXXVIII. Zonaras. Eutrop. Polyb. Zonaras. Cap. XXXIX. Val. Max. 6, 9, 11. Polyb. Diodor. Cluver. Sicil. Ant. 2, 4. ex Strab. l. 6. p. 266. Diodor. Polyb. Cap. XL. Diod. Polyb.

Digitized by Google

vetus urbs diu morata est. quum enim magna in eam multitudo confugiens plus ex urbe nova terroris, quam commeatus, intulisset; brevi dejectis periculi cogitatione animis, et fame jam imminente, legati venerunt ad consules, corporibus exceptis, omnia dedituri. Non accepere consules, gnari res obsessis angustas esse, nisi pretio statuto redimerentur. pactae sunt in capita minae duae: redempta capitum millia quatuordecim. cetera multitudo, millia ferme tredecim, cum reliqua praeda venierunt. U. c. 499.

XLI. Clara ea victoria fuit, magnaeque et subitae utilitatis. multa enim ejus orae oppida, quaedam etiam longius dissita, Poenorum ejectis praesidiis, societatem Romanam complexa sunt; principio ab Jetinis orto, sequutisque statim Soluntinis, Petrinis, Tyndaritanis, aliisque. Rebus ita gestis praesidioque Panormi relicto, Messanam consules, deinde Romam redierunt. Poeni, abeuntibus insidiati, naves aliquot onerarias cum pecunia, quam vehebant, abstraxere. Romae deinde continui triumphi duo spectati. Duxerunt prioris anni consules, prorogato imperio, de Cossurensibus et Poenis, navalem utrumque. Prior Ser. Fulvius ante diem tertiumdecimum Kalendas Februarias triumphavit: M. Aemilius postridie.

Multa Siciliae oppida ad Rom. deficiunt.

Triumphi duo navales.

XLII. Annus, quem ab urbe condita quingentesimum numerant, Africanam expeditionem habuit, sed inanem et sine fructu. Cn. Servilius Cn. F. Cn. N. Caepio, C. Sempronius Ti. F. Ti. N. Blaesus consules in Siciliam trajecere. ubi tentato, frustra Lilybaeo, in Africam direxere cursum, ducentis sexaginta navibus instructi. Litus hi legentes Africae, multisque locis exscensionem facientes, oppida multa ceperunt, praedaque magna potiti sunt. Majoris tamen rei nihil geri potuit, quod commodissimorum quorumque locorum aditu prohiberentur, occurrentibus ubique Poenis, qui minus jam impedimentorum et plus animi habebant, receptis, quae M. Regulus tenuerat, punitisque defectoribus. Hamilcar enim, Numidiam Mauritaniamque pervagatus, tractum eum omnem perpacaverat, imperatis poenae loco mille talentis argenti, et viginti millibus boum, punitisque principibus, qui favisse Romanis arguebantur, quorum ad millia tria patibulo adfixi sunt.

U. c. 500. Cn. Servilio, C. Sempronio coss.

Africam infestant Romani.

Hamilcar Mauros et Numidas pacat.

Cap. XL. Zonaras. Diodor. Cap. XLI. Polybius. Zonaras. Fasti Capit. Cap. XLII. Zonaras. Eutrop. Oros. 4, 9. Appian. apud Fulv. Ursin.

Digitized by Google

U. c. 500.

XLIII. Neque tamen hostium occursus, quam ignorantia locorum, et caecae sub aquis insidiae, formidabilior Romanae classi fuit. Subvectos ad Meningem, Lotophagorum insulam, quae minori Syrti vicina est, recedente maris aestu vadosa loca tenuere: donec jactura levatas naves, et extrema omnia metuentes, praeter spem reversi fluctus explicuerunt. ita non impune pestem evidentissimam elapsi, et loca tam infesta horrentes, sine mora fugientium in speciem vela fecerunt: ignari non minus ipsis superesse periculum, quod adirent, quam quod evitaverant. Et Panormum quidem redeuntibus innoxium iter fuit. ceterum Italiam petituros, dum Palinuri promontorium flectunt, quod a Lucanis montibus in mare procurrit, magna tempestatis vis adorta, longas naves supra centum quinquaginta, cum hippaginibus et onerariis multis, profundo mersit. Quare, continuis hoc genus cladibus moesta civitate, quum imperium maris ipsae etiam undae ipsique venti Romano negare viderentur, decrevere Patres, ne amplius sexaginta navium classis, ad praesidium Italiae commeatusque exercitui, qui in Sicilia esset, subvehendos, haberetur. Alteri tamen consulum C. Sempronio calamitas ista non obstitit, quin triumphum de Poenis ageret Kalendis Aprilibus decimo post die, quam de iisdem Cn. Cornelius proconsule triumphasset. Censores eo anno Romae fuerunt. sed mortuo in magistratu L. Postumio L. F. L. N. Megello, qui idem praeturam tum gesserat, etiam D. Junius D. F. D. N. Pera censura se abdicavit.

Romanae classis pericula.

Romani cogitationem maritimarum rerum abjiciunt.

Censor, collega mortuo, se abdicat.

U. c. 501. C. Aurelio, P. Servilio coss.

XLIV. Aestate vero proxima C. Aurelius L. F. C. N. Cotta, P. Servilius C. F. Cn. N. Geminus consules, in Siciliam profecti, inter alia quaedam oppida, etiam Himeram fluvio, cui adjacet, cognominem obsidione receperunt, sed vacuam incolis, quos noctu Carthaginienses eduxerant. Juvit tamen loci non ignobilis possessio, quodque deleta sic esset ignominia, quam Romani nuper ad eam urbem incurrerant, occupandarum Thermarum (nam et hoc ejusdem urbis nomen celebratur) certa spe per militarem avaritiam excidendo. Quidam enim ex captivis, cui Thermis custodia portae cujusdam commissa fuerat, ut proditione urbis libertatem redimeret, pactus, dimissusque, hora constituta missis ad recipiendam urbem militibus portam

Himera, post infelicem conatum, a Romanis occupatur.

Cap. XLIII. Polyb. Solin. c. 30. Polyb. Diodor. Oros. Polyb. Diodor. Eutrop. Zonaras et Polyb. Fasti Capit. Cap. XLIV. Zonaras. Polyb. Zonaras. Diodor.

Digitized by Google

aperuerat. Horum praecipui quum ingressi essent, praedaeque potiorem partem avertere cuperent, portam obserari jubent, neminique praeterea suorum aditum dari. quod ubi factum est, Thermitanique strepitu exciti ad arma concurrerunt; neque resistere ob paucitatem suam, neque adjuvari a suis, quos arcuerant, valentes, dignum stultitia sua exitum fecere, ad unum omnes interfecti. U. c. 501.

Dignus stultitia consilii exitus.

XLV. Thermis Himerensibus in potestatem redactis, C. Aurelius consul, Liparam, quae jam aliquoties a prioribus ducibus tentata irrito conatu fuerat, obsidere cogitans, ex Romanis copiis, quae per universam Siciliam erant, plurimos fortissimosque milites delegit: eosque, acceptis ab Hierone navibus, in Liparaeorum insulam trajecit. Unde quum ad auspicia repetenda Messanam rediturus esset, P. Aurelium Pecuniolam adgnatum suum (apud alios Q. Cassium tribunum militum lego) obsidioni praefecit, opera tueri diligenter, de cetero abstinere pugna jussum. Sed is, posthabito consulis mandato, suae gloriae cessurum ratus, si per absentiam illius capta Lipara foret, ad oppugnanda moenia duxit, non impunita temeritate. nam neque expugnare urbem potuit, et multis amissis, eruptione in recedentem facta, aggere praeterea incenso, castra aegre tutatus est. Sed reditu C. Aurelii quum mutata fortuna esset, magna hominum caedes in urbe capta est edita. Deinde ad tribuni poenas itum, quem, adempto militiae gradu, virgis caedi consul, et stipendia inter gregarios pedites facere coëgit; memorabili severitate, cujus et alia quaedam exempla in eodem illo consulatu C. Aurelius edidit.

C. Aurel. Liparam obsidet.

Et capit.

XLVI. Recepta Lipara, Timasithei, qui locis istis quondam praefuerat, posteris datum, ut immunes a tributis et vectigalibus essent: adeo ne tempore quidem intercidere sinebat gratissimus populus veteris beneficii memoriam, quod Timasitheus craterem aureum, Delphico Apollini dono a Romanis missum, quem piratae Liparaei ceperant, legatosque, qui eum deferebant, salvos et in Graeciam, et deinde Romam reducendos curaverat. Erctam deinde, castellum munitissimum, Romani cum peditum quadraginta millibus, et equitibus mille obsidere adgressi, neque capere potuerunt, neque cum Poenis ausi sunt collatis

Timasitheo gratiam referunt Romani.

Cap. XLV. Zonaras. Frontin. Strateg. 4, 1. et Val. Max. 2, 7. 4. et Zonaras. Cap. XLVI. Ὀλυμπ. ἀναγρ. Liv. 5, 28. Diodor.

Digitized by Google

U. c. 501. signis confligere. Nam ex M. Reguli casu tantus elephantorum terror Romanos legiones incesserat, ut ex eo tempore proeliorum aleam fugerent. Saepe in Lilybaetano agro, saepe in Selinuntio instructis adversum hostes ordinibus steterunt, vix aliquando passuum sexcentorum intervallo dirempti. sed neque pro solita prius alacritate proelium incipere, neque omnino in plana se demittere tutum rati, loca ardua et inaccessa sectabantur.

Elephantorum terror apud Romanos.

Carthaginiensium spes et curae.

XLVII. Unde Carthaginienses, majorem in modum confirmati, quum et pedestri exercitu jam confiderent, et mari quoque majores a tempestate Romanis, quam ex adversis proeliis sibi, accidisse clades judicarent, etiam decreto senatus de classe omittenda cognito, recipi Siciliam posse speraverunt, si novae eo terrestres maritimaeque vires mitterentur. Sed maxime pecuniarum inopia premebat: impensis belli tam diuturni omnes, et olim reconditas, et quae quotidie cogebantur, opes haurientibus. Ergo legatis ad Ptolemaeum Aegypti regem, quocum amicitia ipsis erat, missis, duo millia talenta pecuniae mutuae petiverunt. Rex, qui Romanos, et ipsos amicos sociosque suos, offendere nollet, pacis auctorem atque pararium utrisque sese obtulit. sed, re frustra tentata, petitionem suam Poenis denegavit, *amicos adversum hostes, non adversum alios amicos, sibi adjuvandos videri* praefatus.

Ptolemaeus pacem inter Poenos et Romanos frustra tentat.

XLVIII. Sub ea tempora Romae Ti. Coruncanius primus ex plebe pontifex maximus factus est. Censores is quoque annus habuit, quod munia magistratus ejus, altero censore mortuo, altero abdicante, peragi anno superiore non potuerant. M. Valerius M. F. M. N. Maximus Messalla, P. Sempronius P. F. P. N. Sophus lustrum septimum atque tricesimum condiderunt. eo censa sunt capita civium ducenta nonaginta septem millia, septingenta nonaginta septem. Tristis haec et severa censura fuit. in senatu recensendo, tredecim moti. juvenes quadringenti, ademptis equis publicis, aerarii facti. hoc quidem C. Aurelii consulis querela effecerat, coram censoribus arguentis, *quod in Sicilia, quum necessitas postularet, ad opus jussi accedere, imperium detrectavissent.* Consul, ne hac quidem

Civium Rom. numerus.

C. Aurelii severitas.

Cap. XLVI. Polyb. Cap. XLVII. Zonaras. Appian. apud Fulv. Ursin. Cap. XLVIII. Liv. Epit. 18. Fasti Capit. Liv. Epit. 18. Val. Max. 2, 9, 7. Frontin. Strateg. 4, 1.

Digitized by Google

dem spretae disciplinae ultione contentus, etiam apud Patres obtinuit, ne eis praeterita aera procederent. Neque minus, ut illa fuerunt tempora, ob vigorem disciplinae intente custoditum, quam ob res gestas, decretum ei triumphum opinor, quem de Poenis et Siculis ante diem Idus Apriles egit. U. c. 501.

XLIX. Proximus deinde annus plus minarum, quam eventuum, habuit. nam ex magnis utrimque apparatibus, quum mutuo metu tenerentur, aestas nullo majore negotio memoranda transiit. L. Caecilius L. F. C. N. Metellus, C. Furius C. F. C. N. Pacilus consules, legionibus in Siciliam deportatis, neque lacessiverunt ipsi hostem magnopere, nec ab eo lacessiti sunt, quamquam novus Poenorum imperator Hasdrubal cum ducentis navibus, elephantis centum triginta, peditumque et equitum millibus viginti recens advenisset. Ea res senatum denuo de classe paranda consultare coëgit. quippe trahendo in longum bello rempublicam exhauriri sumptibus; neque post M. Reguli cladem suis legionibus pristinum vigorem mansisse; et, ut terra prosperrime res succederet, tamen prohiberi Sicilia Poenos non posse, donec imperium maris penes illos esset, haud obscure videbant. Ergo, rursus ad priora consilia revoluti, victoriae spem in navibus habere, illasque summa cura reficere aut aedificare coeperunt.

Magni apparatus, et segne bellum. U. c. 502. L. Caecilio C. Furio coss.

Senatus denuo de classe paranda consultat.

L. Interea quum, L. Metello Panormi relicto, C. Furius, ex Sicilia domum reversus, comitia consularia habuisset, C. Atilius M. F. M. N. Regulus, L. Manlius A. F. P. N. Vulso, facti: uterque iterum. His mandata classis instruendae conscribendorumque sociorum navalium cura. L. Metello prorogatum imperium, isque proconsule bellum in Sicilia administrare jussus. Hasdrubal, alterum ex Romanis ducibus cum dimidia parte virium abivisse cernens, secumque reputans, jam a longo tempore, quamquam instructae ex adverso acies essent, Romanos metu cunctatos fuisse, quum jam neque voces suorum, qui segnitiem ejus increpabant, diutius ferre posset, omnibus cum copiis Lilybaeo egressus, difficili per Selinuntiorum fines itinere, Panormitanum agrum attigit, ibique castra metatus est.

U. c. 503. C. Atilio II. L. Manlio II. coss.

Classis instruitur.

Hasdrubal in Panormitanum agrum castra transfert.

LI. Forte Panormi cum exercitu reliquo proconsul agebat, ut, aestate jam adulta, sociis ad demetendas fruges condendasque praesidio esset. Hic, audito,

Cap. XLVIII. Fasti Capit. Cap. XLIX. Zonaras. Oros. 4, 9. Eutrop. Polyb. Cap. L. Diodor. Cap. LI. Polyb. Zonaras.

Digitized by Google

U. c. 503. *L. Metelli strategema ad comprehendendos speculatores.*

hostium speculatores occultos Panormi degere, universos, qui in urbe essent, procedere in concionem jussit. deinde praecipiens, ut sese mutuo prehenderent rogando ignotiorem quemque, quis esset, aut cujus rei caussa Panormi ageret, exploratores deprehendit. ex quibus ubi didicit, quid apud hostes ageretur, animadverso, plus temeritatis, quam consilii, in expeditione Poenorum esse, quo magis ad ineptam fiduciam incautos proliceret, simulavit metum, et intra munimenta urbis se continuit. Ferocior ergo factus Hasdrubal, promotis castris, agrum Panormitanum vastat, urit, fruges corrumpit, ad ipsos usque urbis muros populationem profert. neque moveri hoc vel damno, vel pudore proconsul: ratus, si paullulum sustinuisset, utrumvis in Poenos cum ingenti foenore derivatum iri. maxime vero, ut flumen Orethum, quod meridiem versus urbem praeterlabitur, transirent hostes, exspectabat. hoc enim si factum esset, praemeditatam expeditamque victoriae viam habere rebatur. Id ut adsequeretur, quum rebus ceteris in speciem timide administratis, tum propugnatores in muris raros conlocando, et animum suorum, et numerum ab hoste despici cupiebat.

Alterum strategema ad illiciendum Hasdrubalem in loco iniquo.

L. Metelli consilium casus adjuvat.

Poenorum negligentia.

LII. Hoc consilium, quum et praetor hostium audacia sua, et improviso casu sors juvisset, ex sententia proconsulis cessit. Nec enim defuit Hasdrubal tum copias pedestres, tum equitatum et elephantos omnes transducere, positis juxta muros oppidi castris, tanto cum contemptu confessae, ut putabant, hostium formidinis, ut, neque fossa opus esse judicantes, nullis defensa munimentis tentoria figerent. eo quum lixae mercatoresque ingentem annonam plurimumque vini convexissent, mercenarii Carthaginiensium, avide hausto mero, clamoribus dissonis, tumultuque et strepitu, qualis ebrietatem sequi solet, omnia complevere.

Pugna ad Panormum.

LIII. Tum vero tempestivum proconsuli visum, emissis expeditis hostes ad pugnam prolicere: processitque res ita feliciter, ut, aliis aliisque subinde prorumpentibus, tandem totus Hasdrubalis exercitus e castris educeretur. Ibi L. Caecilius proconsule partem velitum ante fossam urbis disponit. his imperat, si quidem elephanti propius subgressi essent, densa in eos

Cap. LI. Polyb. Fazellus de reb. Siculis, dec. II. l. 4, 3. Frontin. Strateg. 3, 17. Cap. LII. Polyb. Diodor. Cap. LIII. Polyb.

Digitized by Google

tela conjiciant: si urgeantur ipsi, refugiant in fossas, atque rursum inde conentur: sordidos opifices et forensem turbam comportare missilia jubet, et extra muros projicere, ne copia horum velitibus desit: sagittarios in muris locat: ipse cum cohortibus gravioris armaturae intra portam, dextro hostium cornu obversam, instructus paratusque consistit. Interea, qui proelium commiserant, modo multitudine hostium pressi, servatis ordinibus referebant pedem, modo recentibus suorum auxiliis confirmati, quae proconsul idemtidem submittebat laborantibus, pugnam sustinebant: quum rectores elephantorum, aemulatione incensi, quo ipsi potius, quam Hasdrubal, auctores victoriae fuisse viderentur, concitatis belluis proturbant adversarios, et, ad urbem se recipientibus incaute instantes, ad ipsam usque fossam progrediuntur.

U. c. 503.

Rectores elephantorum cladis Punicae caussa.

LIV. Ibi vero, quum et a moenibus sagittarum nimbus rueret, et a recentibus, qui ante fossam steterant, hastae velitares confertim jacerentur, confecti vulneribus elephanti saevire, conversique, quo dolor et ira ferebat, incumbere suis, proterere obvios, perturbare et dissolvere ordines armatorum coepere. quo animadverso, proconsul, *hoc illud esse tempus provisae diu victoriae* clamitans, aperta porta prorumpit. neque difficile certamen instructis et compositis adversus trepidantes et turbatos fuit. magna caedes pugnantium, magna fugientium facta, casu quodam, qui praesidium adflictis adferre debuerat, ultro calamitatem augente. Quippe sub idem illud tempus Punica classis comparuit. ad quam, veluti salutis unicam spem, quam trepida multitudo metuque caeca promiscue rueret, multi invicem, aut ab elephantis conculcati sunt; alii a persequentibus interempti: magnus etiam numerus inter natandum, aut dum naves tumultuose conscenduntur, excussus, in mari periit.

Vulnerati elephanti saeviunt in suos.

Punica classis plus nocet suis, quam prodest.

LV. Neque, vel ad ea tempora, vel deinceps, ulla populo Romano inter tot res prosperas victoria clarior cessit: qua et ad priorem fiduciam erecti sunt animi, et tantus hosti metus incussus, ut non modo spem in posterum pedestris militiae, quamdiu id bellum fuit, sed etiam cogitationem deponeret. Viginti millia Carthaginiensium eo proelio caesa referuntur: elephanti sex et viginti statim, ceteri postea omnes capti. Pro-

Magna victoria L. Metelli.

Carthaginiensium clades.

Cap. LIV. Frontin. Strateg. 2, 5. Polyb. Zonaras. Cap. LV. Polyb. Flor. 2, 2. Oros. 4, 9. Zonaras.

Digitized by Google

U.c.503. conſul enim, efferatas palantesque belluas ab ignaris haud facile adduci poſſe cogitans, praeconis voce incolumitatem et libertatem captivis promiſerat, quorum opera comprehensi elephanti eſſe viderentur. ita primum captis manſuetioribus sibique notis, ceteros horum ope haud difficulter adduxerunt. L. Metellus omnes Romam misit, haud indigno, quod memoretur, invento per fretum transportatos.

Metelli inventum ad transportandos elephantos.

LVI. Quod enim naves ad eam rem idoneas nullas habebat, doliis coactis multis vinctisque, ita ut inter bina quaeque dolia tignum unum immiſſum, neque conlidi inter sese, neque divelli sineret, rates compactae sunt, quae deinde tabulato conſtratae, materia terraque ingeſta, et lateribus undique praeſeptis in ſtabuli formam, ingreſſas intrepide belluas, sine sensu navigationis, cujus valde impatientes sunt, in Rhegino litore expoſuerunt. Hasdrubal ex clade Lilybaeum évasit, sed Carthagine damnatus abſens, quumque rediisset, comprehenſus et supplicio affectus eſt. Interea Poeni, caeſos exercitus suos, abactos elephantos, totam Siciliam praeter Lilybaeum et Drepanum amiſſam, Romanosque, iterum claſſe confecta, mari terraque validos eſſe reputantes, ad pacis consilia se retulerunt: gratanter accepturi, si lenioribus paullo conditionibus transigi poſſet.

Hasdrubal supplicio afficitur ob rem male geſtam.

M. Regulus a Poenis pacis petendae cauſſa Romam mittitur.

LVII. Quae res quum eos M. Reguli legumque pacis ab ipſo quondam dictarum admonuiſſet, in eam cogitationem venerunt, ut per illum ipſum maxime crederent, vel pacem, vel, quod secundum pacem gratiſſimum erant habituri, permutationem captivorum impetrari poſſe. Neque dubitabant, quin promptissimam operam in eo negotio vel sua cauſſa navaturus eſſet. *Quem enim tanta duritie animi cogitari posse, quin exire miserias carceris, revisere charissima pignora, frui libertate, patria, dignitate, honoribus cupiat? Esse M. Regulo uxorem Romae, esse liberos. propinquos ejus adfinesque in senatu et magistratibus, fratrem etiam patruelem consulari imperio agere: ipsum senatui populoque Romano et ob res prosperas charissimum, et ob adversas miserabilem esse. sive se amaret, sive a suis amaretur, neminem neque agendae caussae diligentiorem patronum, neque impetrandae gratiosiorem fore.* Non abnuit ille, nulla spe aut cupiditate suae utilitatis, ut poſtea adparuit, sed ut senatum ad pu-

Ille alto animo abi[illegible]

Cap. LVI. Frontin. Strateg. 1, 7. Plin. 8, 6. Zonaras. Oros. Zonar. Eutrop. Oros. Cap. LVII. Zonaras.

Digitized by Google

blica tuenda commoda praesens auctor efficacius permoveret. U. c. 503.

LVIII. Ita Carthaginiensium legatis additus quum ad urbem venisset, ingredi, quamvis rogatus a Romanis, noluit: *hostium legatis ex disciplina patria senatum extra urbem dari* caussatus. Coactis ergo Patribus, inter legatos Carthaginiensium verba fecit. *Se quoque, ut qui jure belli servus Poenorum esset, mandata dominorum adtulisse, maxime quidem bellum uti finiretur conditionibus, quibus utrique populo visum esset; sin vero, ut saltem captivorum esset permutatio.* Digressos mox legatos et ipse sequutus est, neque deliberationi senatus hoc ipsum instanter petentis prius interesse voluit, quam Carthaginienses adsentirentur. tum adsedit tacitus, donec rogatus sententiam: *Patres,* inquit, *conscripti, ego tamen Romanus sum: et corpus quidem, ut fortuna voluit, penes hostes est; animus fortunae non subjectus, qui fuit, manet. quare, huic potius obsequutus, quem meum esse reor, quam corpori, quod alienum est, neque captivos permutandi, neque ineundae pacis auctor sum. Bello manente captivos reddi, prorsus est inutile. nam illi pro me uno duces multos, pro sene adolescentes repetunt, in quibus esse novi, quos non spernatis. finiri vero bellum, nisi luculentissimis conditionibus, aut universa victoria, quum indignum esset sapientia vestra, tum rei Romanae damnosissimum.*

Reguli oratio in senatu.

Pacem diffuadet.

LIX. *Scio vobis etiam in gerendo bello difficilia multa accidere. neque enim res magnae citra magnum laborem magnosque sumptus confieri possunt. sed, si Carthaginiensium fortunam contuleritis, omnia, quae momentum ad victoriam faciunt, penes vos meliora sunt. Magna pugna superati sumus semel, sive culpa ista mea, sive fortuna fuit. sed exercitus eorum toties cecidimus: et animos, mea clade rursum erectos, victoria Panormitana infra priorem desperationem dejecit adflixitque. Siciliam, excepta una alteraque urbe, amiserunt. in ceteris insulis res ipsorum malae sunt. Classem habetis, cui Punica non optet occurrere: hac quoque parte belli perpetuo superiores. neque accepta tempestatibus damna tantum vobis virium detraxerunt, quantum adjecerunt cautionis. Pecuniae fortassis par utrobique inopia. sed obsequentiores tamen vobis Itali, quam Afri Poenis: quos quum amassent numquam, nuper etiam impensius odisse didicerunt. Qui enim nulladum tam atroci injuria laesi certatim ad me defecerunt, eos post vastatam a prioribus dominis regionem, abacta armenta, extortas pecunias, interfectos principes, quid aliud exspectare creditis, quam ut novus exercitus hinc in Africam veniat?*

Comparatio Romanae et Carthaginiensis Reipubl.

Pecuniae utrobique inopia.

Cap. LVIII. Appian. apud Fulv. Ursin. Dio apud Fulv. Ursin. Cic. de Offic. 3, 27. Dio. Liv. Epit. 18. Zonaras. Sil. Ital. 6, 474. et seq. Cic. de Off. 3, 27.

Digitized by Google

U. c. 503.

Delectus Romanis facilior.

LX. *Quod vero delectus vobis facilis et copiosus est, miles bonus, concors, lingua, moribus, sacris, civitate, cognatione junctus, id tantum esse reor, ut hac una re ancipitem facere possetis Carthaginiensibus totius belli victoriam, si ceteris omnibus vinceremini. Quid enim adversus ejusmodi copias momenti sit in mercenaria manu? Et tamen, si quod erat, sua crudelitate jam abolevérunt Poeni, sibique non minus difficilem effecerunt peregrini militis conducendi rationem, quam conducti custodiam. Xanthippus, cui forte Carthago debet, quidquid ab eo tempore potuit amittere, tam ingrate perfideque tractatus, documento erit aliis, ne temere locent operam ei populo, qui maxima merita non nisi maximis injuriis novit remunerari. vulgus etiam barbarorum, stolidum et venale genus, nihilominus absterrebit in sui generis homines saepius exercita saevitia, quum modo carnificum aut commilitonum manu perempti, modo in desertis insulis expositi, pro stipendiis emeritis, ne simplicem quidem mortem, et humani moris supplicia pertulerunt. Habetis, P. C. rationes meae sententiae, qua neque pacem Carthaginiensibus dandam, neque commutationem captivorum recipiundam censeo.*

Mercenarii a Poenis alienati.

LXI. Non displicebat consilium senatui, si auctore salvo accipi posset. sed hujus eo magis miserabantur, quo ipse, ut reipublicae consuleretur, magis se neglexerat: apparebatque huc inclinari, ut qualibet conditione vir animi tam generosi patriae redderetur. jamque voces jactabantur dicentium, *postquam ad suos postliminio revertisset, suo jam jure manere in civitate, aut retineri posse.* Pontifex etiam maximus adfirmabat, *si remansisset in civitate, citra perjurium facturum videri.* quum ille spiritu vultuque, quem etiam iste senatus stupesceret, *Quin*, ait, *dubitationem istam semel tollitis, Romani, sequiminique sententiam meam, et audetis me contemnere? Frustra tenditis obtinere, quod neque jucundum vobis, neque utile patriae, neque mihi honestum sit futurum. Fortasse, dum nova res esset, alacres et gratantes vobiscum me versari videretis. sed, simulatque primi istius gaudii brevis impetus evanuisset, odiosiorem me vobis redderet reditus mei turpitudo, quam absentia mea desiderandum effecisset.*

Regulus Romae manere abnuit.

LXII. *Mihi quidem certum est in ea civitate non degere, ubi post servitutem Africanam civis honesti dignitatem tueri non potero. et, si maxime vellem, prohiberet fides, prohiberet jurisjurandi sacer horror, numinumque veneratio, quorum invocationem et reditus mei ad Poenos pignus feci, et, si pejerem, poenae non a me tantum, sed etiam a vobis populoque Romano repetendae vindicem timeo. Sunt enim profecto aliquid Dii, neque perjuriis, aut contemptu hominum impune violantur. Si quis vero posse me religione exsolvi autumat; esse prodita libris*

Rationes propositi sui adducit.

Cap. LXI. Poeanii Metaphrasis in Eutrop. Cap. LXII. Eutrop. l. 2. Sil. Ital. l. 6. Zonaras.

Digitized by Google

auguralibus hujuscemodi piacula; caerimoniis et victimis perfidiam ac perjurium rite procurari: eum ego meminisse velim, majorem esse majestatem numinum, quam ut pejerando laesa quibuslibet hominum inventis placetur; neque rationi consentaneum, ut maculae, peccatis hominum contractae, pecorum boumve sanguine ablui credantur. U. c. 503.

LXIII. *Ad me quod adtinet, scio mihi Carthagine paratos esse cruciatus magnos, exquisita tormenta. Sed his omnibus tristius esse puto fidem fallere. Hoc enim mihi profecto noceret: illa magis ad ea, quae circa M. Atilium sunt, quam ad ipsum, referuntur. Nolite calamitosum existimare, quisquis ferre calamitatem potest. Servitutem, contemptum, dolorem, inediam, vigilias, quum mala numquam putaverim, post tanti temporis adsuetudinem etiam molesta credere desii. Tolerabilia enim esse, tolerando didici. quod si supra, quam ab homine ferri possint, intendantur, non ab illa tantum, sed ab omni miseria me cita mors liberabit. Nihil igitur timendum esse video mortem non timenti. quam etiam occupare licet: et fecissem, nisi viri esset, vincere potius dolorem, quam effugere. Sed haec pauca et confusa ideo dixi, ut vos neque dimoveri me posse a sententia sciretis; neque vicem meam, velut hominis infelicis et calamitosi, misereremini. mihi vero mei consilii tota ratio facilis et constans est. nam, ut Carthaginem revertar, id mihi debet esse curae: quid passurus ibi sim, erit Diis.* Ajunt etiam, quo efficacius moveret dubitantes, confirmasse, *priusquam Carthagine dimissus esset, sibi venenum Punica fraude datum, quod, lenta peste spiritus vitales exedens, facta permutatione restitutum suis consumeret.*

Nihil timendum mortem non timenti.

LXIV. Horribilem vero in hoc viro virtutis constantiam! qui, dum ab honesto non discederet, contumelias, cruciatus, mortem, quidquid denique abominantur homines, majori prope contentione sequutus est, quam alii vitaverant: utili mortalibus documento, eas tantum animas quibusvis terroribus pares, honestique propositi ad extremum tenaces esse, quae nobilitatis suae sensum habent, seque non ad hanc modo vitam natas esse meminerunt. nec enim acerbitates tantas M. Regulus sponte pertulisset, nisi aut pulchris factis ingentia post mortem fore praemia, aut sceleratis ingentes poenas credidisset. Igitur, in sententiam M. Reguli facto senatusconsulto, quum moestos et iratos dominos ipse vultu semper eodem sequeretur, repulsaeque dolorem appareret in suaforem ejus crudeliter vindicatum iri, moti quidam sunt, ut vel nolentem retineri juberent. uxore praeterea Reguli Marcia, communibusque liberis, omnia fletu planctuque complentibus, dixere consules, *neque manentem dedituros esse; neque discedentem moraturos.*

M. Reguli horribilis constantia.

Uxor Reguli.

Cap. LXIII. Tuditanus apud A. Gell. 6, 4. Cap. LXIV. Sil. Ital. l. 6. Zonaras. Sil. Ital. Zonaras.

Digitized by Google

U. c. 503. *Regulus excruciatur a Poenis.*

LXV. Sic ille, recusato etiam conjugis conloquio, parvorumque filiorum complexu osculisque vitatis, Carthaginem revectus, atrocissimis suppliciis vexatum corpus exuit. Palpebris enim refectis aliquamdiu in loco plane tenebricoso habuerunt: deinde, quum sol esset ardentissimus, repente eductum intueri coelum coëgerunt. postremo conjectum in arcam ligneam, quam ad solem obverterant, clavis intorsum versis horrentem, atque ita angustam, ut erectus perpetuo manere cogeretur, dum fessum corpus, quocumque inclinaret, ferreis stimulis confoditur, cruciatu et vigiliis interemerunt. Hic M. Atilii Reguli fuit exitus, ipsa quoque vita, licet maximam per gloriam diu acta, clarior et illustrior. Fuit vir moribus integerrimis, animo infractus, consilio non spernendus: in quo nihil adcusare neque sua, neque sequentia tempora potuerunt, nisi quod fortunam secundam infirmius tulisse visus est, repudiatisque Poenorum precibus caussa fuisse, cur multis deinde annis bellum maneret, ingenti cum civitatis utriusque detrimento. Ceterum M. Regulus peccatum istud aliis virtutibus, sed maxime mortis admirabili constantia delevit, calamitate sic perlata fortunatior, quam si evitare imminentem potuisset.

Elogium Reguli.

Senatus uxori Reguli nobiles captivos dedit.

LXVI. Audito fine Reguli, et barbara Poenorum feritate, senatus nobilissimos captivorum Marciae liberisque dedidit, quos illi, conclusos in armario muricibus praefixo, pari, ac Regulus interierat, supplicio excruciare constituerunt, alimentis etiam per dies continuos quinque non praebitis. intra quod tempus Bostar Poenus moerore fameque extabuit. Hamilcar vero firmior etiam alios quinque dies, cum cadavere Bostaris inclusus, ciboque tantum ad vitam cum miseria prorogandam dato, duravit: donec, cognito, quid fieret, magistratuum imperio saevitia coërcita est, injunctumque, ut, Bostaris cineribus in patriam remissis, reliqui captivorum mitius haberentur. morum utriusque civitatis memorabili discrimine: quum altera nec inique laesa, nec impune laesura, virtutem, quam venerari debuerat, diris suppliciis exstingueret: altera justissimae vindictae poneret modum, non quem poscebat inritatus dolor, sed quem reverentia humanitatis et decora claris imperiis moderatio commendabat.

Magistratus saevitiam in captivos prohibent.

Cap. LXV. Dio apud Fulv. Eutrop. Horat. Carm. 3, 5. Appian. Libyc. Liv. Epit. 18. Val. Max. 9, 2, 1. ext. Tubero apud A. Gell. 6, 4. Zonaras. Auct. de vir. illustribus, c. 40. Aug. de Civ. Dei, 1, 15. et 3, 18. Oros. Silius. Cap. LXVI. Cic. de Off. 3, 27. Diod. apud Vales. l. 23. Zonaras. Tuditanus apud A. Gell. 6, 4. Diod. apud Vales. l. 24.

Digitized by Google

EPITOME

LIBRI NONIDECIMI.

Caecilius Metellus, rebus adversus Poenos prospere gestis, speciosum egit triumphum, tredecim ducibus hostium et centum viginti elephantis in eo ductis. Claudius Pulcher consul, contra auspicia profectus, jussis mergi pullis, qui cibari nolebant, infe-

Speciosissimum triumphum egit] Ita quidem omnes edd. At nullus cod. iis concinit. Omnes enim, ut Leid. Voss. Berg. Lovel. Boend. et Hearnii N. uno ore *speciosum triumphum*. Non diffiteor, insolitum ac speciosum vere triumphum reddidisse tot elephantes ac duces hostium, Mstorum tamen consensus efficit, ut credam, idem huic loco, quod multis aliis harum Epitomarum, evenisse; librarios loco positivi superlativum subposuisse. V. ad Epit. 51. Codicum itaque scripturam recepi.

Tredecim ducibus hostium et centum viginti elephantis in eo ductis] *XII ducibus* Hearnii N. Deinde *et CXXX elephantis* Berg. ita tamen, ut ultimo numero denario nota adjiciatur, qua eum delendum esse librarius indicabat. Sed, de numero elephantorum, in Metelli triumpho ductorum, inter auctores non convenisse, pluribus docuerunt Pintian. ad Plinii 8, 6. circa fin. et Pighius in Annal. ad ann. DIII. p. 49.

Consul, contra auspicia profectus, jussis inmergi pullis, qui cibari nolebant] Haec lectio primum in Heinsii ed. Elzevir. obvia fuit, quum septem annis antea Gruter. in ed. postr. dedisset *consul, contra auspicia profectus, jussit immergi pullos, qui cibari nolebant; infeliciter* etc. quo modo fere est in plerisque codd. nisi quod in paucis dissentiant. *conspectus* enim est loco *τοῦ profectus* in Voss. *prospectus* in Berg. Deinde *jussit mergi pullos* Leid. Voss. Berg. Lovel. Boend. et Hearnii N. Et sane nescio, quam vim hic habiturum sit verbum compositum. Cic. de Nat. Deor. 2, 3. *Quum cavea liberati pulli non pascerentur, mergi eos in aquam jussit, demergi* dixit Suet. in Tib. 2. Ante Gruterum edebatur vulgo *consul, qui, contra auspicia profectus, jussit immergi pullos, qui cibari nolebant, infeliciter* etc. quomodo solus legit Norv. apud Hearn. Hanc lectionem, communi consensu post Gruterum spretam, revocarunt Freinsh. Doujat. et

Digitized by Google

liciter adversus Karthaginienses classe pugnavit; et revocatus a senatu, jussusque dictatorem dicere, Claudium Gliciam dixit, sortis ultimae hominem: qui, coactus abdicare se magistratu, postea ludos praetextatus spectavit. Atilius Calatinus primus di-

Clericus. Mihi praecipue placet lectio, quam Exc. Pithoei praeferunt, *consul, contra auspicia profectus, jussis mergi pullis, qui cibari nolebant, infeliciter* etc. Eam igitur in contextum recepi.

Claudium Glauciam dixit, sortis ultimae hominem] Et hic et apud Suetonium in Tiberio [2.] legendum est *Claudium Gliciam* ex Capitolina hujus dictatura. apud Suetonium enim est *Iliciam*. SIG. Acta Apost. 23, 26. *Κλάυδιος Λυσίας*. ubi Pricaeus: „in Epitome l. 19. Livii fit mentio *Claudii Glyciae* dictatoris: uter ex altero, an neuter emendandus locus, eruditi dispiciant." Jejune satis. Neuter profecto ex altero emendandus. J. FR. GRON. *Gliciam* post Sigonium in Suet. Tib. 2. Torrentius, et in Annal. ad ann. 1011. Pighius emendarunt. Salmas. ad Solin. p. 43. et 137. *Glyciam* legit, sed memoria, ni fallor, lapsus scribit, *Ilicias* apud Sueton. pueri nomen esse. Nec Auctor Epit. Liv. tradit, Gliciam scribam Claudii Pulchri fuisse, quod ad Suet. dicit Torrent. Obversabatur ei, puto, quod in Fastis legitur: *M. CLAVDIVS. GLICIA. QVI. SCRIBA. FVERAT.* quamquam ne inde quidem pro certo constat, Claudii Pulchri scribam fuisse. Ab hoc Glicia legem de inofficioso testamento latam fuisse, et ex ea querelam descendere, ex inscriptione l. 4. D. de Inoffic. test. quae *ex libro singulari Gaji ad legem Glitiam* (ita ibi scribitur) sumta est, conjiciebat Cujac. 2. Obs. 21. et 14, 14. Hanc conjecturam alii doctissimi JCti apud Cl. Ottonem ad princ. Instit. de Inoffic. test. impugnarunt. Nec sane valde verosimilis est. Etsi enim nusquam proditum scio, quod Pighius, Torrentius, et alii dicunt, Gliciam *mox* et *confestim* se magistratu abdicare coactum, tamen nequaquam credibile est, populum Romanum ultimae sortis hominem et dedecus dictatoriae majestatis per trinundinum in imperio potuisse adspicere. An ulla umquam *lex Glitia* in republica Romana fuerit, alia controversia est. Qui id negant, praeter alia argumenta hoc quoque adferunt, quod nusquam alibi mentio illius fiat. Sed hoc non magnum pondus haberet, si ostendi posset, inscriptionem d. l. 4. genuinam esse. Nam multa sunt *ἅπαξ λεγόμενα*, non modo vocabula ac loquendi genera, verum etiam hominum et locorum, immo legum ac SCtorum nomina. Itaque recte, qui ita sentiunt, faciunt, quod argumenta, quibus inscriptionem illam falsi convinci posse putant, conquirere adnituntur. Ubi autem Ant. Augustinus Cujacii sententiam sequutus fuerit, quod viri Cl. Heineccius et Otto tradunt, fateor me non scire. Nam in libro de Legib. non obscure significat, sibi inscriptionem illam suspectam esse; et de Nominib. propr. Pandect. p. 316. nihil aliud scribit, quam se *de lege Glitia nullam mentionem* (alibi scil. quam in inscript. d. l. 4.) invenisse. DUK. *Glauciam dixit*, pri-

Digitized by Google

ctator extra Italiam exercitum duxit. Cum Poenis captivorum commutatio facta est. Coloniae deductae sunt Fregenae, in agro Sallentino Brundusium. Lustrum a censoribus conditum est. censa sunt civium capita ducenta quinquaginta unum millia, du-

ma voce deficiente, Leid. et Lovel. *C. L. Glomerium dixit* Boend. et Berg. *Cl. Glauciam* Hearnii N. *C. Clauciam* Exc. Pithoei. *C. Glauciam* Norvic. et vett. edd. *Clo. Glauciam* Voss.

Atilius Calatinus primus dictator] *A. Atilius Calanus* esse in Exc. Pithoei et N. Hearnius testatur. Horum codicum auctoritate, *A. Atilius Calatinus* legendum esse, suspicio nasci posset, partim quia ita vocatur in Fast. Capitol. partim quia litera *A.* qua praenomen indicatur, facile elidi potuit a prima vocis sequentis; quod etiam in aliis praenominibus interdum accidisse, supra vidimus ad 4, 49, 1. Ne tamen verum videatur, aut saltem ut inter incerta ponam, illud efficit, quod auctor Epit. saepissime omittat praenomina. Mox *commutatio captivorum cum Poenis*, in alium ordinem digestis vocibus, Berg. Boend. et Lovel. quorum postremus etiam ignorat sequentem vocem *est*.

Coloniae deductae sunt Fregellae, in agro Sallentino Brundusium] Vet. lib. *Fregenae*. optime. Fregellae enim colonia deductae sunt anno CCCXXVII. in agro Volscorum, auctore Livio 8, [22, 2.] Idem etiam *Fregenarum* meminit, maritimae coloniae, 36, [3, 6.] *Alsii* porro et *Fregenarum* meminit Cato in fragmentis Originum, et Plinius 3, 5. Eadem menda est apud Vellejum 1, [14.] ubi ait: *Postque XII annos Aesulum et Alsium, Fregellaeque post biennium, proximoque anno, Torquato Sempronioque consulibus, Brundusium.* Legendum est enim *Fregenae*. SIG. *Tragellae* Boend. *Fregellae* Berg. Lovel. et Norvic. *Fregennae* Leid. *Fregenae* Voss. et Hearnii N. quam veram lectionem esse, multis etiam docet Cluverius 2. Ital. Ant. 2, 499. et seqq. V. etiam Cellar. 2. Geogr. antiq. 9, 466. et quae notantur ad Silii 8, 477. Postea municipium factum esse, ex lapide apud Gudium p. 186. n. 6. probavit Cl. Wesseling. ad Antonin. Itin. p. 301. In ed. Gruteri ultima male *Fregena* excusum est, quod deinde postea est servatum, nisi quod Freinsh. Doujat. et Cleric. vitiosiorem lectionem *Fregellae* revocarint. V. etiam ad 36, 3, 6. *in agro Sallentinovum* Oxon. N. pro quo Hearnius *Sallentinorum* legendum conjicit. Ceterum *Brundisium* deductum est anno proximo post Fregenas, et quidem *Torquato Sempronioque consulibus*, teste Vellej. 1, 14. Inde dissentire videtur Zonar. qui 8. Ann. 7. circa finem belli Tarentini Brundusium expugnatum, eoque coloniam missam scribit. Hinc Pighius conjicit in Annal. ad ann. DIX. p. 60. bis eo colonos missos esse, semel quo tempore Zonar. voluit, iterum quo Vellej. et auctor Epitom. Livii narrarunt. Potius tamen videtur, Zonaram per prolepsin rem non suo tempore narrasse, ad id allectum occasione expugnati Brundusii. Cluverius etiam 4. Ital. ant. 13, 1246. laudat Συναγωγὴν ἱστορίων,

Digitized by Google

centa viginti duo. Claudia, soror P. Claudii, qui, contemptis auspiciis, male pugnaverat, a ludis revertens, quum turba premeretur, dixit: Utinam frater meus viveret, iterumque classem duceret! *ob eam caussam multa ei dicta est. Duo praetores tum primum creati sunt. Caecilius Metellus pontifex maxi-*

quae Euseb. et Hieron. Chron. subjungitur, in qua p. 332. colonorum Brundusium deductio refertur ad annum IV. Olymp. 132. At annus, quo Torquatus et Sempronius consules fuerunt, ex Dodwell. sententia simul currebat partim cum anno IV. Olymp. 133. partim cum anno I. Olymp. sequentis.

Censa sunt civium capita CCLI millia, CCXXII] Priore lustro censa sunt *CCXCVII millia*, hoc autem *CCLI*, minore multo summa. Hic autem numerus, si probe habet, idcirco imminutus est, quia maxima pars, cum P. Claudius consul rem navali proelio male gessisset, interiit. SIG. Pighius in Annal. ad ann. DVI. p. 54. de numero etiam dubitare videtur, et, nisi numerorum notae in exemplaribus fallant, inminuti civium numeri damnum similiter referri posse existimat ad crebra naufragia et cladem, culpa P. Claudii consulis acceptam. Ceterum in numeris nonnihil variant codices. *civium capita ducenta quadraginta unum millia, ducenta decem et septem* est in Leid. *civium capita CCXLI millia, DCCXXII* Voss. *civium capita CCXLI millia, CCXXII* in Exc. Pithoei. *civium CCXLI et CCXII* in Hearnii N. *civium capita CCXLI millia, CCXII* in Lovel. in contextu, sed numerus minor in margine emendatur *CCXVII*. Boend. et edd. in vulgatum conspirant.

Claudia, soror P. Claudii] Praenomen omisit ed. Paris. anni 1573. eamque secutae sunt aliae usque ad Gronovium, qui anno 1665. in locum restituit. Retinent id non tantum omnes edd. vett. sed etiam codd. scripti, nisi *quod Clodia soror Pulcri Clodii* legat Leid. et *Claudia soror Pulcri Claudii* Voss. 1.

A ludis divertens, quum turba premeretur, dixit] Vet. lib. *revertens*. Gellius 10, 6. de hac eadem Claudia, a ludis exeunte. SIG. *a ludis revertens* Leid. ac Lovel. *revertens a ludis* Berg. *a ludis devertens* Voss. *a ludis divertens* Boend. et Novic. Saepius literas *D et R* in membranis antiquis confundi, supra vidimus ad 9, 10, 6. Praeterea *premeretur, inquit* Boend.

Utinam frater meus viveret, iterumque classem duceret] Post hoc verbum [*duceret*] quaedam sunt in vet. lib. quae non habentur in excusis: *qua tanta multitudo iterum periret.* DELR. *ut frater meus* Boend. *ut frater meus* Lovel. *ut* pro utinam usurpari, notissimum est. Hic tamen τὸ *ut* potius a compendio scribendi natum esse, ex Boend. scriptura colligendum videtur. *iterum classem* Leidens. Voss. Berg. et Lovel. Quae autem post verbum *duceret* in vet. lib. addita invenit Delrius, in nullo meorum exstant. Quamvis autem similiter addat Sueton. in Tiber. 2. *quo minor turba Romae fo-*

Digitized by Google

mus A. Postumium consulem, quoniam idem et flamen Martialis erat, quum is ad bellum gerendum proficisci vellet, in urbe tenuit, nec passus est a sacris recedere. Rebus adversus Poenos a pluribus ducibus prospere gestis, summam victoriae C. Lutatius consul, victa ad Aegates insulas classe Poenorum,

ret. Gell. 10, 6. *atque istam multitudinem perditum eat, quae me male nunc miseram convexavit.* et Val. Max. 8, 1. damn. 4. *saepiusque consul factus infelici ductu nimis magnam urbis frequentiam minueret:* hic tamen potius a nasutiore librario verba illa addita videntur.

Ob eam caussam multata est] Vet. lib. *multa ei dicta est.* Sic loco citato Gellius, *ob haec mulieris verba tam improba ac tam incivilia C. Fundanius et Ti. Sempronius aediles plebis multam dixerunt ei aeris gravis XXV millia.* Id factum Fabio Licino, Otacilio Crasso consulibus. De eadem Suetonius in Tiberio [2.] SIG. Consentiunt Leid. Voss. et Berg. Sed *multa ei data est* Boend. V. ad 7, 28, 8. *multa dicta est ei* Lovel. Vulgatum tuetur Norvic.

A. Postumium consulem, quoniam idem et flamen Martialis erat] Rurfus Liv. 37, 51. et alii, qui laudantur ad Val. Max. 1, 1, 2. DUK. *Aurelium Postumium* Leid. Voss. Lovel. Boend. et Exc. Pithoei. V. ad Epit. 74. *Aurelium Postumum* Berg. V. ad Liv. 2, 21, 2. Deinde *quoniam et idem* Lovel. Mox *quum ille* Norvic. et edd. ultima Grut. priores.

Rebus adversus Poenos pluribus ducibus gestis] Vet. lib. *a pluribus ducibus prospere gestis.* SIG. Ita et Berg. Lovel. et Boend. *prospere pluribus ducibus gestis* Voss. *prospere pluribus gestis* Leid. et ita Freinsh. Doujat. et Cleric. ediderunt. Sed lectionem, quae ante Sigonium exftitit, servat Norvic.

Summam victoriae C. Lutatius consul, victa ad Aegates insulas classe] *summam victoriam* Voss. Berg. et Lovel. Deinde *Lucatius* Lovel. *Luctarius* Berg. et Boend. *Luctatius* Leid. Voss. Norvic. Hearnii N. et priscae edd. Male. *Lutatius* enim vocari debet, quemadmodum edidit Sigonius, et vocatur in marmor. Capit. V. Sigonium ad Livii 21, 18, 10. 22, 14, 13. 31, 19, 7. Pighium in Annal. ad ann. DXI. p. 63. et quae notantur ad Silii Ital. 6, 687. Deinde *ad Egolites insulas* Boend. *ad Gadis insulas* Leid. *ad Aegades insulas* Norvic. et priscae edd. Sed vulgatum probum eft. V. ad Silii Ital. 1, 61. *ad Aegates insulam* Sigonius. Male. Fuiffe enim tres hujus nominis insulas, suis iterum nominibus diftinctas, docuit Cluver. 2. Sicil. ant. 15, 419. V. ad 21, 10, 7.

Finem bello inposuit] Tollenda sunt haec [*finem bello*] ut superflua, ex vet. lib. auctoritate. DELR. Eadem verba etiam desunt ab omnibus meis libris; quare recte Gruter. in poftrema ed. Delrio dicto audiens fuit, eademque expunxit.

Ex incendio sacra rapuit] Palladium. V. Lips. de Vefta c. 9.

Digitized by Google

inposuit. Petentibus Karthaginiensibus pax data est. Quum templum Vestae arderet, Caecilius Metellus pontifex maximus ex incendio sacra rapuit. Duae tribus adjectae sunt, Velina et Quirina. Falisci quum rebellassent, sexto die perdomiti, in deditionem venerunt.

DUK. *eripuit* Boend. utrumque probari potest, et utroque etiam auctores, qui hujus historiae meminerunt, usi sunt. Val. Max. 1, 4, 4. *Metellus inter ipsos ignes raptum Palladium incolume servavit.* Plin. 7, 43. *Quum Palladium raperet ex aede Vestae.* Senec. 4. Exc. Contr. 2. *Metellus, dum Palladium rapit, oculos perdidit.* Oros. 4, 11. *Metellus, dum arsuros Deos eripit, vix brachio semiustulatus aufugit.*

Duae tribus adjectae sunt, Velina et Exquilina] Turpis menda est in voce *Exquilina*. haec enim tribus una fuit ex urbanis quatuor a Ser. Tullio rege factis, ut supra diximus. Itaque non *Exquilina*, sed *Quirina*, restituendum, manuscriptis praesertim libris ita admonentibus. SIG. Gruchius 2. de Comit. 1. pro *Exquilina* legendum censet *Sapinia*. Mihi non videtur recedendum esse a libris scriptis. DUKER. *Vellina et Equilina* Berg. *Velina et Exquilina* Boend. et Norvic. *Velina et Aquilina* Voss. *Veriana et Quiriana* Leid. *Velina et Quirina* Lovel.

Falisci quum rebellassent, sexto die perdomiti, in deditionem venerunt] Tota haec periodus ad Epitomen 20. refertur in Berg. Leid. et Lovel. Ceterum *sexto die* omittit Boend. Deinde *domiti* Norvic. et priores excusi, pro quo Gruterus anno 1628. *perdomiti* edidit; quod in omnibus Mstis meis superest.

Digitized by Google

JOHANNIS FREINSHEMII
SUPPLEMENTORUM LIVIANORUM LIBER IX.
IN LOCUM LIBRI XIX. T. LIVII.

I. Profectis ab urbe Carthaginienſium legatis, conſules, senatusconſulto exercitum in Siciliam deportare jussi, cupide paruerunt, et ira in hoſtes accensi ob M. Regulum, et aemulatione speque ex L. Metelli proconſule victoria. Nec enim confecti negotii magnitudinem damno tantum Carthaginiensis populi metiebantur, quod, amiſſo exercitu tantoque numero elephantorum, ad reliqua belli factus eſſet infirmior, sed haud minus eo, quod proſpera cum belluis pugna Romani milites animum ex priore formidine receperant: spesque inceſſerat, finiri bellum poſſe, ni occasioni defuiſſent. Igitur, claſſe navium ducentarum coacta, conſules ambo cum legionibus quatuor Panormum appulerunt: adsumptisque reliquis ibi copiis navibusque, praeter eas, quae cuſtodiae locorum neceſſariae videbantur, cum roſtratis ducentis quadraginta, cercuris vero (sic vocant navium quoddam breviorum genus) sexaginta, et aliis cujusque modi navigiis plurimis, Lilybaeum veniunt: ibique consilio habito, adgredi urbem conſtituunt. Haec eſt illa Lilybaetani nobilis obsidio, quae, per solidum decennium ab ejus belli anno quarto decimo tracta, non expugnatione urbis, aut deditione ab obseſſis facta, sed universi belli eventu finem accepit. Quum enim Poeni Romanique intelligerent, quantum in ea urbe momentum utrisque foret, vel ad Africae praesidium, vel ad imperium Siciliae, summis utrimque viribus et oppugnata, et defenſa eſt.

U. c. 503. Consules exercitum in Siciliam deportant.

Copiae et naves Romanae.

Lilybaei nobilis obsidio.

II. Urbem deinde Romanam ex moerore, quem M. Reguli caſus adtulerat, refecit L. Metelli triumphus, non viſu modo et memoria rerum proſperrimarum, sed etiam adverſus inhumanam gentem vindictae dulcedi-

L. Metelli triumphus.

Cap. I. Polyb. 1, 41. Oros. 4, 10. Diod. Eclog. l. 24. Etymologicus in *Κερκεῦρος*. Diod. Polyb.

Digitized by Google

U. c. 503. ne. Triumphavit de Poenis proconsule ante diem septimum Idus Septembres. ducti sunt ante currum duces hostium tredecim, et ingens elephantorum agmen, viginti supra centum: sunt et qui plures numerent. Hi deinde producti sunt, quum ludi fierent, et hastis praepilatis per totum circum ab operis acti, quo contemnere disceret belluas populus, quas vehementissime timuerat. interfectos esse jaculis, Verrius Flaccus auctor est, quum neque uti iis placuisset; neque donari regibus tantam adcessionem virium, ex usu reipublicae videretur. Eodem anno magna vilitas annonae Romae fuit. assibus singulis farris modios fuisse, itemque vini congios, ficique siccae pondo triginta, olei pondo decem, carnis pondo duodecim traditur: quum plus ubivis earum rerum esset, quam pecuniae, cujus inter belli tam diuturni sumptus magna jam penuria esse coeperat.

Magna vilitas annonae.

Oppugnatio Lilybaei.

III. Dum haec Romae geruntur, in Sicilia Lilybaeum summis viribus obpugnabant consules: neque minore pertinacia animorum ab inclusis resistebatur. Prima vis admota est turri, quae prae aliis longissime versus Libycum mare procurrebat. hac dejecta, ad proximam quamque promota sunt opera, donec sex omnino turres procubuerunt. tum ad ceteras quatiendas fossae compleri coeptae, ut machinae transduci admoverique possent. Quamquam magnus erat labor, quippe latitudo fossae sexaginta cubitos, altitudo quadraginta aequabat, tamen impigre coeptus promotusque est. Contra haec Carthaginienses, interius aperta fossa, egestam humum amoliebantur. sed quum multitudine materiem adportantium nihilominus agger cresceret, fossaeque complanarentur, relicto isto consilio, murum alium interiorem exstruxerunt: indefesso ad omnia Himilcone, qui, praeter urbanam multitudinem, mercenariorum decem millibus instructus, vim omnem dolumque hostium sagacitate, vigilantia, constantiaque eludebat.

Himilconis industria in defendenda urbe.

IV. Ille nihil neque remissum apud suos, neque tutum apud hostes patiebatur: operibus opera, cuniculis cuniculos, armis arma obponebat. inter haec saepe eruptionibus pugnatum, adeo nonnumquam ferociter, ut

Eruptiones fre-

Cap. II. Fasti Capit. Liv. Epit. 19. Dionys. l. 2. L. Piso apud Plin. 8, 6. M. Varro apud Plin. 18, 3. Cap. III. Polyb. 1, 42. Zonaras. Diodor. Zonaras. Polyb. 1, 42.

Digitized by Google

ut haud pauciores, quam justa pugna cadere solent, tumultuariis istis certaminibus desiderarentur. Inter quae, Romanis muros subfodientibus, quo subrutis fundamentis conciderent, Himilco ex adverso cuniculos agi jussit, ubi Romanos terram egerere animadverterat. His deinde protinus apertis armatos immisit, qui, nudos et operi intentos subito adgressi, multos interemerunt; neque pauciores, dum opem suis laturi ad muros adcurrunt, sarmentis in fossam conjectis, deinde incensis, concremarunt. U. c. 503. *quentes et sanguinolentae.*

V. Gliscebat tamen in animis obsessorum pavor atque consternatio. qua abusi duces quidam mercenariorum, stipendia sibi non ex fide soluta praetexentes, de prodenda Romanis urbe consilia iniverunt; minime dubitantes, quin suos quisque milites facile inlecturus esset ad probanda, quae agerentur. itaque, nocte quadam clam ex oppido ad castra Romanorum elapsi, statum urbis obsessae, et quid ipsi pararent, exposuerunt. Agebat tum inter mercenarios, qui Lilybaei erant, Alexon quidam, Achaeus genere, vir neque militarium artium rudis, et eximius fide. is, animadverso proditorum consilio, rem ad Himilconem continuo defert. Himilco, ut in magno et instanti metu, nihil cunctatus, duces mercenariorum, quot eorum adhuc Lilybaei erant, convocat: quid a quibus tentetur, exponit, eosque graviter incusat: hortatur praesentes, *ne temeritatis et perfidiae alienae participes esse velint. in fide perseverantibus integra apud Carthaginienses omnia, stipendium certum, praemia magna fore: proditionis infami crimine se commaculantes, et Diis et hominibus adversis acturos esse.* Simul, pecuniae quantum cogere istam inter trepidationem potuerat, dividit: de gregariorum stipendiis, ut quam maturrime solvantur, sibi curae futurum esse spondet. *Mercenariorum motus Lilybaei.* *Alexonis fide proditur.*

VI. Magna vis orationis est in tempore adhibitae, praesertim si gravitate morum fides sermoni conciliatur. adsensi certe sunt universi, operamque suam ad continendos in officio milites alacriter obtulerunt. Himilco laudatos et ampliori spe incensos ire confestim ad suos quemque jubet, operamque dare, ut in fide atque potestate sint. mittit una Hannibalem, filium ejus Hannibalis, qui in Sardinia perierat, et Achaeum A- *Himilconis industria sedatur.*

Cap. IV. Zonaras. Cap. V. Polyb. 1, 43. Zonaras. Polyb. Zonaras. Cap. VI. Polyb.

Digitized by Google

U. c. 503. lexonem: illum ad Gallos, quibus ex veteri commilitio notus et acceptus erat; Alexonem ad ceteros varii generis mercenarios, omnibus ex aequo charum gratumque. Hi, fidem suam interponentes, rata fore, quae Himilco promisisset, negotium adeo ex sententia perfecere, ut paullo post reversos ad moenia proditores non modo aversarentur omnes, sed etiam conviciis telisque ultro arcerent. Et hi quidem, ad consules re infecta regressi, muneribus tamen quibusdam et agris in Sicilia donati sunt. Ceterum Poenorum res, improviso malo prope desperationem adductas, eo tempore fides Alexonis sustentavit: qui, prius servatis itidem Agrigentinis, quibus simili quodam scelere mercenarii Syracusanorum insidiati fuerant, jure suo memoriam laudemque in historia meruit.

Adherbal cum novis copiis Lilybaeum mittitur.

VII. Creverunt deinde obsessis animi adventu novorum auxiliorum. Carthaginienses enim, licet ignari omnium, quae Lilybaei gesta essent, res non segnibus consiliis indigere judicabant. igitur Adherbali rei maritimae praefecto negotium dederant, ut, classe comparata, militem, annonam, et pecuniam Lilybaeum introduceret. Ab hoc missus Hamilcaris filius Hannibal, ab Aegusis, quas vocant, insulis, ventum obportunum nactus, recta fronte Lilybaetanum portum petit, instructos in navibus habens milites, et, si quis obsisteret, vi perrupturus. Jam ab obsidionis principio portus aditum obstruxerant Romani, demissis in fundum maris cercuris quindecim, quos ad hunc usum lapidibus oneraverant. Igitur, partim hostis celeritate deprehensi, partim metuentes, ne, ventorum vi convulsi, et ipsi in portum et intuta navigantibus loca raperentur, advenientibus hostibus obcurrere neglexerunt. Et Hannibal portum tuto tenuit, copiisque (decem erant millia militum) expositis, magna cum laetitia Lilybaetanorum, in urbem acceptus est.

Decem millia militum in oppidum introducenda curat.

VIII. Romani, quum ingressum hostium impedire non potuissent, de cetero consultabant, quemadmodum opera sua tutarentur, quae; tanta multitudine novorum militum recepta, Himilconem profecto obpugnaturum esse videbant. Neque fefellit eos opinio. Poenus enim, aliorum recentibus viribus, aliorum refectis adventu sociorum animis usurus, veteres novasque copias in concionem vocat: spe victoriae ac

Cap. VI. Zonaras. Polyb. Cap. VII. Diod. Eclog. l. 24. Polyb. Zonaras. Oros. 4, 10. Polyb. Diodor. Polyb.

Digitized by Google

praemiorum ad faciundam eruptionem impellit: dispositisque, ut res poscebat, manipulis, sub primam lucem opera Romanorum pluribus locis adgreditur. Erant et apud hos provisa cuncta, quaque plurimum periculi metuebatur, firmae stationes obpositae. cum his itaque confestim acre certamen contrahitur. cadunt utrimque multi, quum et magna animorum contentione, et numero pugnantium non contemnendo res gereretur, haud paucioribus viginti millibus urbe egressis, et majore aliquanto multitudine obsidentium. Quippe consules, contractis ex amica Sicilia auxiliis, plusquam centum millia hominum effecerant: ex quibus, ad expediendos commeatus aliasque necessitates dimissis ceteris, ad obsidionem urbis millia ferme sexaginta adducta. U. c. 503.

Pugna ad Lilybaeum.

IX. Sed quum ex omni parte vehementer dimicaretur, maxima circa machinas erat contentio: quas alii ut conrumperent, alii ut defenderent, non magis suae, quam hostis, vitae parcebant. Jacebat ingens agmen occisorum in ea statione, quam tuendam ab initio ceperant. augebat clamorem proeliantium et terrificam discriminis faciem alia turba, quae, facibus taedisque armata, per pericula, per caedes suas alienasque ad incendenda opera ruebat: propiusque factum est nihil, quam ut pervicaciae hostium miles Romanus cederet, machinaeque defendi nequirent. Sed Himilco, multos suorum occumbere cernens, Romanos autem de ardore propugnandi nihil remittere, signum receptui dedit, pugnaque prior excessit. neque Romani institerunt, contenti servatis operibus, quae propemodum pro amissis jam habuerant.

Himilco prior signum receptui dat.

X. Proxima nocte Hannibal, clam hostibus, dum fessi ex proelio ejus abitum observare negligunt, navibus, quibuscum venerat, Drepanum ad Adherbalem vectus est: abductis una equitibus, quos, in locis impeditis ad nullam rem obsessis utiles, alibi bonam operam navare posse recte judicaverat. Hi enim, a Drepano saepe excurrentes, intuta faciebant itinera, rerumque necessariarum subvectionem difficilem, multosque pabulatorum longius a castris vagantium excipiebant, sociosque Romanorum omni cladium genere vexantes, consulum rationes non mediocriter conturbabant. Neque mari tutas iis res Adherbal esse patie-

Hannibal, ex obsidione elapsus, Drepanum venit.

Cap. VIII. Diodor. Cap. IX. Polyb. 1, 45. Cap. X. Diodor. Zonaras.

Digitized by Google

U. c. 503. batur, qui, modo Siculis, modo Italicis litoribus improvisus incidens, nihil, quo nocere Romanis posset, inausum intentatumque relinquebat. Ita factum, ut, magna in castris nata inopia, (nec enim praeter carnes pecudum quidquam ferme cibi supererat) magna pars fame, plures etiam morbis, ut solet, obortis morerentur. Hunc ad modum quum aliquot hominum millia desiderata essent, alterum ex consulibus ad comitia Romam discedere, suasque legiones deportare placuit, quo remanentibus in obsidione expeditior annonae ratio foret.

Fames et morbi in castris Romanis.

Machinamenta Romanorum ad Lilybaeum.

XI. Iterum deinde, majori conatu terra lapidibusque adgestis, aditum portus sepire adgressi sunt, validis trabibus decussatim compactis aggerem communientes, quae, ferreis ancoris revinctae, totius operis compagem firmiore nexu continerent. Sed propter maris altitudinem, ob quam inter descendendum convellebatur, quidquid injectum erat, ingens et inutilis labor fuit. nam, oborto vehementiore ventorum flatu, undisque intumescentibus, perfracta omnia ac direpta sunt. Quum tamen ipsa operis fama clausum aliquamdiu portum tenuisset, anxios ea res Poenorum animos, vehementerque sollicitos habuit. neque enim ulla in promptu erat ratio, qua cognoscere statum suorum possent, neque quisquam audebat operam suam ad inspiciundas Lilybaetanorum res polliceri: donec Hannibal quidam, cognomento Rhodius, vir ex illustribus, se ingressurum urbem, et, postquam omnia coram perlustrasset, ex fide renunciaturum recipit.

Hannibalis Rhodii audacia.

Portus Lilybaei custoditus a Romanis.

XII. Ei promisso gratia primo major apud Poenos, quam fides, fuit. quippe, praeter moles in mare jactas, aditum portus a Romanis navibus ad ancoras stantibus custodiri sciebant. Sed ille, privata, quam habebat, adornata navi, ad insularum, quae Lilybaeo praejacent, unam, hinc deinde, quum postridie ventum ferentem nactus esset, circa quartam horam diei palam, inspectantibus universis hostium copiis, hominisque fiduciam stupentibus, portum invectus est. At Romanus consul, ut regredientem interciperet, selectas ex omni numero naves decem per noctem instrui jubet: eas ab utroque latere portus, quam proxime ad ipsum ejus ostium, constituit. Hannibal, celeritate navis suae confisus, clara luce procedit. exspectabant eum inten-

Sed Hannibal penetrat.

Cap. X. Diodor. Zonaras. Cap. XI. Diodor. Polyb. 1, 47. Diodor. Polyb. 1, 46.

Digitized by Google

ti paratique Romani, simulque conatu, quanto poterant, in eum ferebantur. Sed ille velocitate tantum vincebat, ut, effugisse non contentus, ultro inluderet, modo adnavigans, modo circumvectus, quasi ad pugnam hostes provocaret. U. c. 503.

XIII. Hac audacia, quum saepius uteretur, multum rebus Punicis adjumenti contulit, quod et obsessorum animi nunciis suorum mirifice recreabantur, et, quae postulabat usus, Carthagini mature cognosci poterant: et contumeliosa istius hominis temeritas Romanos molestia et pudore vexabat. Juvabatur autem peritia maxime locorum, quod in palustri illa coenosaque eluvie, per quam Lilybaeum aditur, certum fidumque navibus iter accurate observaverat. quoties enim ab alto veniens in conspectu habere urbem coeperat, ita obvertebat navem, ut puppis Italiam respiceret, ex prora turris Lilybaetana, quae mari imminebat, ita cerneretur, ut omnium Africam versus sitarum turrium conspectum tegeret: quae una tutissima est via pleno cursu portum petentibus nautis. *Idque saepius.*

XIV. Jamque plures esse coeperant, qui, audacia et felicitate Hannibalis incitati, Lilybaeum commearent: donec casu quodam quadriremis celeritatis eximiae comprehenderetur. Licet enim aliis partibus moles a Romanis jactas venti ac undae raptavissent, uno tamen loco, ubi minus profundum mare fuerat, constiterunt. ei dorso impacta navis quum obhaesisset, capta a Romanis optimoque milite et remigio instructa etiam Hannibali exitium adtulit. Quippe noctu forte ingressus urbem, quum in reditu palam solvisset, quadrirememque istam ad omnes suae navis motus similiter occurrentem videret, animadverso statim periculo fugere, et, quum hoc frustra esset, repugnare conatus, in validiorum potestatem venit. Romani, hac quoque nave potiti, parique modo ad observandum portus aditum usi, ne quae deinceps naves Lilybaeum penetrare possent, facile prohibuerunt. Acrior inde vis obsidentium esse coepit: adortique munimenta Romani, quae mari vicina erant, omne defensorum agmen ad tuenda loca, quae oppugnabantur, pertraxere. Sic via factá reliquis copiis, quae ex diversa parte occasioni huic insidiabantur, ut murum exteriorem caperent. quamquam id frustra fuit. quippe dux Poenus, *Unde plures idem audent.* *Sed interciptuntur quidam.* *Etiam ipse Hannibal.*

Cap. XIV. Diodor.

Digitized by Google

U. c. 503. cum delectis suorum tempestive accurrens, multa cum caede tenentes locum Romanos rejecit.

XV. Alia deinde major fortuna spem obsessis universae victoriae dedit. Forte ventorum ingens vis exorta fuerat, adeo veluti data opera Romanorum incumbens machinis, ut et vineas quateret, et ipsas turres in capitibus earum structas convelleret. Non fefellit ea res oppidanos, Deorumque munere oblatam sibi opportunitatem credidere, qua toties frustra tentatis operibus ignem injicerent. itaque tripartito agmine erumpunt, faces, et quae alendo igni paraverant, immittunt. eratque per se facilis ad concipiendam flammam materia machinarum, quam diu ante caesam sol et aestus arefecerant. Neque segniter ad opem ferendam concurrerant Romani. sed impar certamen erat, quum alii, machinis jam incensis, ad tela certius validiusque conjicienda luce ignium et tempestatis impetu juvarentur: aliis haud minus ab his caussis impedimenti periculique, quam ab hostili ferro, esset. quippe flatus vehemens et Romanis prorsus adversus fumum, favillam, flammas in ora oculosque hominum provolvebat, telaque ab hostibus missa majori violentia deferebat in obnoxios: quum interim Romanorum ictus incerti et invalidi nec dirigi per calignem possent, et vehementia reflantis venti frangerentur. Ita factum, ut omnes Romanorum vineae, petrariae, arietes, et quidquid operum vel agendis cuniculis, vel verberando muro paratum fuerat, eodem incendio absumerentur.

Lilybaetani erumpunt.

Opera Romanorum incendunt.

XVI. Tum vero spes omnis potiundi per vim Lilybaei excidit: desertaque obsidio foret, ni Hiero, magna iterum frumenti copia submissa, uti mancretur, evicisset. Ita omisso oppugnandi consilio, castrisque ex omni parte communitis, tempori et casui rem permittere decreverunt. Obsessi quoque, refecta murorum parte, quae ceciderat, majores in posterum ad tolerandam obsidionem animos habuerunt. Haec nequaquam laetis aut securis animis Romae audita: neque tamen dubitabatur, quin bello accepta detrimenta bello sarcienda essent: adeoque haec sententia penitus infixa mentibus fuit, ut quidam senator in ipsa curia occisus esse memoretur, quod verba de pace fecisset. Magni deinde apparatus facti, inter quos

Senator pacem suadens in curia occiditur.

Cap. XV. Polyb. 1, 48. Diodor. Cap. XVI. Polyb. Diodor. Polyb. Zonaras. Polyb.

Digitized by Google

remigum (nam hujus generis jactura ingens facta erat) millia decem ex novo delectu in Siciliam missa. U. c. 503.

XVII. Consules jam erant P. Clodius Ap. F. C. N. Pulcher, L. Junius C. F. C. N. Pullus. Clodium illum nepotem Caeci fuisse, falso a quibusdam traditum est. Is quum in Siciliam venisset, accepto, qui ad Lilybaeum erat, exercitu, milites in concionem convocat, prioris anni consules acriter reprehendit, *quod per ignaviam et delicias, obsessis, quam obsidentibus, similiores, tempus ad Lilybaeum sine ullo profectu, nec sine magna Romani nominis ignominia damnoque trivissent.* Erat enim vir asper et acerbus, et qui violentia ingenii fastuque ob nobilitatem suam prolaberetur ad facta dictaque, vix sanae mentis homini convenientia. idem in puniendo saevus et immitis nullum delictum venia, levissimum quodque nimia severitate prosequebatur: quum interim ipse in rebus maximis non misere tantum, sed etiam prorsus amenter impingeret. Nam et consilium priorum ducum, quod acerbe vituperaverat, imitatus est, ut ad portum obstruendum moles in mare jaceret: et, quod capitalioris amentiae fuit, temere Drepanum adgressus, non minus sua imprudentia, quam Adherbalis virtute, florentissimam classem perdidit.

U. c. 504. P. Clodio, L. Junio coss.

P. Clodii asperitas et alia vitia.

Classem perdit. Drepano temere tentato.

XVIII. Persuaserat sibi ceterisque, hostem ignarum supplementi, quod Romana classis accepisset, imparatum Drepani deprehendi posse. nihil enim crediturum minus, quam audaciam et vires Romanis esse ultro hostem mari lacessendi. Sic delectis navibus optimis ducentis et viginti, impositoque remige, et fortissimo quoque ex legionibus, nam ut ad certam praedam minimeque longum laborem (Drepanum enim Lilybaeo abest millia passuum non amplius quindecim) certatim sese offerebant, circa tertiam vigiliam silentio solvit, cursu per noctem prospero et hostes fallente. Lux orta, primis jam navibus a Drepano haud procul conspectis, ad miraculum insolitae rei excivit Adherbalem: neque dubitare poterat, quin hostis adesset. duarum rerum erat proposita optio, ut aut confestim proelio congrederetur, aut, aditu hosti concesso, cingi se obsiderique sineret. quod postremum, quum haud minus flagitii, quam molestiae discriminisque, plenum videre-

Adherbal proelio se parat.

Cap. XVII. Plin. 15, 1. Diod. apud Vales. l. 24. Polyb. 1, 49.
Cap. XVIII. Diod. Eclog. l. 24. Eutrop. Oros. Polyb. 1, 49. Polyb. 1, 46. Polyb. 1, 49.

Digitized by Google

U. c. 504. tur, averſatus, ſocios navales ſubito in litore coëgit: mercenarios autem milites, voce praeconis in concionem advocatos, brevi ſed efficaci oratione monuit, quanta ſpes eſſet proelium prompte capeſſentibus; quantus, ſi illud refugiſſent, ex obſidione metus. Alacriter ſucclamantibus omnibus, Adherbal collaudatos naves ſine mora conſcendere jubet, praetoriamque (hac ipſe vehebatur) oculis et remigio ſequi.

Pugna inter C. Clodium et Adherbalem.

XIX. Haec ubi praecepta dedit, primus ipſe altum petit, ſub ipſas portui impendentes petras egreſſus, quum eodem tempore ex adverſo latere Romanae naves portum intrarent. P. Clodius, non, uti ſperaverat, territo hoſte proeliumque detrectante, ſed ad defenſionem ſui ſtrenue converſo, perturbatus ipse, naves ſuas propere revocat, in aperto mari ſtructurus aciem. Sed illae nullo ordine, ut unaquaeque praecurrerat, aliae intra portum jam penetraverant, aliae petebant aditum, quaedam in ipsis faucibus verſabantur. inde factum, ut, dum magno nisu retrocedere omnes tendunt, aliae in alias incurrentes turbarent mutuo, remosque invicem detergerent: donec, ut potuerunt, evolutae portuque egreſſae, quoniam ſpatium temporis nullum ſupererat, continuo juxta litus ipſum in ordinem aciei adſtitere. Ipſe conſul, qui prius agmen coëgerat, tum converso curſu ante omnes evectus, ſiniſtro claſſis ſuae lateri se adplicuit.

Romani trepidant.

Adherbal cum paucis navibus proelium inchoat.

XX. At Poenus interea, laevum hoſtilis aciei cornu praetervectus, cum navibus roſtratis quinque, tot enim secum habebat, Romanis obvertere frontem coepit, altum patensque mare a tergo habens. simul alios suorum, ut quisque advenerat, adjungere se juſto intervallo prioribus navibus jubet: et, poſtquam omnes eadem serie directae sunt, servatis ordinibus in hoſtem movet. Jamque sublatum utrimque ex praetoria pugnae signum erat, quum omni ex parte acriter concurritur, pari primo spe, sed subinde meliore Carthaginiensium fortuna. Quamquam enim numero navium vincebantur, armatis tantum nonaginta, longe tamen rebus aliis superiores erant. nam et navibus melioribus, et exercitatiſſimo remige utebantur: locum autem pugnae sortiti erant commodiſſimum, ut, quoties urgerentur, liberum in mare receptum haberent,

Carthaginienses vincunt.

Cap. XX. Diod. Eclog. l. 24. Polyb. 1, 51.

Digitized by Google

velocitate sua ex facili vel elusuri hostem instantem, vel etiam, si longius prosequeretur, circumventuri. Romanis contra ad litus adpressis in arcto omnia: non procurrere libero impetu, non inhibere tuto poterant: sed, quoties urgente hoste retrocedebant, aut puppe in sabulo desidente haerebant, aut impacti litoribus periclitabantur. Ita quum neque perrumpere hostium ordinem, et rursus a tergo invadere possent, ob tarditatem navium remigumque imperitiam; neque ob angustias locorum, intra quae conclusi erant, laborantibus suis opem a puppi ferre, impune a Carthaginiensibus vexabantur. U. c. 504.

XXI. Ad has difficultates accesserat et alia desperationis ex religione caussa: iraque Deorum se premi rebantur ob temeritatem consulis, qui contra auspicia pugnare sustinuisset, ad neglectum religionum etiam contumelia addita. Pullos enim, quoniam non pascebantur, in mare praecipitari jusserat, *ut biberent, quando esse nollent.* ea res, tamquam invitis iratisque Diis proeliantes, ad omnia segniores timidioresque fecerat. Sed ipsi cladis auctori, quum cetera perdidisset, ad se conservandum nec ingenium nec audacia defuit. Quippe quum naves suas passim deprimi capique videret, adsumptis triginta, quae proximae constiterant, inter litus et hostilem classem elapsus est: et, quo tutior ad Lilybaetanum exercitum receptus foret, (praeternaviganda enim Poenorum erant praesidia) naves in speciem victricium ornari jussit. Ita, Poenis victoriam penes consulem fuisse, reliquasque naves ejus mox sequuturas putantibus, non modo tutus ei reditus, sed etiam hostibus terribilis Lilybaeum fuit.

Clodius contra auspicia pugnavit.

Clodii stratagema ad evadendum.

XXII. Relictas a consule naves tres et nonaginta cepit hostis una cum propugnatoribus et remige, praeter eos, qui, navibus magna vi in litus impactis, ejecerunt se in terram, fugeruntque. sed et in ipso proelio magnus navium numerus depressus est: nam plures ducentis Lilybaeo P. Clodius advexerat. Tanta victoria minimo impendio Carthaginiensibus stetit. non modo navem, sed ne hominem quidem ullum interiisse, vulneratos oppido paucos traditur: quum de Romana classe octo millia hominum caesa, capta millia viginti

Magna victoria Poenorum, cum minimo aut nullo damno.

Cap. XXI. Eutrop. l. 2. Cic. de Nat. Deorum, 2, 3. Flor. 2, 2. Val. Max. 1, 4, 5. Sueton. in Tib. c. 2. Polyb. Frontin. Strateg. 2, 13. Cap. XXII. Polyb. Eutrop. l. 2. Diod. Eclog. l. 24.

Digitized by Google

U. c. 504. referantur. Sub idem tempus etiam a Panormo naves frumento onustas rapuere Poeni, Drepanumque avexere; et vicissim, ex agro Drepanitano commeatus Lilybaeum importantes, omni genere bonorum obsessos large refecerunt. Neque hic substitit ejus anni fortuna, quin alio quoque magno incommodo mactaret Romanos, nec possessione modo maris, sed etiam spe potiundi depelleret.

Lilybaeum commeatus importatur.

Aliud incommodum Romanorum.

XXIII. Alter enim consul L. Junius, cum onerariis multis, quibus annonam ad exercitum deferret, rostratisque sexaginta ex Italia profectus, ubi Messanam adpulit, obviam aliarum navium multitudinem habuit, quae tum ab exercitu, tum aliis Siciliae partibus eo convenerant. His adsumptis, et classe facta navium longarum centum viginti, onerariarum prope octingentarum, Syracusas provehitur. Quo postquam venit, quaestoribus partem navium Lilybaeum ducendam tradit: ipse subsistit Syracusis, exspectans eos, qui Messana proficiscentem consequi non potuerant, simul annonam cogens, quam ex locis mediterraneis socii subvehebant. Interim Adherbal, missis Carthaginem navibus hominibusque captivis, fortuna gloriaque ad res gerendas incitante, Carthaloni, qui suas septuaginta naves cum totidem ferme onerariis ex Africa adduxerat, triginta alias addidit, misitque hominem ad naves Romanorum, quae in portu ad Lilybaeum stabant, abstrahendas aut corrumpendas. Ille, sub primam lucem magno terrore invectus, quum aliis navium manus, aliis ignem injiceret, et in Romanos, ad defensionem navium adcurrentes, praefectus urbis Himilco mercenarios eruptionem facere jussisset, magna in castris trepidatio fuit. ad extremum Carthalo, confractis non ita multis, abreptis quinque, Heracleam versus cursum direxit.

Carthalo adversus classem Romanam mittitur.

Naves aliquot corrumpit capitque.

XXIV. Iis locis excubanti, ne quis Romanorum impune Lilybaeum navigaret, nunciatur, navium omnis generis classem haud poenitendam adventare. Jam ille, praefectos alios ad se pertrahendo, naves bonas ad centum viginti effecerat. confisus igitur viribus et superiore victoria, confestim egreditur portu, venientibusque occurrit. Juxta Geloum litus in conspectum classes venere. sed Romani quaestores, impar certa-

Romani

Cap. XXII. Oros. 4, 10. Diodor. Cap. XXIII. Polyb. 1, 52. Diodor. Polyb. Diodor. Polybius. Cap. XXIV. Diod. et Polyb.

Digitized by Google

men veriti, ad Phintiadem, quod in amicitia Romanorum erat oppidum, deflexerunt. Portus ad Phintiadem nullus est: tantum procurrentes in mare petrae stationem navibus haud usquequaque incommodam praebent. Hic, exscensione facta Romani hostium adventum instructi exspectabant, catapultis atque ballistis ex oppido advectis, et pro litore ad tutelam navium dispositis. U. c. 504. *se recipiunt.*

XXV. Carthaginiensibus initio consilium fuerat obsidendi hostem, quem putabant metu perculsum statim refugiturum in oppidum esse, navesque ad praedam relicturum. Sed ubi, Romanis gnaviter se defendentibus, certamen periculi plenum experiebantur, praetereaque loco multa habenti incommoda parum fidebant, destiterunt; paucisque navibus ex earum numero, quae commeatum vehebant, abductis, ad Halycum fluvium, qui haud procul inde aberat, discesserunt, ibi, dum saucios reficiunt, hostium abitum ex commodo suo observaturi. Alii scriptores, credo Philinum sequuti, haudquaquam levi damno defunctos esse Romanos volunt: sed primo statim adspectu hostium perculsos quaestores, dum Phintiadem cursu petunt, onerarias naves aliasque, praeter bellicas, deseruisse: in ipso vero proelio rotunda Romanorum navigia quinquaginta, longas vero naves sexaginta depressas, tredecim ita percussas quassatasque, ut deinceps usui esse nequiverint. *Certamen ad Phintiadem.* *Romanorum clades.*

XXVI. Non longo post tempore, Poenis adhuc stationem ad Halycum amnem habentibus, L. Junius consul, rebus, quarum gratia Syracusis substiterat, perfectis, praeter Pachynum promontorium vela Lilybaeum versus faciens, a speculatoribus Carthalonis conspectus est. Carthalo, re nunciata, quanta potest celeritate, obviam consuli proficiscitur, ignaro eorum, quae ad Phintiadem gesta essent: quo longissime a quaestorum classe cum illo dimicaret, neque juvari ille facile a suis posset. Consul, eminus visa Poenorum classe, quum neque confligere auderet, neque hostem instantem effugere posset, juxta Camarinam in locum asperum et importuosum naves adigit; metum hunc vincente alio majore metu, ne aliter universus exercitus in potestatem hostium deveniret. Carthalo, eadem loca intrare non ausus, ad promontorium quoddam stationi *L. Junius consul Lilybaeum versus navigat.* *A Carthalone in locum iniquum adigitur.*

Cap. XXV. Diodor. Cap. XXVI. Polyb. 1, 59. Diodor. Polyb.

Digitized by Google

U. c. 504. locum capit, ita situm, ut inde pariter in utramque Romanorum classem intentus esse posset.

XXVII. Neque multo post ventis violenter flantibus, quum ingentis tempestatis signa Carthaginiensium gubernatores, rerum istarum periti, vidissent, Carthaloni persuaserunt, uti relicta, quam ceperat, statione Pachynum flecteret. ita nec sine magno labore vim tempestatis Punica classis effugit. At Romanorum utraque classis, inter saxa cautesque deprehensa, funditus interiit, uti ne tabula quidem ulla ullius usus ex naufragio reliqua fuisse credatur; duabus exceptis navibus, quibus postea consul, reliquos ex ea clade milites remigesque secum ducens, Lilybaeum pervenit. Hoc naufragio naves, quae annonam portabant, omnes, longas supra centum periisse traditum. exercitus tamen servata pars est, multis in vicina litora enatantibus ejectisve.

Classem naufragio amittit.

Senatus, omissa classe, terra rem statuit gerendam.

XXVIII. At senatus, qui paullo ante P. Clodium consulem ob rem male gestam ex Sicilia revocaverat, quum insuper tristis de Juniana clade nuncius advenisset, in classe quidem spem habere desiit: ceterum ad bellum terrestri Marte prosequendum animum consiliumque strenue advertit. Et Lilybaei quidem obsidionem solvi non est visum: sed datum idoneis hominibus negotium, ut necessaria exercitui justo tempore subveherentur. Spem faciebat, quod uti mari Poenus, ita Romanus terra plus poterat, totamque ferme Siciliam deditione aut foederibus complectebatur. Sed neque consules ejus anni placebant, neque consulari imperio, quod isti contemptu religionum profanassent, (nam et L. Junius contra auspicia navigasse dicebatur) res putabatur feliciter geri posse. Igitur ad rem novam et inusitatam ventum, uti dictator diceretur, qui in Siciliam iret, quum ad eam diem extra Italiam nemo ea potestate praeditus exercitum duxisset.

Lilybaei obsidionem urgent.

Dictatorem in Siciliam mittunt.

XXIX. Mira eo tempore et prope incredibilis P. Clodii consulis insolentia fuit. jussus a senatu dictatorem dicere, tamquam parum in patriam deliquisset tantae cladis auctor, nisi dignitatem etiam imperii contumelia et derisu macularet, M. Claudium Gliciam dixit, scribam aut viatorem suum. Tum vero, coorta

Cap. XXVII. Oros. 4, 10. Polyb. Diodorus. Eutrop. l. 2. Cap. XXVIII. Liv. Epit. 19. Polyb. Cic. de Nat. Deorum, 2, 3. et de Divin. 1, 16. et 2, 33. Liv. Epit. 19. Cap. XXIX. Suet. in Tib. c. 2. Fasti Capit. Polyb. 1, 52.

Digitized by Google

merito in eum indignatione omnium, coactus abdicare, ac in populi judicium adductus est. Condemnatum auctores, quos Cicero vidit, retulere, sed apud alios adnotatum est, illum, haud dubia jam populi voluntate, casu ereptum esse imminenti damnationi, quum subito coortus imber comitia diremisset: tum enim, velut quaestionem interpellantibus Diis, aliam deinceps institui non placuisse. Ceterum Glicias, quod ultimae sortis hominem in maximo imperio conspici pudor civitatis non ferebat, coactus abdicare, ludos tamen postea praetextatus spectavit. In ejus locum dictator creatus est A. Atilius A. F. C. N. Calatinus, dixitque magistrum equitum L. Caecilium L. F. C. N. Metellum, qui de Poenis triumphaverat. Hi profecti quidem sunt in Siciliam, sed rem memorabilem nullam gesserunt.

U. c. 504. *P. Clodii judicium.*

XXX. Interea L. Junius, anxius rerum suarum, et naufragii culpam egregio facinore abolere studens, quum in omnes occasiones intentus esset, Erycis obcupandi viam proditione nocturna quorumdam, quos donis et promissis suos fecerat, invenit. Eryx mons est Siciliae post Aetnam editissimus in ea parte insulae, quae Italiam respicit, medio ferme inter Drepana et Panormum situ, sed ab illa parte asperior. In vertice planitiem habet cum templo Veneris, quam ex loco *Erycinam* vocant, longe omnium, quae in Sicilia sunt, opulentissimo. Sub ipsum deinde cacumen in medio montis urbs est cognominis, accessu valde difficili, qui a radicibus montis, per longas et angustas semitas, non citra laborem expeditur. Igitur L. Junius, loci natura perspecta, tum in summo montis jugo, tum in faucibus, quae Drepana spectant, praesidia constituit, tutus loco, et, si incesseretur, vim hostium levi negotio propulsaturus. sed et Aegithallum muro cinxit, firmavitque praesidiaria manu militum octingentorum. Ceterum Carthalo, noctu expositis ibi copiis, castellum expugnavit. praesidiarii partim occisi captive, partim ad Erycem perfugerunt. Cetera de L. Junii rebus incerta sunt apud scriptores. quidam enim a Carthalone captum Aegithalli, alii metu accusationis ob classem amissam sibi necem consciviſse prodiderunt.

L. Junius Erycem occupat.

Erycis descriptio.

De L. Junio diversae opiniones.

Cap. XXIX. Cic. de Nat. Deor. et de Div. Val. Max. 8, 1, 4. Liv. Epit. 19. Fasti Capit. Plin. 7, 43. Zonaras. Dio. l. 36. in Orat. Catuli. Cap. XXX. Polyb. 1, 55. Diod. Eclog. l. 24. Polyb. Diodor. Zonaras. Cic. ubi supra: et Val. Max. 1, 4, 3.

Digitized by Google

U. c. 504. *Itemque de ludis secularibus.*

XXXI. Neque minus de secularibus ludis ambigitur, tumne potius tertium celebrati fuerint, an quartodecimo post anno, P. Cornelio Lentulo, C. Licinio Varo consulibus. Credibilius tamen arbitror, hoc anno factos, incitante etiam ex tot cladibus metu, et spe meliorum temporum, si religiones diligentius colerentur. Fertilis hic annus fuit, oleique librae duodenae singulis assibus veniere. Interea quum dictaturae vel tempus effluxisset, vel abdicata per Calatinum potestas esset, magistratum inierunt C. Aurelius L. F. C. N. Cotta, P. Servilius Q. F. Cn. N. Geminus, iterum uterque consules. Hi res in Sicilia satis prospere gesserunt, citra tamen magnae aut victoriae, aut utilitatis gloriam. Coërcuerunt sane Poenos, Lilybaeum et Drepanum tenentes, ne tam aut frequenter, aut late auderent excurrere; et quae in locis a mari remotioribus praesidia habuerant, receperunt.

U. c. 505. C. Aurelio II. P. Servilio II. coss.

C. Aurelii, P. Servilii gesta in Sicilia.

Carthalo Italicam oram vastat.

XXXII. Adversus hos Carthalo, quum multa conatus frustra esset, consilium Italicae orae vastandae cepit: ut hoc tumultu consules a rebus Siculis distraheret, aut, si auxilio venire suis neglexissent, occasione temporum ad populandos agros urbesque capiendas uteretur. Ceterum ne hic quidem fortuna coeptis adfuit. Missus enim ad prohibendas sociorum injurias cum urbano milite praetor, de successu consilii sui desperantem redire in Siciliam compulit. Ubi quum mercenarius miles seditionem excitasset, quod stipendia non solvebantur; multos ex eo numero in desertis insulis exposuit, multos ad poenam remisit Carthaginem. quam rem aegre ferentibus reliquis, adeo sunt exasperati animi, ut manifesta defectio omnium, et ex eo novi belli materia timeretur. Sed in tempore Hamilcar, successor Carthaloni datus, advenit: tumultuantesque noctu adortus, alios occidit, alios demersit mari; ceteros, veniam petentes, in gratiam concordiamque recepit. Hic est ille Barcae cognomento notus Hamilcar, quo meliorem ducem Carthago non habuit, futurus incomparabilis, nisi Hannibalem genuisset.

Hamilcar magnus in Siciliam venit.

XXXIII. Ex eo tempore durius Romanis bellum fieri coepit. Statim enim, sedato mercenariorum motu, cum classe ad Italiam devastandam profectus Hamil-

Cap. XXXI. Censorin. de die natali, c. 17. Aug. de Civ. Dei, 3, 18. Plin. 15, 1. Fasti Capit. Zonaras. Cap. XXXII. Diod. apud Vales. libb. 23, et 24. Cap. XXXIII. Zonaras.

Digitized by Google

car, Locrensium et Bruttiorum agros late populatus est. At Romani, quum Hieronis Syracusani regis in eos constans fides et magna exstarent merita, remisso tributo annuo, quod priori foedere pepigerant, perpetuam cum eo societatem amicitiamque sanciverunt. Interim Hamilcar, ex Italia reversus, in finibus Panormitanis exscensione facta, inter Panormum et Erycem castris locum cepit natura munitissimum. Epiercte vocatur mons, omni ex parte abruptus, qui ex circumfusa regione in magnam altitudinem se erigit, non tenui fastigio, sed spatium centum plus minus stadiorum complexo: quae tota regio pecori alendo frugibusque serendis aptissima est, ut quae, marinis flatibus opportune adversa, pestiferis animalibus omnibus vacat. Ibidem verruca quaedam adsurgit, quae et arcis vicem, et speculae in circumjectos campos obtinere queat. Adjacet portus perquam aptus Drepano aut Lilybaeo Italiam petituris, cum aqua dulci copiosa. Tribus omnino viis iste mons adiri potest: a terra duo sunt aditus, unus a mari, sed omnes impediti et perdifficiles.

U. c. 505. *Locrenses et Bruttios populatur.*

Epiercten castris occupat.

Situs valde opportunus.

XXXIV. Hic castra locavit Hamilcar audaci plane consilio, quum, urbem sociam habens omnino nullam, in medios hostes se demitteret: sed, munitione loci suaque virtute et peritia rei militaris confisus, plurimum negotii Romanis exhibuit, Carthaginiensiumque res valde confirmavit, quae jam etiam domi satis prospere ire coeperant. Namque Poenorum alius dux Hanno, cui cum Hamilcare virtutis erat aemulatio, gloriae parandae caussa, simul ut militem citra sumptum civitatis ex hostico aleret, belloque exerceret, Libyae parti, quae circa Hecatonpylon est, arma intulerat; et, urbe potitus, obsidum tria millia Carthaginem deduxerat.

Hanno prospere res in Africa gerit.

XXXV. Neque tamen usquequaque res eis laetae eo tempore fuere. Quippe, L. Caecilio L. F. C. N. Metello secundum, Num. Fabio M. F. M. N. Buteone consulibus, privatorum opibus parata classis Africam vastavit. quamquam enim senatus iterum abstinere mari decreverat, civibus tamen id postulantibus navigandi potestatem fecit: ea conditione, ut naves ex publico

U. c. 506. L. Caecilio II. Num Fabio coss.

Romani privatis permittunt navigationem.

Cap. XXXIII. Oros. 4, 10. Polyb. 1, 56. Zonaras. Appian. apud Fulv. Ursin. Polyb. Barclaji Argenis, l. 2. init. Polyb. Cap. XXXIV. Diod. apud Vales. l. 24. Polyb. 1, 73. Cap. XXXV. Diod. Zonaras.

Digitized by Google

U. c. 506. *Africa vastatur.*

acceptas restituerent, praedam servarent sibi. Sic facta classis non contemnenda, litoribus Africanis multum terroris damnique intulit. sed et Hipponem Regium, urbem non e vilissimis, adorti, naves Hipponensium et aedificia multa igne consumpserunt. Regressuri deinde, quum exitum portus catenis clausum reperissent, ex magno periculo salutem sibi arte et consilio pepererunt. Incitatis enim navibus, quum prorae catenam prope jam contingerent, universi in puppes navium recesserunt: sic levatae onere prorae catenas facile superarunt. hoc facto contulerunt se omnes in proras, hisque depressis effecerunt, ut puppes itidem supra catenas lapsae liberi cursus facultatem periclitantibus redderent. Sic ingenti metu liberati, paullo post apud Panormum cum Punicis navibus prosperam pugnam fecere.

Lilybaei et Drepani obsidio.

Hamilcar ad defendendum Drepanum accurrit.

XXXVI. Consules autem Romani, divisis belli muniis, L. Metellus Lilybaeum, Num. Fabius Drepanum obsidebant. Adjacet Drepano austrum versus insula, sive scopulus verius est, quem Peliadem insulam Graeci, nos Columbariam appellamus. hanc, occiso praesidio Punico, per suos milites noctu consul occupavit. Neque distulit Hamilcar, qui ad defendendum Drepanum adcurrerat, orta luce ad locum recuperandum egredi. Quo animadverso, consul, quum suis opem ferre non posset, tota vi Drepanum obpugnare instituit. Sic retracto Hamilcare, tenuit insulam, eaque deinceps ad obsessos acrius infestandos usus est. jactis enim molibus continenti eam adnexuit: et, quoniam illa parte infirmiora urbis erant moenia, operibus excitatis obpugnationem inde est orsus.

Saepissime cum Romanis dimicat.

XXXVII. Sed pugnas, Hamilcari cum his et sequentium annorum consulibus pugnatas, neque ob frequentiam posse describi, neque ob similitudinem casuum debere, Polybius censuit: quum triennio fere continuo Epierctae castra habens, cum Romanis ducibus, maxime postquam illi, castris ante Panormum locatis, vix quinque stadiorum intervallum inter se et hostem reliquissent, propemodum quotidiana proelia fecerit. neque enim aut quietae res esse poterant, quum collata castris castra essent; neque rursum ad universae dimicationis discrimen ventum est. multa enim prohibebant:

Cap. XXXVI. Cluver. Sicil. Ant. 2, 1. Zonar. Cap. XXXVII. Polyb. 1, 57.

Digitized by Google

bebant: praecipue quod pari copiarum firmitudine, locorumque munitionibus, etiam qui in proelio inferiores fuerant, vicinitate castrorum protegerentur. ita fiebat, ut inter pugnandum semper aliqui caderent: acie semel inclinata, tutus ad munimenta receptus esset. Ceterum eodem anno, quo Drepana obsessa sunt, non Sicula modo, sed etiam Italica litora Carthaginiensium classes infestarunt. et ipse Hamilcar depraedando, quidquid adiri poterat, maritimam Italiae oram ad Cumanos usque fines pervastavit. U. c. 506. *Maritimam Italiae oram pervastat.*

XXXVIII. His incursionibus et Siculis pugnis quum multi Romanorum civium in servitute apud hostes essent, duces Romani cum Poenis pacti sunt, ut captivi permutarentur: utra pars plures accepisset, argenti pondo bina et selibras in capita daret. Plures quum recepissent Poeni, quam reddidissent, pecuniam ex pacto pependerunt. Duas hoc anno colonias in Italia deductas invenio, Aesulum et Alsium. Lustrum item Romae conditum duodequadragesimum ab A. Atilio A. F. C. N. Calatino, A. Manlio T. F. T. N. Torquato Attico, censoribus. Censa sunt civium capita ducenta quinquaginta unum millia, ducenta viginti duo: quum superiore lustro paullo minus trecenta millia censa fuissent.. tantam civium multitudinem eo tempore bellum et naufragia consumpserunt. *Captivi permutantur.* *Conservum Romae civium numerus.*

XXXIX. Nec ideo segnius subpleti exercitus Siculi, M? Otacilio C. F. M? N. Crasso iterum, M. Fabio C. F. M. N. Licino consulibus deducentibus. Hi laboriosam quidem et exercitam militiam habuere: verumtamen, quia locorum, quae praeceperat, opportunitatibus emovere Hamilcarem nequiverant, nihil memoria dignum gessere. quod sequentibus etiam aliquot Romanis consulibus accidit ob idem incommodum, et quia repentini duces, adversus perpetuum veteremque delecti, plus propemodum temporis in apparatibus, et locorum situ, militum voluntate, statuque belli cognoscendo consumere cogebantur, quam ad res gerendas superabat. Quo etiam consilio factum videtur illo anno, ut, quum instaret comitiorum tempus, dictatorem potius dici placeret, quam consulum alterutrum ex Sicilia evocari. dictus est Ti. Coruncanius Ti. F. Ti. U. c. 507. M. Otacilio II. M. Fabio coss. *Laboriosa et infructuosa contra Hamilcarem militia.*

Cap. XXXVII. Zonaras. Polyb. 1, 56. Cap. XXXVIII. Liv. 22, 23. Zonaras. Vellejus, 1, 14. Fasti Capit. Liv. Epit. 19. Cap. XXXIX. Zonaras. Fasti Capit.

Digitized by Google

U. c. 507. N. comitiorum habendorum caussa. is magistrum equitum M. Fulvium Q. F. M. N. Flaccum dixit.

Claudiae Appii F. dies dicitur.

XL. Interea duo tribuni plebis C. Fundanius et Ti. Sempronius Claudiae, Ap. Caeci filiae, diem ad populum dixerunt, quod a ludis rediens, quum turba premeretur, in conferta multitudine aegre procedente carpento, vocem miserat impii voti; *Utinam frater meus revivisceret, iterumque classem duceret!* Nulla fere nobilis Romae domus erat, quin Claudiam gentem propinqua cognatione aut adfinitate contigeret. Itaque non deerant, qui ream tuerentur, claritatem familiae, patris Appii merita, fragilitatem sexus obtendentes. *inauditum esse, feminas ad judicium populi vocari. neque satis gravem caussam, cur a Claudia mos novus inciperet, quae, nullo aut consilio aut facto majestate populi Romani deminuta, tantum intra verba peccavisset.* Adversum quae duo tribuni plebis ita differuere: *Quam impiam, quamque detestabilem vocem Claudia jecerit, non ignoratis, Quirites. neque enim testimoniis opus est, confitente rea: neque etiam illa negare, si vellet, posset, quod palam in publico, non Jovem, quum sub dio haec diceret, non multitudinem ipsam civium, quam incusabat, reverita, effudit. Quorsum igitur, quum de crimine constet, de poena dubitamus? Parumne diligenter legibus cautum est? An nos, verba legum numerantes, mentem earum circumveniri patimur? Feminam hoc judicio peti, novum esse contendunt. Esto: novum enim etiam est, feminam hoc pacto delinquere: necdum enim ullam tanta improbitate mulierem urbs nostra tulerat.*

Claudiae gentis nobilitas.

Tribunorum pl. oratio contra Claudiam.

XLI. *Atque utinam ne nunc quidem novum exemplum statui opus esset! Mallemus profecto nullis delictis quietam ac veluti conditam legum aciem pati, quam adversus nocentes, utili quidem, sed tamen acerbo rigore, destringere. Ceterum civitati stare volenti necessaria legum est custodia: quas utique minime deberent subvertere, qui reipublicae notrae principes et columina haberi volunt. Quos profecto juris omnis peritissimos latere non potest, quum pluribus in legibus nulla sit expressa mulierum mentio, verbo si quis, et similibus, non minus illum sexum, quam masculinum, contineri. Quid igitur mirum, si leges, quae de majestate latae sunt, ad utrumvis sexum pertinere credimus, quum exemplo sit isthaec Claudia, ab utrovis in eas peccari posse? Sed elevant illi rem, parvumque videri delictum volunt, quod ultra verba non processisset. Hoc enim re-*

Cap. XL. A. Gell. 10, 6. Liv. Epit. 19. Suet. in Tib. c. 2. Val. Max. 8, 1, 4. Sueton. L. 29. et seq. ff. de Legibus, lib. 1. tit. 3. Cap. XLI. L. 1. ff. de V. S. lib. 50. tit. 16.

Digitized by Google

stabat, ut conatum, studium, facta conjungeret, cum Poenis consilia sociaret, centuriaret homines, armaret servitia, occuparet Capitolium, et pestem, quam civibus verbo voverat, opere quoque ipso et manu inferret? U. c. 507.

XLII. *Atqui legibus profecto non facta magis, quam consilium et animus patrantis, puniuntur. neque enim, si quid furiosus aut infans nocuit, jure adversus eum prodita est actio. animi vero cujusque multis in caussis non minus certa ex verbis, quam ex operibus, indicia petuntur. Quae sic optat, quid faceret, si facere, quod optet, in ejus manu esset? Quod si aliorum quoque hominum judicia non contemnimus, (cur autem contemnamus?) etiam alibi pro scelere habitum vindicatumque est impium votum. Athenis, quae Graeciae civitas prae ceteris sapientiae laudibus clara habetur, damnatus est, qui magnum lucrum optaverat, quum necessaria funeribus curandis venderet: quod consequi posse non videbatur, nisi multi mortales interissent. Et tamen illis in verbis locum habere poterat mitior interpretatio. haec non ambigue, neque perplexe, exitium civibus, cladem exercitui, calamitatem reipublicae optavit.* Utinam frater meus revivisceret! *votum improbum, etiam si fratris caussa sic optavisset.* *Impium votum pro scelere damnatur.*

XLIII. *Cur enim illi reddenda vita esset, cujus opera tot civium millibus erepta est? Qui rempublicam non minus per superbiam despexit, quam per temeritatem adflixerat? Qui praedamnatus omnium hominum sententiis, non infamiam ejus judicii, sed poenam casu effugit? Hunc tu, si saperes, optares reviviscere! Cujus si memoriam eodem tumulo potuisses obruere, quo cineres ejus teguntur, nihil antiquius habere debuisses. Quemadmodum enim fratrum egregiorum fama aliae matronae non inepte gloriantur, ita tibi hic pudori esset, si quidquam apud te pudoris remaneret. Sed ignoscamus feminae nobili, si fratrem stulte fortassis, sed tamen pie, desideravit. immo absolvite eam, si tam insolens ineptumque votum, quam caussa optandi abominabilis fuit. Cur enim voluisti fratrem reviviscere? Ut adspectus propinqui hominis te recrearet? Ut opera ejus utilitati, auctoritas praesidio, honores ornamento essent? Nihil horum. Quid igitur?* Ut iterum classem duceret. *Hoc enim erat, o scelestissimum caput, cur, quantum in te fuit, suscitare mortuos, naturam in ordinem cogere, inferorum refringere claustra cupivisti, ut reperires, per quem periremus?* *P. Clodii superbia et temeritas.*

XLIV. *Haec est, Quirites, cujus misereri vos jubent, qui, dum bonos se propinquos probant, vix satis cavent, ne mali cives habeantur. Et tamen intercedit nemo, quin ipsorum arbitratu misereamini, si cujusquam vestrum illa miserta est. Sin vero aliis interitum, aliis luctum et*

Cap. XLII. Sen. de Benef. 6, 38.

Digitized by Google

U. c. 507. *orbitatem, omnibus calamitatem, cladem, pestem imprecata est: tam inepta mansuetudine quisquam erit, ut animum tam hostilem, tam infensum, tam inhumanum ulla misericordia dignum existimet? Nuper, quum lustro confecto civium numerum censores edidissent, qui geminus hominum, quanta moestitia fuit? Quamquam multa prospere per annos istos evenerant, vix tamen bonis viris satis salva videbatur respublica, quae minus nunc civium numeraret, quam superiore lustro habuisset. At haec illorum jactura, qui periere, nihil movetur: hoc dolet, quod aliqui superfuerunt. nimiam Romae turbam esse queritur: reviviscere optat eum ipsum, cujus maxime culpa superioris census rationes decrevere.*

Civium Rom. numerus imminutus.

Majoribus quid tribuendum.

XLV. *Sed ipsa quidem mulier indigna est misericordia vestra: ceterum, si quid peccavit, majoribus ejus et patri condonabitis. Hoc igitur jus in civitate nostra statuemus, ut, si quis patriae quoquo modo profuisse dicatur, ejus posteri possint eamdem illam patriam impune laedere? Minime profecto sic sensere majores nostri, qui M. Manlium de saxo dejecerunt, quum Capitolium, ultimam tum spem Romani generis, non pater ipsius, aut avus, aut progenitorum aliquis, sed ipse servavisset. Non debebat quidem adjutae reipublicae praemium uberius quaeri, quam facti conscientia. sed tamen, si qua bonam ei operam Ap. Claudius praestitit, mercedem abunde recepit, locupletatus opibus, satiatus honoribus, quibus ad ultimam usque senectutem perviguit.*

Claudiae domus injuriae in plebem Romanam.

Ap. Claudii facta parum popularia.

Claudius Decemvir.

XLVI. *Quamquam fortasse satius fuisset Appii et superiorum Claudiorum mentionem praetermittere, quam admonere vos injuriarum, quas domus illa, ab extrema origine minime popularis, atroces vobis saepe et acerbas intulit. Quem enim Appium vos meminisse volunt? Aliumne, quam illum, qui semper commodis vestris inimico animo adversatus est; qui potius cum exercitu perire voluit, quam a plebejo consule, collega suo, servari; qui censuram ultra legitimum tempus gerere invitis ordinibus omnibus perseveravit? Si jam placet, ulterius merita Claudiae gentis populo Romano exprobrent, et ad decemviralia usque tempora procedant, vel ad ultimam usque generis istius originem. Reperiant profecto potius, quomodo superbia et contumacia mulierem istam majoribus suis similem esse ostendant, quam ut illorum in gratiam huic parcendum esse demonstrent.*

XLVII. *Quid igitur caussae, cur haec mulier impune peccare debeat, vel isti adtulerunt, vel adferre quisquam potest? Nisi forte metuitur, ne tam salutaris exempli feminam ex civitate nostra amittamus. Quod si vos etiam veremini, Quirites, retinete, retinete hanc Claudiam, ut, quum matronae nostrae dubiis reipublicae temporibus ad pulvinaria Deorum supplicatum ibunt, illarum pia vota contrariis votis haec moretur: ut, quum illae salutem militibus vestris, haec exitium optet; illae*

Digitized by Google

incolumes videre, haec audire oppressos, concisos, trucidatos voveat; illae sollicitent Deos, ne multi in bello pereant, haec incuset, si multi revertantur. Retinete mulierem, quae, sicut aliae matronae clarorum virorum aemulatione liberos propinquosque solent ad virtutem, ad amorem patriae, ad caritatem civium incendere, suos exemplo P. Claudii pugnare temere, fugere turpiter, cives sceleste perdere, rempublicam contumeliose despicere doceat; haec ab infantia meditanda proponat nobilibus pueris; haec imitanda adolescentibus: sic imbuantur, quibus classes vestras, quibus exercitus commissuri estis. Talia quum ultro citroque jactata essent, missus in suffragium populus damnavit ream, mulctaque ei dicta est aeris gravis quinque et viginti millia. Ex hac aliaque mulctatia pecunia Ti. Sempronius aedilis aedem Libertatis in Aventino fecit dedicavitque. U. c. 507. *Claudia damnatur.*

XLVIII. M. deinde Fabius M. F. M. N. Buteo, C. Atilius A. F. A. N. Bulbus consulatum ineunt. Coloni tum deducti Fregenas, urbem Etruriae maritimam, ad nonum lapidem ab Alsio, colonia ante biennium deducta. Pugnatum his consulibus est navali proelio magno apud Aegimurum, neutris laeto exitu. quippe magnum et hominum et navium numerum perdidere Poeni: victrix Romanorum classis ex hoste parta ingentia spolia vi tempestatum amisit. In Sicilia pari et consilio et fortuna res gestae, quam superiore anno factum fuerat: difficili consulibus bello non magis ob asperitatem locorum, quam ob Hamilcaris ingenium, qui, sicut in audaciam promptus, ita ad artes belli callidissimus erat. Quibus rebus illo tempore Romanos ita sustinuit, ut non modo loca, quae ceperat, tutaretur, hostiumque socios in Sicilia Italiaeque ora incursaret; sed etiam in alia intentus, ruentem rem Punicam ubique fulciret, industrius idem, et cum animi firmitudine consilii ex tempore capiendi artifex. Itaque Lilybaetanos, qui terra maxime premebantur, inopia et metu liberare cupiens, partem classis, ut Lilybaeum petentem, in alto jussit obversari. cujus ad conspectum quum Romani evolassent, ipse cum navibus, quas ad hoc in loco, unde conspici nequiverant, occultas habuerat, portum occupavit, obsessosque praesentia sua et rerum necessariarum invecta copia magnam in spem alacritatemque erexit. U. c. 508. M. Fabio, C. Atilio coss. *Fregenae colonia. Navale proelium apud Aegimurum. Hamilcar Lilybaetanos rebus necessariis instruit.*

XLIX. Quum ad hunc modum tempus in Sicilia bellando extraheretur, consules A. Manlius T. F. T. N. U. c. 509. A. Manlio, C. Sem-

Cap. XLVII. A. Gell. 10, 6. Liv. 24, 16. Cap. XLVIII. Liv. Epit. 19. Vellejus, 1, 14. Flor. 2, 2. Frontin. Strateg. 3, 10.

Digitized by Google

U. c. 509. pronio II. coss.

Bellum in Sicilia adstrictius.

Torquatus Atticus, C. Sempronius Ti. F. Ti. N. Blaesus iterum, ad exercitus venerunt. Sub id tempus non tam commutata, quam magis adstricta, ejus belli ratio est. Romani, uti paullo ante narravimus, supra Erycem urbem in summo monte praesidium collocaverant; aliud itidem infra urbem in radice montis. munitio praeterea situsque loci, quum custodiae tales accederent, facile efficiebant, ne quid ei urbi metuendum videretur. Sed audacia Hamilcaris, nihil homini impervium esse passa, quod adgredi libuisset, rem tantam brevissimo tempore perfecit. Ille enim, noctu cum copiis adpulsus, et adscensum stadiorum triginta silentio emensus, quum ipse ante agmen suorum princeps incederet, nec opinantes oppressit: majorique parte eorum, qui in urbe reperti fuerant, interfecta, ceteros Drepanum amandavit.

Hamilcar Erycinam urbem occupat.

L. Ex eo tempore mira facies rerum et valde severa militia fuit. Nam Hamilcar, inter duo praesidia hostium medius, ab inferiore obsidebatur, quum ipse vicissim superius obsideret: Romanique pariter Poenique, toleratis laboribus et periculis incredibilibus, quum in tanta vicinia castrorum nulla non dies modo, sed ne hora quidem, aut discrimine proelii, aut metu vacaret, fortissimorum virorum opera per proximum ferme biennium ediderunt: non fessi cedentesque invicem, neque sua aut victoria aut clade dirempti, sed ad extremum pares invictique, et navali interim pugna decreto bello. Iisdem consulibus Brundisium in agro Sallentino colonia deducta est, vicesimum post annum, quam in deditionem regiones istae venerant. Sub idem tempus Ti. Coruncanio, qui primus ex plebe pontificatum maximum gesserat, in extrema senecta mortuo, L. Caecilius Metellus in locum ejus factus est.

Romanorum pariter et Poenorum in Sicilia virtus.

U. c. 510. C. Fundanio, C. Sulpicio coss.

Galli mercenarii ad Romanos transfugiunt.

LI. Interea consulatus Romae C. Fundanio C. F. Q. N. Fundulo, C. Sulpicio C. F. Ser. N. Gallo mandatur. Tum quoque pari forma et fortuna, ut hactenus, bellum cum Hamilcare gestum est: nisi quod Gallorum mercenaria manus aliique nonnulli, qui Poenis militaverant, ob stipendia non soluta injuriasque alias Erycinam urbem Romanis conati prodere, (ibi enim praesidium agitabant) postquam consilium inritum fuit,

Cap. XLIX. Polyb. 1, 58. Diod. Eclog. l. 24. Cap. L. Polyb. Vellejus 1, 14. et Liv. Epit. 19. Ὀλυμπ. ἀναγρ. Pighius ad annum 510. ex Ciceronis Catone. Cap. LI. Zonaras. Polyb. 2, 7. Polyb. 1, 77. Zonaras.

Digitized by Google

ad consules transfugerunt: primique exterorum ab Romanis in commilitium adsciti sunt. Sic auctis viribus, tamen pedestri exercitu finem bello imponere non poterant, obsistente cumprimis Hamilcaris audacia, qui neque decipi dolis, neque domari viribus patiebatur. Ergo denuo reditum est ad classis instaurandae consilia, marisque repetundi: nec enim aliter posse Carthaginienses prohiberi Sicilia, quam si maris usum perdidissent: spemque non vulgarem fecerant res superioribus annis privatorum ausu bene gestae. Sed pecunia deerat, inani dudum aerario, et sumptus tam diuturni belli male sustinente. U. c. 510. *Aerario subveniunt privati.*

LII. Tum vero Romani mores laboranti reipublicae tempestivo auxilio subvenere. Quippe tanta fuit senatorum eo tempore generositas, ut in publico discrimine privatis opibus puderet parcere, plusque statim pecuniae reperiretur, quam ad inpensam classis opus esset. nam ex ditissimis singuli, aliorum bini ternive, ut facultates erant, quinqueremem unam cum armamentis omnibus justoque remigio praestandam suscipiebant, ea lege, ut, republica meliorem in statum reversa, sua cuique pecunia restitueretur. Hac cura consilioque quinqueremes ducentae comparatae sunt, quas ad exemplum navis, quae Hannibalis Rhodii fuerat, fabricandas curaverunt. Magna inde exspectatio fuit, certis hominum animis, quod ad extrema remedia ventum esset, hac classe de summa belli necessario decoretum iri. *Classis comparatur. Magna cum exspectatione hominum.*

LIII. Dum haec ita fiunt, consulatum C. Lutatius C. F. C. N. Catulus, A. Postumius A. F. L. N. Albinus inivere. Flaminium Martiale A. Postumius habebat: eoque provinciam sortiri cupientem L. Caecilius Metellus pontifex maximus dicta multa prohibuit, negans fas esse flamini a sacris recedere. cujus facti posterioribus quoque temporibus probata ratio est. Aliud in tuenda religione patria exemplum iisdem temporibus senatus edidit, vetito C. Lutatio consule Praenestinas sortes consulere, peregrinisve auspiciis in administranda republica uti. Tum ad belli curam conversis animis, quia neque salvis religionibus ambo consules proficisci posse, neque unus tanto oneri suffecturus videbatur, alterum ex praetoribus, quum eo primum U. c. 511. C. Lutatio, A. Postumio coss. *Flaminem a sacris recedere vetat pont. max.* *Praetor cum consu-*

Cap. LI. Polyb. 1, 59. Cap. LIII. Liv. Epit. 19. Tac. 3. Ann. 71. Val. Max. 1, 1, 2. Cic. Phil. 11, 8. Val. Max. 1, 3, 1. Liv. Epit. 19.

Digitized by Google

U. c. 511. *Ile in Siciliam mittitur.*

anno creari duo coepissent, cum C. Lutatio proficisci placuit. ea provincia Q. Valerio Faltoni obvenit. Hi, quum omnes et publicas et privatorum naves studiose collegissent, numero circiter trecentarum expleto, cum pontonibus aliisque navigiis septingentis, Siciliam, statim atque remisit hiems, petivere.

C. Lutatii progressus.

LIV. Venientibus confestim Lilybaetanus Drepanitanusque portus patuerunt. quippe hostes, nulla suspicione classis ex Italia venturae, cum omnibus suis navibus in Africam regressi fuerant. Hoc tam prospero rerum initio consul animatus, quum et suopte ingenio impiger et ad res gerendas incitatus esset, Drepana operibus factis obsedit: neque eo segnius ad proelium navale, quod instare praevidebat, classiarios milites quotidie exercuit eo successu, ut, quos rudes fere maritimorum casuum adduxerat, ii satis jam ad quodlibet discrimen eruditi paratique viderentur. Inter haec, quum urbs Drepanitana terra marique obpugnaretur, jamque, muri parte dejecta, res Poenorum in summo periculo esset, consul, dum inter primores strenue pugnam ciet, grave vulnus in femore accepit: ejusque periculo perterrefacti milites, et ad saucium concurrentes, locum jam pene captum omisere.

Et vulnus.

Nova classis, Hanone duce, in Siciliam venit.

LV. Nondum usum pedis receperat, quum maxima Poenorum classis adesse nunciatur. Naves erant quadringentae, refertae commeatu, quem ad exercitum portabant, copiis praeterea militum permagnis, armorumque et pecuniae amplissimo numero Summae rerum Hanno praeerat, nobilis Poenus. hic magno studio id agebat, ut, Erycem adpulsus, onere levatas naves acceptis ab Hamilcare strenuis viris compleret, atque sic deinde cum Romana classe confligeret. Ceterum conceptum optime consilium C. Lutatii consulis circumspecta prudentia fregit. Is enim, victoriam in eo consistere reputans, si cum classe gravi suisque adparatibus impedita congrederetur, ante diem sextum Idus Martias, adsumpto in naves optimo quoque militum, ad Aegates insulas, contra Lilybaeum jacentes, progressus, Hannonem ab Hieronneso venientem conspexit. tum, gubernatores militesque hortatus, pugnam in diem sequentem indixit.

Eam consul aggredi statuit.

Cap. LIII. Zonaras. Eutrop. l. 2. Diod. Eclog. l. 24. Polyb. 1, 59. Cap. LIV. Zonaras. Oros. 4, 10. Cap. LV. Eutrop. Flor. 2, 2. Polyb. 1, 60. Liv. 22, 14. Eutrop. Diodor. Livius.

Digitized by Google

LVI. Ceterum, orta luce, rursum ambigua consultatio fuit, quod ventus hosti favens, Romanis adversus surrexerat. quare, jactatis utrimque momentis rationum, cum ventis et Hannone solo pugnare, classem onustam habente, satius visum, quam permittere, ut ille, navibus onere levatis, florem pedestris militiae, ipsumque adeo Hamilcarem, quo nihil eo tempore formidabilius habebatur, in certamen adduceret. Itaque, conspectis hostium navibus, quae pleno cursu iter suum prosequebantur, e portu progreditur, et, quo suis animum adderet, ipse, licet uti pede non posset, in praetoriam se deportendum curat. Poeni quoque, viam sibi interclusam cernentes, aciem instruunt, vi perrupturi. Sic utrimque signo dato acriter concurritur, per valetudinem C. Lutatii, quae vicibus eum suis fungi prohibebat, omnia imperatoris munia obeunte Q. Valerio. U. c. 511. *Acriter concurritur.*

LVII. Neque diu pugnatum est, quin appareret, utra ex parte futura esset victoria. Quippe graves et propemodum immobiles Poenorum naves arbitrio suo Romanae leves et expeditae adsultabant, ceteris etiam rebus omnibus longe superiores. quidquid enim hactenus infestum incommodumque fuerat, experientia docti mutaverant correxerantque. naves ad optimum exemplar fabricatae, onera pugnae inutilia diligenter amota, remiges exercitati validique, robur legionum, haudquaquam spernenda ad victoriam momenta, aderant. Contra Poenis gravia oneribus navigia, recens delecti remiges, et, ut in magna securitate, negligenter: neque enim Romanos mare retentaturos esse speraverant. Ergo, uti necessum erat in tam impari certamine, non longa victoriae mora fuit. Centum et viginti navibus amissis, quarum septuaginta cum ipsis hominibus (millia ferme decem erant) captae sunt, ceteri, percommode mutato inter pugnae tempus vento, Hieronnesum fuga evaserunt. *Romani vincunt.*

LVIII. Haec est illa nobilis Poenorum ad Aegates insulas clades, quemadmodum a Polybio maxime descripta est. nam alii scriptores captas naves tres et septuaginta, centum viginti quinque demersas, duo et triginta millia hominum capta, tredecim millia caesa retulerunt. Praeda fuit ingens, non in commeatu *Clades Poenorum ad Aegates.*

Cap. LVI. Polyb. Eutrop. Polyb. Val. Max. 2, 8, 2. Cap. LVII. Flor. Polyb. 1, 61. Flor. Polyb. Diodor. Polyb. Cap. LVIII. Eutrop. et Oros. 4, 10. Eutrop.

Digitized by Google

U. c. 511. modo et armis, sed etiam auro argentoque. Ex Romana classe naves interiere duodecim. Ferunt ab initio pugnae conspectam in coelo supra Romanas naves facem, Punicae classi velut infesta cuspide minitantem, praesagium eventus mox consequuti fecisse. Hanno, cum reliquis ex proelio navibus, praeter eas, quae Lilybaeum evaserant, Carthaginem revectus, poenas infelicitatis suae supplicio capitis luit. At C. Lutatius consul, ad Lilybaetanum exercitum profectus, donec percuratur vulnus, recensendis navibus hominibusque captivis, imperandoque quid de singulis fieri vellet, tempus inpendit. inde profectus ad Erycem cum Hamilcare proelium secundum fecit, duobus occisis Poenorum millibus.

Etiam Hamilcar vincitur.

LIX. At Carthaginienses, cognita cladis suae magnitudine, nondum quidem animi ad instaurandum bellum, sed jam vires et facultates deficiebant. neque enim Erycino exercitui subministrare necessaria poterant, mare tenentibus Romanis: neque, si hunc amisissent, alium aut militem aut ducem habebant, cui auderent confidere. Hac necessitate ad desperationem acti, miserunt ad Hamilcarem, potestatem ei deferentes agendi, quidquid e republica videretur. Neque ipse, quum hactenus optimi ducis officium fecisset, deteriorem patriae civem praestitit. Libratis enim rationibus omnibus, quum videret, omnia se expertum nullam amplius ad salutem civitatis suae viam, nisi per pacem, reperire, legatos ea de re ad consulem misit. Neque huic ingrata accidit pacis mentio. exeunte enim jam magistratu suo, nullam ampliorem sperare gloriam, quam finiti per se belli quavis ratione, poterat. eam vero gloriam ad successorem transmittere, quum sui operis esse videretur, inportunum inconsultumque judicabat. Movebatur etiam notis Romanae rei angustiis, et post labores continuos tot annorum aliquando rempublicam quiete refoveri oportere sentiebat.

Poeni summam belli pacisque Hamilcari deferunt.

Lutatius consul ad pacem inclinat.

Pacis leges.

LX. Itaque, conditionibus ultro citroque jactatis, convenit, *ut universa Sicilia Poeni excederent: bellum cum Hierone, Syracusanisque, et sociis eorum ne gererent: captivos omnes sine pretio confestim redderent, itemque transfugas: argenti puri talenta Euboïca bis mil-*

Cap. LVIII. Zonaras. Oros. Zonaras. Polyb. Oros. Cap. LIX. Polyb. Corn. Nepos in Hamilcare. Polyb. Corn. Nepos. Zonaras. Polyb. Cap. LX. Appian. apud Fulv. Ursin. Polyb.

Digitized by Google

le et ducenta per annos viginti aequis pensionibus penderent: socii utriusque populi ab utroque tuti forent: neutri in alterius ditione quidquam imperandi publicevè inaedificandi, militisve inde conducendi jus esset: neque alterius populi socios alter in amicitiam et societatem admitteret. Additum est, *haec ita rata fore, si populus Romanus jussisset.* At, ut arma, qui Erycem tenebant, traderent, quamquam a consule postulatum fuerat, obtineri non potuit: quum Hamilcar, *prius et patriam, et se oblaturum exitio*, diceret, *quam tantam adiret ignominiam.* Illam tamen conditionem, *ut, in capita duodevicenis denariis praestitis, ab Eryce emitteretur*, accepit. U. c. 511. *Hamilcar arma tradere recusat.*

LXI. Missi deinde Romam et a consule et a Poenis legati, qui de pacis initae legibus senatum populumque Romanum edocerent. Non probavit pacem populus: sed decem legatos ad res inspiciendas mitti jussit, iisque reversis intendit conditiones; *ut mille talenta statim, deinde proximo decennio duo millia ducenta penderentur: ut, praeter Siciliam, omnibus insulis, quae inter hanc et Italiam essent, excederetur: neve longis navibus in Italiam aut Romani juris insulas navigarent Poeni; neque militem mercenarium ex iis conducerent.* Carthaginienses, dum pace potirentur, nihil recusavere. Hamilcar, statim deposito imperio, priusquam jurejurando pacta sancirentur, Lilybaeum, atque inde Carthaginem transmisit: quum, et consiliis et armis, ducum omnium, qui res eo bello gesserunt, haud dubie praestantissimum se exhibuisset. *Populus Rom. alias conditiones addit.*

LXII. Hoc maxime modo et gestum et confectum est bellum illud Carthaginiense primum; quod in quartum et vicesimum annum traxere varii casus, at atrocia utrimque damna, sed majora eorum, qui ad extremum vicerunt. Nam Punicas quidem quinqueremes circiter quingentas eo bello periisse tradunt, qui singularum cladium rationem inivere; Romanorum ad septingentas. quo maxime argumento Romanae constantiae robur apparuit; quod, nullis neque proeliorum adversis, neque temporum casibus fractum, vim hostium, impetum fortunae, taedium laboris, paupertatem aerarii pari patientia sustinuit vicitque. Post haec ad res Siciliae constituendas C. Lutatio Catulo, cujus *Belli Punici primi exitus.* *Damna utriusque populi eo bello.*

Cap. LX. Polyb. 1, 62. et 3, 29. Corn. Nepos. Liv. 21, 41. Cap. LXI. Zonaras. Polyb. 1, 63. Polyb. 3, 27. Polyb. 1, 63. et Auct. de vir. illustribus, in C. Lutat. Zonaras. Liv. Epit. 19. Polyb. 1, 66. Zonaras. Polyb. 1, 64. Cap. LXII. Polyb. 1, 63. Appian. apud Fulv. Ursin. Polyb.

Digitized by Google

U. c. 512. Q. Lutatio, A. Manlio coss.

annus jam exierat, prorogatum imperium est. ex novis consulibus eodem missus Q. Lutatius C. F. C. N. Cerco, Catuli frater, A. Manlii T. F. T. N. collega.

Poenorum sociis arma adimuntur.

Sicilia provincia fit.

LXIII. Hi provinciam ordinarunt, quietamque reddiderunt, omnibus turbarum caussis, quae ut ex tanto motu non paucae supererant, abolitis refectisque. Nam et Siculis, qui cum Hamilcare senserant, et Gallis, qui ab eo desciverant, arma adempta. Galli navibus impositi, et extra populi Romani ditionem abire jussi, quod, praeter alia facinora, quum in praesidio montis Erycis essent, templum Veneris spoliaverant. Siciliae vero urbibus tributa et portoria sunt imposita, pro facultatibus singularum: factaque provincia, quo praetor cum imperio annuo Roma mitteretur. Adfuere interea Romae Poenorum legati petentes, ut sibi captivos suos redimere liceret: redditique sunt senatusconsulto gratis, quotquot custodia publica adtinebantur: qui in privatorum manu essent, eos certa pecunia redimi placuit, cujus pars major jussu senatus ex aerario soluta est.

Ruina Romae ab inundatione Tiberis.

Incendium grave.

LXIV. At Romani populi laetitiam valde imminuerunt graves in urbe casus. Jam primum Tiberis amnis ultra solitum auctus, late stagnantibus aquis omnia inferiora urbis loca replevit. Multa tum aedificia primo adlabentis impetu prostrata sunt: et, quibus ista pestis pepercerat, exesis sensim fundamentis (per multos enim dies isthaec inundatio tenuit) recedente jam aqua vitium fecere. Sequutum est hanc calamitatem gravius ex igne damnum, qui noctu temere ortus, multasque urbis regiones pervagatus, domorum hominumque incredibilem numerum hausit: neque privatis cladibus contentus, omnia in circuitu fori devastavit. Ad extremum ipsa quoque aedes Vestae ardere coepit. Tum vero L. Caecilius pontifex maximus, sacra populi Romani et arcana imperii pignora periclitari videns, dignum loco suo animum gessit. Nam, in medios ignes insiliens, nulla sui cura, dum divinae res salvae essent, deserta a virginibus sacra ex incendio rapuit. Ipse, brachio semiustulatus, et exusta flammis oculorum acie, praeter solatium facti sui, praemium a populo Romano pulcherrimum accepit, ut, quoties in

Cap. LXIII. Zonaras. Polyb. 2, 7. Appian. Eutrop. l. 2. Cap. LXIV. Oros. 4, 10. Aug. de Civ. Dei, 3, 18. Oros. Val. Max. 1, 4, 4. Liv. Epit. 19. et Dionys. l. 2. Aug. et Oros. Plin. 6, 43.

Digitized by Google

senatum iret, curru veheretur ad curiam: quod ab condita urbe tributum nemini fuerat. U. c. 512.

LXV. Interea Q. Lutatius consul cum fratre Catulo et Q. Valerio propraetore, rebus in Sicilia constitutis, exercituque deportato, ad urbem redierant: decretosque sibi triumphos navales C. Lutatius Catulus ante diem quartum nonas Octobres, Q. Valerius ante diem pridie easdem Nonas, duxerant. Memorabile certamen inter duces istos de triumpho Q. Valerii fuit. Quum enim C. Lutatio haud dubie decretus triumphus esset, Q. Valerius, haud leviorem in eo negotio suam operam fuisse contendens, honore quoque pari haberi postulabat, quemadmodum societate periculi curaeque fuisset. Pugnabat contra Catulus, ne minor potestas majori in tribuendis honoribus aequaretur. Quum incaluisset certamen, sponsione Catulum provocavit Q. Valerius, *ni suo ductu Punica classis oppressa esset:* nec ille dubitavit restipulari. Delectus est arbiter Atilius Calatinus: qui, interrogato Valerio, *utrum in consultatione de pugna ineunda, si dissensissent, consulis an praetoris major futura fuisset auctoritas? itemque, si diversa habuissent auspicia, utra potius sequenda fuissent?* quum, *utrobique majus consulis, quam praetoris, jus futurum* Q. Valerius respondisset, non exspectato Catuli sermone, litem secundum illum dedit; quod controversia de imperio et auspicio inter eos fuisse videretur. Sed Q. Valerius, quamquam arbitri sententia victus, quum nota et celebris eo bello virtus ejus fuisset, nihilo secius triumphandi jus obtinuit. Censores eo anno C. Aurelius Cotta, M. Fabius Buteo lustrum undequadragesimum fecere. Censa sunt civium millia ducenta sexaginta. duabus adjectis tribubus, Velina et Quirina, numerus quinque et triginta tribuum, quem deinde retinuerunt, expletus est.

Lutatii et Valerii triumphi navalis.

Certamen inter Lutatium et Valerium.

Consulis major auctoritas, quam praetoris.

Civium censorum numerus.

LXVI. Quum jam, perdomita Sicilia, qua Poenorum fuerat, et pace cum Carthaginiensibus facta, non quieta modo omnia, sed etiam tuta viderentur; repentinum, unde minime timebatur, bellum paucis diebus et terrore motus intestini sollicitam, et admiratione celerrimi exitus stupentem Italiam habuit. Falisci, nescio quibus caussis ad insaniam conciti, arma Romana provocare sustinuerunt. Sed missi cum legionibus consules sextum intra diem confecere bellum, gente

Falisci bellum contra Romanos ciens.

Cap. LXV. Fasti Capit. Val. Max. 2, 18, 2. A. Gell. 13, 14. Val. Max. Pighii Annales. Euseb. num. 1772. Liv. Epit. 19. Cap. LXVI. Eutrop. l. 2. Liv. Epit. 19.

Digitized by Google

U. c. 512. in poteſtatem populi Romani redacta. Priore tamen proelio, nam duo facta traduntur, ambiguam victoriam fecere, peditatu superiores, quum equeſtri proelio vincerentur. Sed poſterius certamen, minime dubio Marte pugnatum, Faliscos ad pacem petendam compulit, quum suae juventutis ad millia quindecim amisissent.

Dediti multantur.

LXVII. Facta deditione, armis, equis, supellectile, servitiis, et agri semiſſe multati sunt: urbs, cujus munitionibus confisi bellum coeperant, ex arduo et praerupto loco in planum translata. Severius in deditos conſulturus populus Romanus fuerat, odio civitatis, quae toties rebellaverat, acrem vindictam meditans; sed imperavit irae, edoctus a Papirio, (qui juſſu conſulum sua manu deditionis formulam scripſerat) *Faliscos non potestati, sed fidei se Romanorum commisisse.* tantumque apud omnes sacroſanctum *Fidei* nomen valuit, ut, *hoc interposito, nihil inclementius in victos statuendum esse,* judicarent. Id bellum effecit, ut triumphis conſulum annus iſte clauderetur. Q. Lutatius ante diem Kalendas Martias de Faliscis triumphavit: ante diem quartum nonas Martias de iisdem A. Manlius.

Sacrosanctum Fidei nomen.

Cap. LXVI. Polyb. 1, 65. Zonaras. Oros. 4, 11. Cap. LXVII. Zonar. Eutrop. Val. Max. 6, 5, 1. Faſti Capit.

Digitized by Google

EPITOME
LIBRI VIGESIMI.

Spoletium colonia deducta est. Adversus Ligures tunc primum exercitus promotus est. Sardi et Corsi, quum rebellassent, subacti sunt. Tuccia virgo Vestalis incesti damnata est. Bellum Illyriis, pro-

Spoletium colonia deducta] Vet. lib. *Spoletum*. Priscianus etiam ita dicendum esse contendit [2, 592.] SIG. *Spoletium* est in Epit. Aur. Vict. c. 31. et Auctore Histor. Miscellae in Aemiliano, qui locum Epit. Aur. Vict. descripsit. *Spolitium* habet Aethic. Cosmogr. p. 36. Geographus Ravenn. 4. p. 37. Itinerarium Antonini, et Hierosolym. Qui negant *Spoletum* scribendum esse, praecipuum sententiae suae fundamentum in eo ponunt, quod Graeci Σπολήτιον et Σπολίτιον scribunt. Sed hoc non tam firmum est, ut aliquantulum labefactari non possit. Nam iidem etiam alia, quae apud Latinos in *um* exeunt, per ιον efferunt; ut *Metapontum*, *Μεταπόντιον*, *Mediolanum*, *Μεδιολάνιον*. Adde quae ad Flori 3, 21, 27. dicta sunt. DUK. *Spoletum* Leidens. Berg Lovel. Boend. ac vett. edd. Primus Frobenius anno 1531. dedit *Spoletium*; idque est in Voss. et Hearnii N. Hanc autem formam ei, quae Sigonio placuit, praeferunt Cluverius 2. Ital. ant. 7, 633. et Cellarius 2. Geogr. ant. 9, 474. Similis diversitas etiam infra est in Mstis Livii 22, 9, 1. At *Spoletium* etiam superest apud Livium 45, 43, 9. Vide etiam infra ad 27, 10, 8. Deinde *deducta est* Voss. Leid. Berg. Lovel. Boend. Hearnii N. Norvic. et edd. usque ad Gruter. qui in postrema *τὸ est* ejecit. Mox *Ligurios* Voss. Hinc *tum primum* Lovel. et Boend. Deinde *promotum*, omisso verbo *est*, Lov.

Tutia virgo Vestalis incesti damnata est] Vet. lib. *Tuccia*. Sic alibi *Tucciae* gentis mentio. SIG. *M. Tuccius* memoratur apud Liv. l. 35. et quatuor sequentibus; et alius *M. Tuccius* apud Cic. 8. ad Famil. 8. *Tuccia Vestalis*, quae, incesti rea, auxilio Vestae innocentiam probavit, apud Plinium 28, 2. et Val. Max. 8, 1. absol. 6. Hic tamen nullus meorum codd. eam lectionem firmat. Nam *Lucia* est in Leid. Voss. Berg. Boend. Hearnii N. et Exc. Pithoei. *Luceia* in Lovel. unde *Lucceia* scribendum esse videri posset. Et quidem gens *Lucceia* Romae nota exstitit: verum diu demum postea ejus mentio fit, neque, jam hoc tempore floruisse, aliunde probari potest. *Tucia* est in edd. Rom. anni 1472. et Parm. unde firmari posset sententia Merulae, ita legendum conjicientis ad Ennii Fragm. p. 177. quam tamen recte refellit Joh. Harduinus ad Plinii 28, 2. *Titia* legisse videtur Pighius, hanc historiam

Digitized by Google

pter unum ex legatis, qui ad eos missi erant, occisum, indictum est: subactique in deditionem venerunt. Praetorum numerus ampliatus est, ut essent quatuor. Galli Transalpini, qui in Italiam inruperant, caesi sunt. Eo bello populus Romanus sui Latini-

memorans, in Annal. ad ann. DXIX. p. 95. Romae autem gentem *Titiam* floruisse, docet *atrium Titium*, memoratum Livio 39, 44, 7. Quin nec *Tutii* incogniti fuisse videntur. Certe *Tutius Cerealis* obcurrit apud Plinium 2. ep. 11. et *Tutia* apud Cic. 16. ad Att. 2. Similiter libros scriptos variare in laudatis Val. Max. et Plinii locis, constat ex illis, quae viri docti ibi notarunt.

Bellum Illyriis, propter unum ex legatis, qui ad eos missi erant, occisum] Legatos duos missos scribit Polyb. l. 2, [8.] *C. et L. Coruncanios:* ex iis alterum Teutae reginae jussu fuisse interfectum, qui liberius in eam invectus erat. ὥστε ἀποστεῖλαί τινας, τὸν παῤῥησιασάμενον τῶν πρεσβέων ἀποκτεῖναι. SIG. *Illyricis* quidam codd. ut et edd. princ. pro quo Froben. anno 1535. *Illyriis* recte substituit, consentientibus Berg. et Lov. *EX. ILLVRIEIS* per literam Latinam scribitur in Fast. triumphal. ad ann. DXXV. Inconsiderate igitur *Illyricis* revocarunt Freinshem. Doujat. et Cleric. At notum omnibus est, populos hujus regionis *Illyrios*, ipsam regionem *Illyricum* plerumque vocari. V. N. Heinsium ad Claud. 2. in Eutrop. 216. Cellar. 2. Geogr. ant. 8, 283. et Cel. Duker. ad Flori 2, 5, 1. Recte ergo *Illyrios*, pro *Illyricos*, exhibuit vet. cod. Ciacconii apud Melam 2, 3. non longe a fine. Similiter fere variant codd. supra 10, 2, 4. infra 21, 16, 4. 23, 33, 5. 26, 26, 3. et Epit. 47. aliisque locis. De his legatis, quos plures quam duos fuisse existimat, v. Pighium in Ann. ad ann. DXXIII. p. 107.

Praetorum numerus ampliatus est, ut essent quatuor] *Praetorius numerus* Voss. qui etiam ultimam vocem ignorat. V. ad Epit. 15.

Qui in Italiam eruperant, caesi sunt] Vet. lib. *irruperant.* SIG. *coruperant* Voss. *irruperant* Leid. Lov. Boend. et Hearnii N. *venerant irruperant* Berg. Tum *interfecti et caesi sunt* Leid.

Eo bello populus Romanus sociorum Latinique nominis trecenta millia armatorum habuisse dicitur] Vet. lib. *ad trecenta millia.* Eadem summa colligitur etiam ex Polybii l. 2, [24.] qui, quot quique socii pedites, quot equites dederint, exponit. In summa tamen concipienda inest apud eum labes: inquit enim, omnem exercitum, tam Romanorum quam sociorum, fuisse pedites ὑπὲρ πεντεκαίδεκα μυριάδας, cum sit legendum πεντήκοντα: equites autem fuisse ἑξακισχιλίους, cum sit legendum ἑξακισμυρίους aperte ex verbis ejusdem. SIG. *Et eo bello* Leid. et Voss. Tum, pro *sociorum Latinique nominis*, quod fuerat in Norvic. et edd. prioribus, Gru-

Digitized by Google

tinique nominis trecenta millia armatorum habuisse dicitur. Exercitibus Romanis tum primum trans Padum ductis, Galli Insubres, aliquot proeliis fusi, in deditionem venerunt. M. Claudius Marcellus consul, occiso Insubrium Gallorum duce Virdomaro, opima spolia retulit. Istri subacti sunt. Item Illyrii, quum

terus anno 1628. *sui Latinique nominis* reposuit, quod firmant omnes scripti, quibus usus sum. Deinde *ad numerum trecentorum armatorum* Leid. *A. trecentum armatorum* Voss. *ad CCC millia armatorum* Lov. in contextu. *ad CCCC millia armatorum* in ejus margine. Insuper *habuisse dicit* Lov. idem. V. ad Livii 10, 10, 1. Mox *tunc primum*, pro *tum*, Leid. Voss. Berg. et Boend. *tunc*, omissa voce sequenti, Hearnii N. Deinde *proeliis fusis*, pro *fusi*, Voss. V. ad Livii 7, 3, 8. Vox *fusi* deest in plerisque edd. Sigonio antiquioribus. Tandem *venere*, pro *venerunt*, Berg.

Occiso Insubrium Gallorum duce Viridomaro, opima spolia retulit] Lege *Virdumaro*. Sic enim Propertius 4, 10, 41.

Virdomari genus hic Rheno jactabat ab ipso.

et in lapidib. Capit. M. CLAVDIVS. M. F. M. N. MARCELLVS. COS. DE GALLEIS. INSVBRIBVS. ET. GERMANEIS. ISQVE. SPOLIA. OPIMA. RETVLIT. DVCE. HOSTIVM. VIRDVMARO. AD CLASTIDIVM. INTERFECTO. SIG. *duce Indicio Mario* Leid. *duce Viridomato* in multis edd. vett. *duce Viridomo* Berg. *duce Ventomaro* Lovel. *duce Vertomaro* Voss. Exc. Pithoei, et Hearnii N. quod proxime ad Sigonii *Virdomaro*, vel *Virdumaro* accedit. Virdomarus autem nomen Belgicum esse, et longe circumquaque dominantem significare, docet Pighius in Annal. ad ann. DXXXI. p. 180. Attamen *Virdumarus* vel *Virdomarus* metri necessitate adactus Propertius dixisse potuit, litera elisa; quae licentia poëtis permissa fuit. Ex lapid. autem Cap. nullum argumentum sumi potest. Illi enim laceri hoc loco tantum exhibent *D VCE. HOSTIVM. VIR*: : : : : : : : : : : *STIDI* : : : : : V. tamen Broekhus. ad l. l. Propertii. Insuper *Gallorum Insubrium* Lovel. *Insubrum Gallorum* Voss. *Gallorum Insubrio duce* Berg.

Iterum Illyrii quum rebellassent] De Illyriis priore bello triumphavit Cn. Fulvius Centumalus consul, ut est in Capit. triumphis. De iisdem hoc tempore L. Aemilius Paulus Polyb. auctore l. 3, [19.] Ejus belli initium intulit Teuta regina, hujus Demetrius Pharius rex. SIG. Ita etiam legunt Leid. Berg. Hearnii N. et Norvic. Sed *Item Illyrii* legunt Lovel. et Boend. quod Frobenius anno 1531. recepit, et editores deinde constanter servarunt. V. ad Epit. 14. Vox *Item* vel *Iterum* exsulat a Voss. Paullo ante *Histri* Leid. Voss. Berg. et Boend.

A censoribus conditum est, quo censa sunt civium capita CCLXXXmillia, CCXIII] *a censoribus bis conditum; primo lustro censa sunt capita CCLXXX millia, CCXIII* Leid. *a censori-*

Digitized by Google

rebellassent, domiti in deditionem venerunt. Lustrum a censoribus conditum est, quo censa sunt civium capita ducenta septuaginta millia, ducenta tredecim.

bus conditum bis: primo lustro censa sunt civium capita CCLXX millia, alio CCXIII. Berg. *a censoribus conditum: primo lustro censa sunt civium capita CCLXX millia, DCCXIII.* Voss. *a censoribus conditum: primo lustro censa sunt civium capita* $\overline{CCLXX}$: *alio* $\overline{CCXIII}$. Lovel. *a censoribus conditum bis: primo lustro censa sunt civium capita CCLXXM alio CCXIIIM.* Boend. *a censoribus conditum est: primo lustro censa sunt civium capita CCLXX millia, CCXIII* Exc. Pithoei. *ex quo censa sunt* primae edd. et Norvic. Insuper et hic et illae minorem numerum *CCXIII.* non agnoscunt. Vulgatum primum obvium fuit in edd. Sigonii, unde anno 1628. Gruterus adoptavit.

Quum antea dispersi fuissent] Vet. lib. *cum antea dispersi per omnes fuissent.* SIG. Hoc modo [*cum antea per omnes dispersi fuissent*] legitur in membranis. DELR. Humillimos et omnem forensem turbam in quatuor urbanas tribus ante annos quasi CXXX conjecerant censores Q. Fabius et P. Decius. Liv. 9, 46, 14. Hoc nomine etiam libertinos comprehendi, recte tradunt Manutius, Sigonius, Gruchius et Pighius. Nam hos a Fabio *tribubus emotos* auctor est Aur. Vict. c. 32 Quomodo ergo nunc rursus per omnes tribus dispersi fuerunt. Probabilis est sententia Sigonii 2. de Ant. jure civ. Rom. 14. hoc vel negligentia vel temeritate censorum post Fabium ac Decium factum fuisse. DUK. *dispersi omnes fuissent* Leid. Voss. Berg. Lov. et Hearnii N. *quum dispersi per omnes antea fuissent* Boend. *per omnes,* quod viri docti in codd. repererant, in Norvic. defuisse, auctor est Hearnius.

C. Flaminius censor viam Flaminiam munivit] Pighius ad ann. IOXXXIII. auctiorem hunc locum profert ex MSS. *C. Flaminius censor viam Flaminiam ab Urbe Ariminum usque munivit.* Ariminum usque perductam fuisse hanc viam, cum aliunde, tum ex Strab. l. 5. p. 217. et 227. ex Itinerario Antonini, et Tabula Peutinger. satis constat; non item, quando et a quo strata fuerit. Panvinius in Descr. urb. Romae, Sigonius ad h. l. Pighius l. d. aliique, ex Livio, Festo, Cassiodoro ostenderunt, eam L. Veturio, C. Lutatio coss. anno IOXXXIII. a C. Flaminio, tum censore cum L. Aemilio Papo, et non ita multo post in proelio ad Trasimenum, quum consul II esset, occiso, munitam fuisse. At Strabo 5, 217. ab hujus filio C. Flaminio, qui anno IOLXVI cum M. Aemilio Lepido consul fuit, post Ligures subactos stratam scribit. Livius quidem 39, 2, 6. hunc domitis Liguribus viam a Bononia Arretium usque perduxisse auctor est: sed quum haec plane alia sit ab ea Flaminia, quae a Roma Ariminum usque ferebat, plerique Strabonem diversum a Livio et aliis prodidisse agnoscunt. Hanc diversitatem se alibi compositurum dicit Bergierius de Publ. et Milit. Imp. Rom. viis 1, 8, 7. nec tamen usquam, quod sciam, fecit. Panvinius conjicit, Flaminiam, a patre inchoatam, a filio perfectam, vel partem ejus a patre, partem a filio factam fuisse. Verum nomina et situs locorum, quae in utraque via memorantur,

Digitized by Google

Libertini in quatuor tribus redacti sunt, quum antea dispersi per omnes fuissent; Esquilinam, Palatinam, Suburranam, Collinam. C. Flaminius censor viam

ostendunt, eas nihil commune habuisse; et Casaubonus ad Strabonem adnotat, eum viam a C. Flaminio F. munitam longe aliter describere, quam Livium. Cellarius 2. Geogr. ant. p. 596. se valde vereri scribit, ne Strabo censores prope cognomines ann. IOXXXIII cum consulibus ann. IOLXVI. confuderit. Modeste significat, se suspicari, Strabonem similitudine nominum C. Flaminii, L. Aemilii censorum ann. IOXXXIII. et C. Flaminii, M. Aemilii consulum ann. IOLXVI. in errorem ductum, C. Flaminio filio tribuisse, quod C. Flaminio patri debuerat. Hoc mihi verum, vel certe vero proximum videtur. Nam quod Vir Clar. in libro de Tutela viar. part. 2, 4. in fin. Cellario reponit, *non solum censores, verum etiam consules, vias munivisse*, satis ab re alienum est, nec quidquam ad Strabonem adversus suspicionem Cellarii defendendum facit. Hic enim non quaerit, an consules quoque vias straverint, aut id in dubium vocat, sed tantum suspicionem de errore Strabonis movet. Eam qui vanam esse putat, vel Strabonis auctoritatem Livii aliorumque testimoniis potiorem esse, vel rationem eum cum his in concordiam redigendi ostendere debet: quorum neutrum in proclivi esse mihi persuadeo. DUKER.

Circum Flaminium exstruxit] Locus, ut omnes sentiunt, mancus ita restitui debet: *C. Flaminius censor viam Flaminiam munivit, et circum Flaminium exstruxit.* De via et circo, a C. Flaminio hoc anno censore factis, auctor est Cassiodorus [in Chronic.] et Festus. De lustro condito C. Flaminio et L. Aemilio censoribus Livius l. 22. et l. 23, [23.] ut de hac lectione omnino dubitandum non esse videatur. Cassiodorus ita: *L. Veturio, C. Lutatio consulibus, via Flaminia munita, et circus Flaminius factus est.* Festus autem ita: *Flaminius circus et Flaminia via dicta est a Flaminio censore, qui interfectus est ad lacum Trasimenum.* Circus Flaminius quoque *prata Flaminia* dictus. Livius l. 3, [54, 15.] SIG. Ante Sigonium edebatur *Suburranam, Collinam.* * *munivit.* Et ita est in Lovel. nisi quod *Colloniam*, pro *Collinam*, et *muniit*, pro *munivit*, praeferat. Insuper verbum *munivit* deerat in Boend. quod et in Norvic. atque Rom. principe ed. deesse Hearne auctor est. ejus loco *minuit*, trajectis literis, est in Voss. quomodo *minuendus* et *muniendus* etiam commutantur supra 6, 27, 8. *muniit* legunt Leid. et Berg. sed in illis vox *Collinam* deficit. Ceterum Pighius in Annal. ad ann. 533. p. 136. ex Mstis codd. se doctum dicit, quae desiderantur in Epitoma Liviana, hoc modo fere corrigenda supplendaque: *C. Flaminius censor viam Flaminiam ab Urbe Ariminum usque munivit. et circum Flaminium exstruxit.* Utrum autem censoris filius consul viam ulterius Bononiam perduxerit, videbimus infra ad 39, 2, 6. *et circum* non adparet in Voss. *struxit* autem legit Lov. Praeterea *Suburbanam*, pro *Suburranam*, paullo antea legunt Leid. Voss. Berg. et Boend.

Coloniae deductae in agro de Gallis capto, Placentia et Cremona] Videntur duo vocabula sequentis epitomes ad hanc revo-

Digitized by Google

Flaminiam munivit, et circum Flaminium exstruxit. Coloniae deductae in agro de Gallis capto, Placentia et Cremona.

canda: ut fuerit *Coloniae deductae in agro de Gallis capto, Placentia et Cremona in Italia.* Sic loquitur, quod alii essent Galli extra Italiam. At bellum Punicum secundum et in Italia, et in Hispania, et in Gallia, et in Sicilia simul ortum est. Vossianae autem et Gud. membranae harum epitomarum *In Italia*, non *In Italiam*, ut priscae editiones. J. FR. GRON. Editiones, Gruteriana anni 1628. priores, legunt *deductae sunt*. Verum illud *sunt* exsulat a Leid. Voss. Berg. Lovel. Boend. Hearnii N. et Exc. Pithoei; ut non sine auctoritate codd. Gruterus expunxerit. Praeterea *in agro de Gallis capto* primus recepit Froben. anno 1535. antea fuerat *in agro a Gallis capto*, quomodo etiam nunc praeferunt Berg. Boend. et Norvic. neque multum abit Voss. nisi quod mendose *in agro a Gallis captae* dederit. Sed id Froben. displicuisse videtur, quia ambigue dictum foret, et aeque intelligi posset ager, quem Galli aliis, quam quem alii Gallis eripuissent. *in agro Gallico capto* legit Lov. *in agro Gallis capto* Leid. *in agro ex Gallis capto* Hearnii N. Et ita ipse Livius loquitur 5, 20, 5. *Nefas ducerent, captam ex hostibus in aerario exhausto bellis pecuniam esse.* et paullo post: *Quod quisque sua manu ex hoste captum domum retulerit.* et alibi. Quod autem ad verba priora sequentis epitomes, ex sententia Gronovii huc referenda, adtinet, interdum quidem librarios ita peccasse patet ex fine Epit. 17. et initio 18. hic tamen constanter omnes codices vulgatum servant; quare invitis membranis nihil muto, et verba *In Italia* aliter intelligenda existimo. Vide, quae ad Epit. sequentis initium dicentur.

Digitized by Google

JOHANNIS FREINSHEMII
SUPPLEMENTORUM LIVIANORUM LIBER X.
IN LOCUM LIBRI XX. T. LIVII.

I. Pacata rursum Italia, cum securitate et imperio etiam voluptates publicae crevere. L. Livius Andronicus scenae spectacula, quae hactenus ultra Satyram non processerant, comoediam tragoediamque Graecorum imitatus, ad fabulas transduxit, C. Claudio Ap. F. C. N. Centhone, M. Sempronio C. F. M. N. Tuditano consulibus, quum ludi Romani celebrarentur. Idem annus alii quoque generi ludorum initium adtulit. Ante diem quartum Kalendas Majas Floralia sunt instituta ex Sibyllinis libris, ad avertendam pestem frugum aliorumque terra nascentium, quae illa parte anni florere solent. Ludos edidere L. et M. Publicii Malleoli fratres, iidemque aediles plebis, ex pecunia multaticia, condemnatis pecuariis, qui in publico paverant. Magistratus horum fratrum alio quoque nomine celebris est, quod clivum, qui exinde Publicius vocatus est, sternendum locaverunt, quo commodius in Aventinum iter vehiculis esset, quum antea rupes ibi difficilis et aspera fuisset: quodque aedem Florae, juxta Circum maximum, construxere. Haec domi acta.

U. c. 513. C. Claudio, M. Sempronio coss.

Ludi novi instituti Romae.

Clivus Publicius sternitur.

II. Foris fere quietae res fuerunt, nisi quod in Gallis et Liguribus consilia belli agitari suspicio tenuit. Has igitur provincias consulibus fuisse, jamque tum bellari cum Gallis utique coepisse, conjecturae potius, quam historiae est, nullis, qui gesta ea satis adcurate doceant, ex vetustate reliquis scriptoribus. id unum constat, in Umbria Spoletum coloniam Latinam esse deductam. De proximo quoque anno proclivius est dicere, pacem non fuisse, quod Jani templum

Spoletum colonia deducitur.

Cap. I. A. Gell. 17, 21. Liv. 7, 2. Cic. Bruto, c. 18. et Cat. c. 14. et Tuscul. 1, 2. Cassiod. Chronic. Vellejus, 1, 14. Plin. 18, 29. Ovid. Fast. l. 5. Festus in v. *Publicius clivus.* Ovid. Varro de Ling. Lat. l. 4. Ovid. Tac. 2. Ann. 49. Cap. II. Liv. Epit. 20. Vellejus 1, 14. Cic. pro Balbo c. 21.

Digitized by Google

U. c. 514. C. Mamilio, Q. Valerio coss.

Ennius nascitur.

U. c. 515. Ti. Sempronio, P. Valerio coss.

clausum non est, quam indicare, quibus in locis, quave fortuna bellatum sit. neque ulla ferme re notior est C. Mamilii Q. F. Q. N. Turini, Q. Valerii Q. F. P. N. Faltonis consulatus, quam quod anno eo natus est Ennius, primus apud Romanos poëticarum elegantiarum conditor. Sed anno sequente, quum Ti. Sempronius Ti. F. Cn. N. Gracchus, P. Valerius Q. F. P. N. Falto, consules essent, et Gallica bella recruduerunt, et novus hostis Ligures tum primum exercitu petiti sunt. Ti. Sempronio haec obvenit provincia.

P. Valerii pugnae cum Gallis.

III. P. Valerius Gallos adgressus primum inprospere pugnavit, amissis militum tribus millibus quingentis. Repetita pugna inlustrem victoriam dedit, qua Gallorum millia quatuordecim caesa sunt, duo millia capta. Sed ob prioris proelii detrimenta negatus est consuli triumphus: praesertim quum etiam alioqui res bene gesta non tam ad rationem consulis, quam ad fortunam publicam, referenda videretur. Ille enim, audito, post primum certamen auxilia sibi ab Urbe adduci, confirmavit, *se malle cum suis internecione deleri, quam aliena ope vincere:* atque, hoc oestro instigatus, seque et exercitum populi Romani in discrimen dedit. Melior feliciorque Ti. Graccho in Liguribus administratio belli fuit. Profligatis enim proelio hostibus, magnam Liguriae partem victor populatus est. Ex Liguria deinde transmisit in Sardiniam et Corsicam, magnaque inde captivorum multitudine reportata, locum proverbio dedit, quo *Sardi venales* dicuntur in fastidiosa rerum vilium copia.

Ti. Graechus Sardos vincit.

Sardinia et Corsica non jure occupatae.

IV. Ceterum, ut vera fateamur, occupandae Sardiniae Corsicaeque bona magis occasio temporibus istis, quam justa caussa, adfuit. Carthaginienses, post pacem Siculam gravi bello cum mercenariis suis implicati, ad extrema pericula venerant. Unde, sumtis animis, conductitii eorum alii, qui per Sardiniam in praesidiis erant, Bostarem Poenorum ducem cum suis interfecere: Hannonem alium ducem, ad vindicandum facinus Carthagine missum, pertracto in societatem rebellionis exercitu ejus, comprehensum in crucem egere: totaque passim insula Punici sanguinis hominibus interemptis, ipsi munita loca obtinuerunt: donec, discordia inter ipsos et Sardos orta, pulsi ab his, in Ita-

Poeni a mercenariis suis occiduntur in Sardinia.

Cap. II. Cic. Bruto, c. 18. Liv. Epit. 20. Zonaras. Cap. III. Oros. 4, 12. Zonaras. Sinnius Capito apud Festum in v. *Sardi venales.* Cap. IV. Polyb. 1, 65. Polyb. 1, 79. Polyb. 1, 83.

Digitized by Google

liam se recepere. Tum igitur perfecerunt, quod aliquanto prius, quum adhuc in Sardinia essent, nequiverant. nam eo quoque tempore Romanos ad insulae dominium occupandum invitaverant. Sed praesentes, sive precibus, sive occasione crescendi apertius demonstrata, ut in Sardiniam navigatio susciperetur, obtinuere. Nec enim vulgatae virtutis est, abstinere rebus alienis, quarum prompta sit possessio: neque hic animus apud cupidos et ambitiosos aut bene, aut diu simulatur. Sed haec paullo supra repeti non alienum videtur. U. c. 515.

V. Nam Romani, ut humanitatis laudem consequerentur, ab initio belli istius magno animo Carthaginiensium caussam foverant. Et copias quidem auxiliares, uti petiverant Poeni, nullas misere. sed neque Uticenses, neque quemquam ad se deficientium receperunt: mercatores suos ex Italia et Sicilia res necessarias ad Carthaginienses deferre jusserunt: cum hostibus Carthaginiensis populi commercium vetuerunt: militis ex Italia in istud saltem bellum conscribendi fecerunt potestatem. missis quin etiam legatis bellum componere, quamquam inrito conatu, studuerunt. Et inciderat quidem paullo ante controversia, quod homines Italicos, forum rerum venalium ad hostem deportantes, capiebant Poeni, carceribusque publicis includebant. Jamque ad quingentos ejus generis habebant in vinculis: neque pauci dicebantur occisi, et ad tegendam latrocinii famam in mare praecipitati esse: quum Romani, rem eam graviter ferentes, belli minas ostentare coeperunt. Sed Poeni, legatis missis, qui omnes, quotquot detenti Carthagine fuerant, reducerent restituerentque, adeo placarunt populum Romanum, ut reliqui ex Siciliensi bello captivi Punici omnes sine pretio restituerentur.

Romani Poenis ab initio favent contra mercenarios.

Et bellum istud componere student.

Captivos sine pretio restituunt.

VI. Sed postremo vicit ambitio, premendique populi studium, quocum per annos quatuor et viginti ancipiti fortuna pugnatum meminerant, et, nisi in tempore occurreretur, etiam postea pugnandum sibi prospiciebant. Quare, quum Sardiniam inviti dimitterent Poeni, jamque, bello contra mercenarios defuncti, arma defectionis auctoribus inferre meditarentur,

Cap. IV. Polyb. 1, 88. Cap. V. Zonaras. Polyb. 1, 83. Corn. Nepos in Hamilcare. Appian. apud Fulv. Ursin. Zonaras. Polyb. Appian. Zonaras. Polyb. Appian. Libyc. et Iber. Polyb. 3, 28. Zonaras. Cap. VI. Polyb. 1, 88.

Digitized by Google

U. c. 515. *Postea Sardiniam ipsis, et ampliorem pecuniae summam extorquent.*

arrepta haec a Romanis est occasio, bellumque Poenis decretum, *ni armis, quae in speciem adversus rebelles suos, re autem vera contra Romanos sumsissent, abstineretur.* Ita Carthaginienses, alieno tempore bellum gravissimum suscipere nolentes, non modo cessere Sardinia, sed etiam, postulantibus Romanis, ad priorem summam adjecerunt argenti talenta mille ducenta. quae maxime injuria aegros habuisse Carthaginiensium animos, neque ulla magis caussa bellum mox Hannibalicum exarsisse creditur. Hamilcaris enim perpetuum adversus Romanos odium, cui bellum Punicum secundum non inepte inputatur, non aliunde aut stimulum acriorem, aut fomentum certius habuit. Ceterum haec postea evenerunt.

Unde mox secundum bellum Punicum exstitit.

U. c. 516. L. Cornelio, Q. Fulvio coss.

VII. Tum vero novis consulibus, L. Cornelio L. F. Ti. N. Lentulo Caudino, Q. Fulvio M. F. Q. N. Flacco, Galli Cispadani provincia data. Coloniam hoc anno deductam esse Valentiam, quamquam a quibusdam traditur, haudquaquam constans opinio est: nisi alia Valentia praeter Vibonem fuit, quam annis post quinquaginta, L. Quintio Flaminino, Cn. Domitio Aenobarbo consulibus, colonis occupatam esse, certioribus auctoribus credam. Ceterum consulibus in agro Gallico, donec conjunctas legiones habuere, tuta et prospera expeditio fuit. postquam cupidine plura vastandi diviserunt exercitum, Q. Fulvii castra noctu oppugnata, et aegre retenta sunt. Galli, re infecta digressi, paullo post graviore cum terrore auctisque majorem in modum copiis ad bellum reverterunt. Bojorum enim duces, clanculum inter se consiliis agitatis, ingentem Transalpinorum manum ad societatem armorum contra Romanos exciverunt. Interea L. Lentulus consul, qui ad Ligusticos fines exercitum abduxerat, cum Liguribus prospere collatis signis dimicavit. Decretus igitur ei triumphus est, quem duxit Idibus Intercalaribus. Auctores habeo, illos primum consules Romana signa trans Padum fluvium promovisse, diversisque proeliis Ligurum et Gallorum Insubrium interfecta millia quatuor et viginti, capta quinque fuisse. Sed verius esse putem, tumultu Gallico, qui postea maximus sequutus est, Padum transitum, Insubresque in suis sedibus bello tentatos primum fuisse.

Bellum cum Gallis Cispadanis.

Boji Transalpinos evocant.

Ligures vincuntur a L. Lentulo.

Cap. VI. Zonaras. Polyb. Polyb. 3, 10. Liv. 21, 1. Corn. Nepos in Hamilcare. Zonaras. Cap. VII. Vellejus, 1, 14. Liv. 35, 40. Zonaras. Polyb. 2, 21. Eutrop. l. 3. Fasti Capit. Eutropius Sanctensis Ms. quem vidit Pighius.

Digitized by Google

VIII. Sub idem tempus ad Ptolemaeum Aegypti regem legati missi auxilium obtulerunt cum Antiocho et Syris bellanti. gratias egit rex: ceterum in praesentia sibi opus auxilio esse negavit, quod pactionibus finitum jam bellum esset. Laetus deinde Romanis adventus Hieronis fuit, Syracusarum regis. exceptus omnibus honoribus, sicut regem amicum, et bene meritum, et maximae victoriae socium oportuit, populo Romano ducenta millia modiûm tritici dono dedit. Venerat ad ludos spectandos, qui in sequentem annum adparabantur. Nam ludi seculares tertii, secundum quosdam, P. Cornelio L. F. Ti. N. Lentulo Caudino, C. Licinio P. F. P. N. Varo, celebrati sunt: ut supra quoque retulimus. Magistri procurandorum ludorum M. Aemilius M. F. M. Livius M. F. M. N. Salinator creati.

U. c. 516.

Hiero venit Romam.

U. c. 517. P. Cornelio, C. Licinio coss.

IX. Bojórum interea principes, elati numerosis Transalpinorum auxiliis, ad consules misere, petitum, ut Ariminensis ager cum urbe, quae haud ambigue Gallici juris essent, sibi restituerentur. ni fieret, bellum atrox et internecivum minabantur. Consules, qui, nondum contractis copiis, neque casui paucitatem suorum objicere audebant, neque postulata Gallorum concedere poterant, si quid vellent, ad senatum mittendos esse legatos, responderunt. placuit conditio Gallis, et, dum ire ac redire legati possent, utrimque dierum aliquot induciae constitutae. Et legati quidem Romam profecti adversum a senatu responsum accepere: simul majores contra hunc tumultum adparatus facti, quorum usus postea non fuit, quum formidabile bellum sine Romano sangûine fortuna confecisset.

Boji Ariminensem urbem et agrum postulant.

Legatos Romam mittunt.

X. Dum enim legati redeunt, Boji cum Transalpinis auxiliis acie dimicavere his de caussis. Ignara plebe Bojorum Transalpinus exercitus Ariminum processerat. Inde suspiciones ortae, ne ad regionem istam sibi retinendam venissent: tantumque conflatum est odiorum, ut, regibus suis Ate et Galato, tamquam ob proditionem, interfectis, advenarum copias agro suo depellere vi conarentur. Ita magna caede pugnatum: et, valde imminutis utrimque viribus, Transalpini domos rediere. Bojis adempta pars agri pacem a Romanis dedit. Hoc bello tam celeriter confecto, consules

Cum Transalpinis auxiliis dimicant.

Consules

Cap. VIII. Eutrop. l. 3. Supra 19, 31. Fasti Capit. apud Pigh. Zonaras. Cap. X. Polyb. 2, 21. Zonaras.

Digitized by Google

U. c. 517. *in Liguriam abeunt.*

in Liguriam abivere. Ibi P. Lentulus, profligatis, qui occurrerant hostibus, de cetero per illorum regionem exercitum circumducens, castella quaedam armis, alia deditione recepit.

Claudii Gliciae pax irrita cum Corsis.

XI. C. Licinius, in Corsicam transjecturus, quum ad universum exercitum una deportandum navigia deessent, M. Claudium Gliciam cum parte copiarum praemisit. Qui, vanitate vecors, quum perterritos adventu suo Corsos vidisset, neque consulis, cujus auspiciis venerat, neque sui juris aut loci memor, certis conditionibus foedus cum Corsis suo nomine pepigit, tamquam in se tracturus insulae receptae gloriam. At Varus, cum exercitu reliquo superveniens, frustra Claudianam pacem invocantes armis urgere non desiit, donec in potestatem redacti sunt. Senatus, ad liberandam perfidiae nota rempublicam, foedae pacis auctorem Corsis dedendum censuit: deinde, quia receptus non erat, in publica custodia necari jussit. Censores is annus habuit L. Cornelium L. F. Ti. N. Lentulum Caudinum, Q. Lutatium C. F. C. N. Cerconem: qui lustrum non condiderunt, Q. Cercone in magistratu mortuo.

Ejusdem supplicium.

XII. Quamquam M. Claudius deditus Corsis, deinde supplicio adfectus fuerat, non ideo persuaderi barbaris potuit, justo se postea bello petitos fuisse. Quare saucios eo dolore animos vicinae Sardiniae motus facile impulit, ut ad arma resumenda prosilirent. Nam Sardos Poenorum occulta promissa traxerant ad rebellionem coeptandam, proclivibus ad hoc barbaris, qui nec nimium odissent veteres dominos, nec amarent novos. Quae Romae audita metu et ira impleverunt urbem, non ob Sardiniam, quam tanti non faciebant, sed quia bellum Punicum videbatur renasci. Quod quia facilius futurum credebant, quanto citius inciperetur, invalidis adhuc a superiore bello Carthaginiensibus, quam primum adornandum inferendumque Poenis decreverunt.

Sardi rebellant.

Poeni pacem Romanam enixe retinent.

XIII. At Poenos, quidlibet potius eo tempore, quam bellum Romanum, pati certos, ea res nunciata sic exterruit, ut, legatis semel iterumque missis postquam nihil mite responsum esset, decem ex principibus itidem iterato mitterent, infimis precibus, *ut impetra-*

Cap. XI. Dio apud Vales. Zonaras. Ammian. Marcellin. 14, 40. Val. Max. 6, 3, 3. Fasti Capitol. Cap. XII. Zonaras. Cap. XIII. Oros. 4, 12.

Digitized by Google

ta semel pace frui liceret, obtestaturos. Ne sic quidem aequi quidquam obtineri potuit ab iratis et metuentibus, donec inter legatos aetate minimus Hanno, adolescens intrepidus, et linguae, ut mentis, liberae, *Atqui*, inquit, *si vobis sedet denegare pacem, Romani, quam non in unum aut alterum annum, sed perpetuam a vobis emimus; at pretium ejus Siciliam et Sardiniam reddite. ne privatis quidem contractibus viri boni est emptione rescissa recipere mercem, non restituere pecuniam.* Tunc vero pudore commoti Romani, ne injuste bellum inferre viderentur, meliore cum responso legatos dimisere. Sic alter consulum ejus anni C. Atilius A. F. A. N. Bulbus, qui magistratum hunc iterum gerebat, in Italia mansit: T. Manlius T. F. T. N. Torquatus, cui Sardinia evenerat, profectus est.

U. c. 517.

Hannonis vox libera.

U. c. 518. C. Atilio II. T. Manlio coss.

Sardi a Manlio Torquato subacti.

XIV. Hic, multis locis cum hoste feliciter congressus, universam insulam pacavit, Sardosque subegit: et de iis ante diem sextum Idus Martias triumphavit. His rebus perfectis, quum, nullo jam usquam hoste, Romana arma quiescerent, insolitum bellatrici urbi spectaculum, Jani aedes clausa est: quod indicium pacis, post Numae tempora, per annos ferme quadringentos quadraginta, visum non fuerat. Quo nomine miseram fuisse civitatem Romanam arbitror, quod, perpetuis conflictata laboribus, praemia laborum adsequi non potuit. quum enim nemo sapiens bellum, nisi pacis ergo, gerat; haec urbs, tot maximis bellis prospere confectis, nec impetrare tamen pacem saepe, nec retinere diu didicit. Nam tunc quoque, post menses non ita multos, novi terrores nunciati laetitiam otii, vix adhuc animis perceptam, cito discusserunt. nam et Sardi recens subacti jugum excutiebant: et Corsorum erumpebant consilia: et in ipsa Italia Ligures tumultum moverant.

Jani aedes clausa.

XV. Ergo L. Postumio A. F. A. N. Albino, Sp. Carvilio Sp. F. C. N. Maximo consulibus negotium datum, ut exercitus conscriberent. quibus trifariam divisis, ut hostes ab ope mutuo ferenda distringerentur, L. Postumius Ligures adortus est; Sp. Carvilius Corsos; in Sardiniam P. Cornelius ivit. Hujus insulae coelum insalubre morbis et pestilentia tentavit exercitum: multique ex eo mortales cum ipso praetore absumpti.

U. c. 519. L. Postumio, Sp. Carvilio coss.

Exercitus conscribuntur.

Cap. XIII. Dio apud Fulv. Ursin. Cap. XIV. Liv. 23, 34. Vellejus 2. 38. Fasti Capit. Florus, 2, 3. Vellejus, 2, 38. Liv. 1, 19. Oros. 4, 12. Zonaras. Flor. 2, 3. Cap. XV. Zonaras.

Digitized by Google

U. c. 519. *Sp. Carvilius Sardos et Corsos vincit.*

Unde elatos animo Sardos consulis Sp. Carvilii adventus ingenti proelio coërcuit. Corsi quoque ab eodem sunt subacti. Ob eas res triumphus ipsi decretus est, quem ante diem Kalendas Apriles duxit. In Liguribus etiam ab altero consule et exercitu consulari res bene gestae.

Census actus.

XVI. At Romae Tutia virgo Vestalis, incesti damnata eo majore probro, quod consuetudinem stupri cum servo habuerat, sua se manu interemit. Censores deinde C. Atilius A. F. A. N. Bulbus, A. Postumius A. F. L. N. Albinus lustrum quadragesimum fecere. Hoc quoque lustro pauciores, quam superioribus, fuisse censos (numerum enim non reperio traditum) argumentum est, quod ad augendam hominibus civitatem censores jurare singulos coëgerunt, *uxorem se liberorum quaerendorum gratia habituros.* Hoc anno Cn. Naevius Campanus, qui bello Punico stipendia fecerat, fabulas primum scenae dedit.

Ligures et Sardi rebellant. U. c. 520. Q. Fabio, M. Pomponio coss.

XVII. Interea Ligures et Sardi denuo rebellantes consulibus novis provinciae decretae: Q. Fabio Q. F. Q. N. Maximo Verrucoso Ligusticum bellum, M. Pomponio, M. F. M. N. Mathoni Sardoum obvenit. Quum horum motuum caussa penes Carthaginienses esse diceretur, qui barbaros ad defectionem secretis nunciis allicerent, legati missi sunt Carthaginem cum asperis mandatis, qui stipendium exigerent, atque insulis ad Romanos pertinentibus abstineri juberent, belli minis additis, ni imperata fecissent. Jam ex priori calamitate vires et animum receperant Poeni, Hamilcaris maxime industria non modo pacatis Africae populis, qui a Carthaginiensibus desciverant, sed etiam latius promota ditione, magnoque jam in Hispania imperio per eumdem ducem parto. Itaque tum ad cetera ferociter legatis responsum est, tum etiam, quum illi, quemadmodum in mandatis habebant, hastam caduceumque proposuissent, data Poenis optione, utrum mallent, eligendi; *neutrum se legere* succlamatum est, *sed, utrum mallent, ipsi legati relinquerent aequo animo accepturis.* Inde flagrare denuo coeperunt inter duos populos odia: sed, neutro bellum adhuc incipere vo-

Hamilcaris in Africa et Hispania res gestae.

Unde ferociores fiunt Poeni.

Cap. XV. Liv. Epit. 20. Fasti Capit. Zonaras. Cap. XVI. Liv. Epit. 20. Marianus Scotus. Fasti Capit. A. Gell. 4, 3. A. Gell. 17, 21. Cap. XVII. Zonaras. Diodor. apud Vales. et Eclog. l. 25. Polyb. fin. l. 1. Corn. Nepos in Hamilcare. Zonaras.

Digitized by Google

lente, species amicitiae, magis quia non bellabatur, quam quod fida pax esset, interea tenuit. U. c. 520.

XVIII. Ambo deinde consules ad Urbem reversi, quum de rebus a se gestis disseruissent, triumphum impetraverunt. Q. Fabius multos Ligurum in proelio occiderat, coëgeratque reliquos in Alpestribus locis se continere, tutumque ab illorum latrociniis vicinum Italiae latus reddiderat. Sic ante diem Kalendas Februarias triumphavit de Liguribus. Idibus deinde Martiis M. Pomponius triumphum duxit de Sardis, quos vicerat. Neque tamen destitere bello Sardi, sed, irritati potius damnis suis, quam fracti, majori mole rebellionem instaurarunt. Ambo igitur consules M. Aemilius M. F. M. N. Lepidus, M. Publicius L. F. L. N. Malleolus, in Sardiniam missi, magnam ex ea insula praedam coëgere: quam deinde, quum in Corsicam transmisissent, ereptam a Corsis amiserunt.

Sardi, saepe victi, majori mole rebellionem instaurant.

U. c. 521. M. Aemilio, M. Publicio coss.

XIX. Domi quoque vehementer eo tempore turbatum, agrariam legem ferente tribuno plebis C. Flaminio, *ut Picenus atque Gallicus ager, qui Senonum Gallorum fuerat, populo viritim divideretur.* Resistebat huic actioni senatus, neque precibus apud tribunum, neque minis abstinens, postremo dato magistratibus negotio, ut exercitum conscriberent, quo rempublicam tutarentur: neque dimoveri a sententia C. Flaminius potuit, adversum vim contumax, et precibus inexorabilis. Monuerat eum pater quoque, *ut voluntati senatus cederet, neque seditionis auctor audire vellet.* sed ille, persistens in sententia, vocata concione, recitare legem instituit. Tum vero pater Flaminius, dolore ardens, accessit ad Rostra, correptumque manu filium detraxit. mirumque est exemplum editum sive pietatis, sive venerationis, qua tum homines jus patriae potestatis prosequebantur. qui enim universi senatus indignationem minasque atroces contemserat, in maximo calore perficiundi operis, inspectante plebe Romana, apud quam gratiosissima erat ferendae legis mentio, unius senis manu de superiore loco detrahi passus est. Nec omittenda concionis in hoc negotio modestia: quae, licet abitu tribuni spes suas destitui videret, ne minimo quidem murmure fa-

C. Flaminius Trib. pl. a patre de Rostris detrahitur

Cap. XVIII. Plut. Fab. c. 3. Fasti Capit. Auctor de viris illustr. Fasti Capit. Zonaras. Zonaras. Cap. XIX. Polyb. 2, 21. Cic. in Bruto, c. 14. et Acad. Quaest. 4, 5. de Sen. 4. Val. Max. 5, 4, 5. Cic. de Invent. 2, 17. Val. Max.

Digitized by Google

U. c. 521. ctum illius inprobavit. Dilata tamen hoc modo potius, quam evitata, lex est, C. Carvilio tribuno plebis collegam adjuvante: quod quidem initium fuit et corrumpendae plebis, et Gallici belli, quod octavo post divisionem agri Gallici anno gravissimum exortum est.

U. c. 522. M. Pomponio, C. Pario coss. *Sardi et Corsi denuo victi.*

XX. Tum vero M. Pomponius M? F. M? N. Matho, C. Papirius C. F. L. N. Maso quum magistratum inivissent, provincias M. Pomponius Sardiniam, C. Papirius Corsicam obtinuere. Utrobique cessit hostis, et, in silvas montesque arduos refugiens, locorum potius, quam armorum, munitionibus se tutatus est. Ergo M. Pomponius, quum laboriosius esse videret invenire barbaros, quam vincere, canes sagaces ex Italia curavit advehendos, quorum indicio, homines, more ferarum in cubilibus suis latentes, deprehenderet. C. Papirius Corsos campis pulsos ad montana loca sequutus est. Ibi labor ingens cum periculo fuit: multique militum siti, aut subito barbarorum incursu, periere: donec, inventis aquis refectoque exercitu, Corsi, de exitu rei timentes, consuli ad deditionem hortanti paruerunt.

Censores vitio facti abdicant.

Primum divortium Romae.

XXI. Dum his rebus gerundis adtinentur consules, comitia per dictatorem ad hoc creatum sunt habita. C. Duilius fuit M. F. M. N. is magistrum equitum dixit C. Aurelium L. F. C. N. Cottam. Censores etiam tum fuere T. Manlius T. F. T. N. Torquatus, Q. Fulvius M. F. Q. N. Flaccus: sed vitio facti abdicarunt. Novi moris originem huic anno scriptores adsignant, non indignam, quae referatur. Divortium ab urbe condita nullum fuerat. Primus Sp. Carvilius Ruga sterilem uxorem dimisit, jurejurando a censoribus obstrictus, *se liberorum quaerendorum caussa conjugem habiturum.* Displicuit populo non magis novitas, quam atrocitas rei, quod, ad perpetuam vitae societatem junctas uxores quacumque de caussa repudiari, saevum et iniquum putabat: et Sp. Carvilium semper deinceps odio habuit, quamquam necessitate coactus, de amicorum sententia uxorem bene convenientem, morumque gratia charissimam, dimiserat. Ex eo tempore plus in jure nexuum, plus apud praetorem litium fuit,

Cap. XIX. Cic. citatus apud Sosipatrum Charisium, l. 2. de Adverb. p. 198. Cap. XX. Polyb. 2, 21. Polyb. 2, 23. Zonaras. Cap. XXI. Fasti Capit. Plut. Num. c. 48. A. Gell. 4, 3. Val. Max. 2, 1, 4. Dionys. 2, 26. A. Gell. 17, 21.

Digitized by Google

tum primum cautionibus rei uxoriae repertis, quarum, nullis antea divortiis, supervacanea fuerat calliditas. U. c. 522.

XXII. Eodem anno alia quoque nova consuetudo in honoribus imperatorum coepit. Sub finem consulatus sui C. Papirius de Corsis in monte Albano triumphavit, ante diem tertium nonas Martias. Caussa ejus consilii fuerat, quod ipse sibi res triumpho dignas gessisse videbatur, pacata tandem Corsica, neque ab senatu honorem eum impetrabat. Idque deinceps exemplum multis ad imitationem placuit, ut, negato sibi triumpho, in Albano monte triumpharent. Spectavit deinde ludos myrto coronatus, delecta hac corona ob memoriam rei gestae, quod in campis myrteis Corsos superaverat.

Nova consuetudo triumphandi.

Triumphi in monte Albano.

XXIII. Sardiniae Corsicaeque motibus compositis, Ligures restabant, adversus quos missi consules M. Aemilius L. F. Q. N. Barbula, M. Junius D. F. D. N. Pera, inter proficiscendum comperto, Gallos rebus novis studere, fines illorum cum exercitu intraverunt. Inritatis enim lege Flaminia Gallorum animis, natus erat metus Romae, ne quid molirentur homines laeti bello, et ad iram praecipites. quare nuper edictum fuerat a magistratibus, ne quis homini Gallo aurum vel argentum daret. Boji enim ceterique Galli, tum ex aliarum, tum mancipiorum venditione ingentem pecuniam cogebant: incesseratque suspicio, ne ista ad bellum Romanum uterentur. Quare magis etiam incitati, cognito, consulibus Ligusticum bellum esse decretum, occultis consiliis hoc agere dicebantur, ut, exercitibus Romanis expeditione longinqua detentis, ipsi urbem adgrederentur. Ceterum adventu consulum territi, quum ad vim faciundam inparati essent, Romanos in pacis amicitiaeque speciem simulatis obsequiis excepere. Consules queque, bellum obpressisse contenti, caussam, cur eo venissent, finxere; ut per Gallicum agrum commodius exercitum in Liguriam ducerent. Superiore anno censores vitio facti abdicaverant. itaque his demum consulibus Q. Fabius Q. F. Q. N. Maximus Verrucosus, M. Sempronius C. F. M. N. Tuditanus lustrum primum et quadragesimum condidere. U. c. 523. M. Aemilio, M. Junio coss.

Gallorum Italicorum motus.

Consulum adventu opprimuntur.

Lustrum XLI. conditur.

Cap. XXI. A. Gell. 4, 3. Cap. XXIII. Fasti Capit. Val. Max. 8, 6, 5. Plin. 15, 29. Festus in v. *Myrtea*. Zonaras. Cap. XXIII. Polyb. 2, 13. Zonaras. Fasti Capit.

Digitized by Google

U. c. 523. *Illyrii belli caussae.*

XXIV. Dum haec in Italia et urbe geruntur, novi cum Illyriis belli caussae talibus initiis exstiterunt. Illyrii, ferox et avidum praedae genus, piraticam faciundo, multos Italicorum negotiatorum, Brundisino portu egressos, ceperant; nonnullos quoque trucidaverant. Et primo quidem delatas ob ea querimonias senatus inter alias curas negligentius auscultaverat. postremo tamen, quum praedonum audacia impunitate cresceret, crebrioresque jam querelae pervenirent, visum est legatos mitti ad res repetendas; simul ut Issaeorum, qui nuper in fidem Romanorum concesserant, caussam tuerentur. Hos enim, Jonii maris insulam habitantes, quod a se defecerant, gravibus odiis damnisque Illyrii prosequebantur.

Illyriorum rex Agron.

Teutae impotentia.

XXV. Missi sunt C. et L. Coruncanii. Hi dum in itinere sunt, Illyriorum, qui Ardyaei vocantur, rex Agron Pleurati filius, ad quem ibant, morbo decessit, filio adhuc impubere (cui nomen fuit Pinneus) relicto: regnumque noverca pueri Teuta consiliis amicorum administrabat. Haec, inpotens animi, et rebus prosperis elata, legatis Romanorum contemtim auditis respondit, *curae sibi futurum, ne Romani ab Illyriis publice laederentur: vetare vero, ne quis suorum privatim lucrum, quod posset, ex mari captaret, id regibus Illyriorum nequaquam in more positum esse.* Non tenuit ad haec iram minor Coruncanius, et, intempestiva potius, quam injusta, libertate usus, *At Romanis*, inquit, *in more positum est, Teuta, privatim factas injurias publice exsequi, laesisque consulere. Conabimur autem, Diis bene juvantibus, te ad instituta regia cupide et celeriter emendanda cogere.* Quibus verbis supra modum offensa mulier, sed animo interim utcumque dissimulato, legatis jam profectis latrones immisit, a quibus minor Coruncanius cum parte comitum interfectus est; ceteris in vincula conjectis, praefectisque navium igne combustis. Legatus etiam Issaeorum Calemporus nomine ab iisdem praedonibus occisus est. Quibus rebus Romae cognitis, T. Coruncanio et P. Junio honoris caussa tripedaneae statuae in foro sunt positae: Teutae vero et Illyriis bellum indictum.

Legati Rom. occidentur.

XXVI. Teu-

Cap. XXIV. Polyb. 2, 8. Dio apud Fulv. Ursinum. Polyb. Dio. Zonaras. Cap. XXV. Polyb. Appian. Illyr. Liv. 22, 33. Polyb. 2, 4. Polyb. 2, 8. Zonaras. Flor. 2, 5. Appian. Plin. 34, 6. Liv. Epit. 20.

Digitized by Google

XXVI. Teuta rudis imperandi, et muliebris ingenii vitia, neque ratione, neque usu, domare docta, sicut ad inritanda odia praecipitem, sic ad toleranda timidam se gerebat. Itaque, comperto, bellum adversus se parari, *redditurum Romanis vivos* pollicita est: *interfectos reddere non posse, quos injussu suo praedones peremissent.* Haec legatio quamquam pro magnitudine delicti parum satisfaceret, tamen, quia spem praebebat, controversias Illyricas citra bellum componi posse, inhiberi vim placuit, petique ad poenam eos, a quibus interfecti legati dicebantur. Mulier, arma, quae timuerat, differri videns, vicissim ex metu ad priorem insolentiam rapiente animi levitate, neque dedituram se quemquam dixit; et, ut factis quoque ferociam ostenderet, quam verbis praetulerat, continuo copias ad Issam obsidendam misit. U. c. 523. *Teuta Issam obsidet.*

XXVII. Non ergo diutius cunctari visum, quin ambo consules (L. Postumius A. F. A. N. Albinus iterum, Cn. Fulvius Cn. F. Cn. N. Centumalus jam iniverant) cum navalibus pedestribusque copiis proficiscerentur. Cn. Fulvius classem ducebat navium ducentarum, L. Postumius legiones. Tum iterum territa Teuta Demetrium Pharium ad consules pacem petitum misit. Atque illi pepigerunt inducias, si Corcyra, quam nuper occupaverant, Illyrii decederent. Profectis ad recipiendam Corcyram Romanis, tamquam longissime metus omnis abscessisset, ad priora consilia relabitur, praefectosque suos ad Dyrrhachium et Apolloniam obsidendas mittit. Alii, non voluntate Teutae deditam Corcyram, sed Demetrii privato consilio, tradunt, qui, criminibus se apud Teutam peti gnarus, adversus illius iracundiam proditione praesidii, cui praeerat, apud Romanos perfugium sibi quaesiverit. Praesidio Illyriorum tradito, Corcyrenses publico consilio Romanis se permisere, nullam sibi reliquam salutis viam esse rati, nisi potentia tam clarae civitatis adversus Illyriorum injurias protegerentur. U. c. 524. L. Postumio II. Cn. Fulvio coss. *Demetrium Pharium ad pacem petendam mittit.* *Corcyrenses Romanis se permiserunt.*

XXVIII. A Corcyra consul Apolloniam cum classe petiit: venitque eodem L. Postumius, qui Brundisio transjecerat, cum pedestribus copiis: peditum ad viginti millia erant, equitum duo. Romanos Apollo-

Cap. XXVI. Zonaras. Dio et Zonar. Polyb. 2, 21. Cap. XXVII. Zonaras. Polyb. 2, 10. Zonaras. Polyb. 2, 11. Dio apud Fulv. Ursin. Polyb.

Digitized by Google

U. c. 524. *Itemque Apolloniatae.*

niatae cupide recepere, seque fidei illorum tradidere. Ab hac liberata ſtatim ad Dyrrhachium itum. id quoque Romanorum extemplo factum, ad famam advenientis exercitus dilapsis pavore Illyriis, qui obsidere urbem coeperant. Eodem impetu gens Ardyaeorum ad deditionem coacta eſt: veneruntque ab ulteriore Illyrico legati variarum nationum, imperata facturos suos polliciti, si in amicitiam recipiantur: ex quibus Parthini fuerunt et Atintanes. Plurimus ad haec uſus Demetrii Pharii fuit, qui, a conſulibus circumductus, robur et fidem Romanorum extollendo, Teutaeque incuſando temeritatem et inconſtantiam, alios rationibus et consilio, alios auctoritate sua ad societatem Romanorum adducebat.

Demetrius multos a Teuta ad Romanos transducit.

XXIX. Poſt haec ad Iſſam curſus inſtitutus: et, inter navigandum multis locis exscensione facta, pleraque oppida levi negotio capta sunt. Nutria ſtrenue ab Illyriis defensa eſt, multoque sanguine conſtitit victoria, tribunis etiam quibusdam et quaeſtore desideratis. Cujus rei leviorem dolorem fecerunt lembi viginti, quos cum praeda et pecunia ex Peloponneso venientes Romani excepere. Jam ad Iſſam ventum erat. Ibi, perinde ut ad Dyrrhachium acciderat, adventu Romanae claſſis obsidio soluta eſt, diversa in loca diffugientibus barbaris, praeter Pharios, qui in gratiam Demetrii, quod ex eadem inſula ortus, eique sub Agrone praefectus fuerat, corporibus rebusque salvis in fidem accepti sunt. Haec audita inſtabilem Teutae animum varie moverunt, alternantibus timoris et fiduciae cauſſis. Nam sicut amiſſa et deleta oppida, vaſtatae maritimae regiones, ubivis fugatae Illyriorum copiae, metum ei maximum incuſſerant; ita viciſſim spem dabat Nutrinorum audacia, et hibernum jam mare, cujus formidine rebatur Romanos cito repetituros domum eſſe. Itaque Rhizonem, oppidum cognomini fluvio inpositum, cum paucis se contulit, exſpectatura remedium, quod tempus offerret. Alebant vanam opinionem acta conſulum, qui, pleraque parte regionum, quas occupaverant, Demetrio tradita, Dyrrhachium et claſſem et exercitum reduxere. Sed poſtquam L. Poſtumius, cum quadraginta navibus relictus, exercitum ex finitimarum urbium delectu fecit, Ardyaeis, et qui praeterea Illyriorum ad societatem Romanam ac-

Nutria ſtrenue defensa, tamen capitur.

Teuta Rhizonem concedit.

Cap. XXVIII. Appian. Illyr. Zonar. et Polyb. Cap. XXIX. Dio. Polyb. Oros. 4, 13. Dio. Polyb.

Digitized by Google

cesserant, praesidio futurus; tum vero, desperatis rebus suis, Teuta de pace quibuslibet conditionibus redimenda cogitavit. U. c. 524. *Teuta de pace serio cogitat.*

XXX. Ideo sub initium veris, legatione Romam missa, quae praeterita essent, tamquam Agronis imperio facta, excusavit, cujus acta tueri necessum sibi fuisset. Romani non illi, cujus ea propria potestas non esset, et quae de Romanis nihil tale meruisset, verum Agronis filio Pinneo pacem dederunt his legibus: *ut stipendia imperata penderet. Illyrico omni, paucis exceptis locis, decederet: neque ultra Lissum pluribus quam binis lembis, et his inermibus, navigaret.* Corcyra, Pharus, Issa, Dyrrhachium et Atintanes hac pace Romanis cesserunt: cetera, quae sub Agronis imperio fuerant, Pinneo relicta. Teuta, sive pudore et metu, sive jubentibus Romanis, administratione regni abiit, quam tutorio nomine suscepit Demetrius Pharius. *Pacis leges cum Illyriis.*

XXXI. Sic finita cum Illyriis contentione, finibusque imperii jam ad limites Graeciae promotis, ab alia parte parum secura respublica erat: meditantibus bellum Gallis, et maximis in Hispania incrementis rei Punicae, quam sine periculo Romanae confirmari posse nemo credebat. Hasdrubal, gener et successor Hamilcaris, vindicata soceri morte, multas praeterea nationes, partim armis, plerumque consilio et facundia, qua mire pollebat, Carthaginiensium imperio subdidit; etiam altera *Carthagine*, quae *Nova* appellata est, in sinu maris juxta portum amplissimum et satis commodum condita. Sed propior a Gallis metus durius aliquod contra Poenos consilium inire vetuit. quod reliquum erat, foederibus pactisque cursum fortunae eorum sistere studuerunt. Legatis ergo Carthaginem missis, aliisque ad Hasdrubalem, pepigerunt, *ut trans Iberum amnem se continerent Poeni, Saguntinis suae leges et libertas servaretur.* Haec in annum inciderunt, quo Sp. Carvilius Sp. F. Cn. Maximus, Q. Fabius Q. F. Q. N. Maximus Verrucosus, uterque iterum, consules fuere. *Incrementa rei Punicae in Hispania.* *Pacta Romanorum et Poenorum de Hispania.* U. c. 525. Sp. Carvilio II. Q. Fabio coss.

XXXII. Sub idem tempus L. Postumius proconsule, qui in Illyrico hibernaverat, legatos ad Aeto- *L. Postumii legatio*

Cap. XXX. Appian. Polyb. Appian. Dio. Zonaras. Cap. XXXI. Polyb. 2, 13. Diod. Eclog. l. 25. Liv. 21, 2. Polyb. 2, 13. Liv. 26, 42. Polyb. Appian. Iber. Polyb. Flor. 2, 6.

Digitized by Google

U. c. 525. *ad Aetolos Achaeosque.*

lorum Achaeorumque populos Corcyra misit, ad exponendum rei gestae ordinem, quibus caussis bellum istud susceptum, qua fortuna gestum, quibusque conditionibus finitum esset. Comiter excepti studiosque auditi sunt, quod eae nationes ceterique Graeci vehementer exosum habebant Illyriorum nomen, ob continua latrocinia, quae sub Agrone Teutaque exercuerant. Haec ubi domum nunciata sunt, senatus rite atque ordine a proconsule facta esse censuit, aliamque statim legationem decrevit, quae publico nomine Corinthios et Athenienses adiret, populique Romani studium erga Graecos, et aequitatem erga omnes commendaret.

Alia legatio publico nomine in Graeciam venit.

XXXIII. Ea res magnam in iis terris nomini Romano benevolentiam peperit, confestimque decreto Corinthiorum honor hic populo Romano est habitus, ut Isthmiorum (qui ludi inter quatuor celeberrimos sunt Graeciae) participes haberentur. Maxime movit eos, praeter Apolloniam et alias Graeci generis civitates, Corcyra libertati reddita, quae colonia Corinthiorum fuerat. Athenienses quoque, societatem Romanam amplexi, decreverunt, ut Romanis jus civitatis Atticae, Initiorumque Eleusiniorum esset. Interea Cn. Fulvius proconsule triumphum navalem ex Illyriis egit ante diem Kalendas Quintiles; et principes Illyrios in triumpho ductos securi percussit. Hic primus de Illyriis triumphus fuit. Anno sequente, P. Valerio L. F. M. N. Flacco, M. Atilio M. F. M. N. Regulo consulatum gerentibus, praetorum duplicatus est numerus, quaternosque creari visum, ut essent, qui in Siciliam Sardiniamque provincias cum imperio mitterentur. ex his M. Valerius Sardiniam, adtributamque huic Corsicam, C. Flaminius Siciliam sortiti sunt.

Athenienses societatem Roman. amplectuntur.

U. c. 526. P. Valerio, M. Atilio coss.

Praetorum duplicatus numerus.

XXXIV. Ingens eo tempore fuit metus Gallici belli, de quo Boji Insubresque non inter se modo, sed etiam cum Transalpinis populis agitare, magnasque Gaesatarum Gallorum copias stipendio conduxisse ferebantur. Ergo non solita modo remedia quaesita sunt, sed etiam iis rationibus malo, quod timebatur, occursum, quas

Mala remedia sug-

Cap. XXXII. Polyb. 2, 12. Cap. XXXIII. Zonaras. Polyb. Appian. Illyr. Thucyd. 7, 10. Zonaras. Fasti Capit. Florus 2, 5. Eutrop. l. 3. Liv. Epit. 20. L. 2. §. 32. ff. de O. J. Solin. c. 11. Cap. XXXIV. Sex. Rufus. Solin. Zonaras. Polyb. 2, 22.

Digitized by Google

apud severos judices, praeter amorem patriae, et in ejus gratiam quandoque concessa, quae alias negarentur, nihil excusaret. Quum enim, praeter alios ex Diis hominibusque terrores, etiam in Sibyllinis libris repertum esset, *Gallos et Graecos urbem Romanam occupaturos*, ad praedictionis ejus minas calliditate avertendas, M. Valerio M.ᶜ F. M. N. Messalla, L. Apustio L. F. C. N. Fullone consulibus, ex auctoritate pontificum homines quatuor, Gallum et Gallam, similiterque Graecum et Graecam in medio foro Boario vivos defoderunt, ut ita quasi partem aliquam urbis tenentes impleviſſe fata viderentur.

U. c. 526. *gerit timor.*

U. c. 527. M. Valerio L. Apustio coss. *Gallus et Galla, item Graecus et Graeca vivi defodiuntur.*

XXXV. Ceterum hic annus, inter res alias non magnas, adparatu maxime Gallici belli, quod jam instabat, consumptus est. Descriptae sunt ad id bellum equitum peditumque copiae, incredibili numero, tota pro Romanis Italia consentiente. Q. Fabius historicus, qui rebus gerundis interfuit, effecta fuisse scribit armatorum octingenta millia: Romanorum quidem Campanorumque numero peditum explente ducenta quadraginta octo millia ducentos, equitum viginti sex millia sexcentos. cetera multitudo reliquorum Italiae populorum fuit. Etiam Veneti ac Cenomani auxilia dederunt Romanis, hominum millia viginti, qui jussi sunt finitimos Bojos metu et damnis ad patriam tuendam cogere, ne cum ceteris hostium copiis conjungi possent: quando a bellandi consilio legationis Romanae studiis avocari nequiverant. Venetis enim et Cenomanis ad instaurandam cum populo Romano amicitiam persuasis, Insubres Bojique in hostili animo propositoque perstitere. Minutae tamen vires eorum sunt, non ausis omnem armatorum multitudinem educere regibus, coactisque partem juventutis ad fines defendendos relinquere. Ita reliquis cum copiis (peditum quinquaginta millia, equitum viginti numerabantur, iter per Etruriam tentare coeperunt.

Numerus copiarum ad Gallicum bellum descriptarum.

Insubrium et Bojorum copiae iter per Etruriam tentant.

XXXVI. Interea L. Aemilius Q. F. Cn. N. Papus, C. Atilius M. F. M. N. Regulus consules Sardiniam et Ariminum cum vicina Gallia provincias obtinuere. Sardi enim, gravati perpetuam Romani praetoris prae-

U. c. 528. L. Aemilio, C. Atilio coss.

Cap. XXXIV. Plut. Marc. Zonaras. Liv. 22, 57. Oros. 4, 13. Cap. XXXV. Plin. 3, 20. Eutrop. l. 3. Diod. Eclog. l. 25. Oros. 4, 13. Liv. Epit. 20. Polyb. 2, 24. Strabo, l. 5. p. 216. Polyb. 2, 23. Cap. XXXVI. Zonaras.

Digitized by Google

U. c. 528. *Sardi tumultuantur.*

sentiam fascesque non ante conspectos, iterum tumultuati fuerant: sed hos C. Atilius consul haud magno negotio coërcuit. Major moles L. Aemilio cum Gallis fuit, perrupta Etruria Romam tendentibus. Eos praetor, cui Etruria provincia decreta fuerat, quum arcere transitu nequivisset, circa Clusium consequutus, praecipiti in occasum die, castra non procul ab hostilibus posuit. Galli, quo Romanos ad pugnam elicerent, meditato dolo, cum omni peditatu ad oppidum Faesulas nocturno itinere perveniunt: relictis equitibus, quibus imperatum fuerat, ut orto die conspiciendos se tantum praeberent hostibus, deinde statim ad pedites se referrent, castra ad recipiendum equitatum hostesque ex improviso turbandos apto loco habituros.

L. Aemilii bellum grave cum Gallis.

Circa Faesulas pugnatur.

XXXVII. Ea fraus Romanis imposuit, ut quasi fugientes avide sequerentur. ita circa Faesulas a recentibus et paratis excepti sunt, fessi cursu, et consilio, ut in re necopinata, destituti. Quod unum supererat, pugnando tueri salutem, aut vindicare sanguinem statuere. sed, praeter alia numero quoque vincentibus Gallis, plures sex millibus in loco pugnae concisi sunt, ceteri fugerunt. Galli, munitum quemdam collem, quo pleraque fugientium turba concesserat, capere conati, postquam nocturno itinere diurnaque pugna vires exhaustas sensere, ad corpora curanda abiverunt, relicta parte equitum, quae tumulum obsideret, postridie vi aut deditione haud dubie in potestatem redigendum. In hoc articulo rerum L. Aemilius consul optabili potius, quam sperato, casu supervenit. Nam, ad famam adventantium Gallorum Ariminum missus, defensurus Adriatici litoris oram, postquam urbem audivit peti, magnis itineribus Arimino profectus, ad ea loca bona quadam fortuna pervenerat, et parvo ab hostibus intervallo castra metatus fuerat.

L. Aemilius in tempore supervenit laborantibus Romanis.

Ex ignibus conjicitur exercitus veniens.

XXXVIII. Obsessi, ex ignibus ab ea parte conspectis, id quod erat, Romanum exercitum venisse conjicientes, quosdam suorum miserunt sine armis, quo facilius hostium excubias fallerent. Ex his cognito rerum statu, consul citra longiorem deliberationem, quam neque res, neque tempus ferebat, statim orta

Cap. XXXVI. Polyb. 2, 23. et 27. Polyb. 2, 25. Polyb. 2, 23. Polyb. 2, 25. Cap. XXXVII. Polyb. 2, 23. Polyb. 2, 26.

Digitized by Google

luce cum equitatu praeceſſit ad tumulum, tribunis militum cum legionario milite sequi juſſis. Gallos jam iidem ignes admonuerant de adventu Romanorum, et ad consilium de praeſentibus coëgerant. Ibi rex Aneroëſtus suasit, *ne agmen locupletissima praeda onustum objicerent hosti: sed, domum digressi, deposita praeda, si bellandum ultra videretur, expediti redirent.* Probato ab omnibus consilio ante noctem disceditur, itinere per Etruriam juxta litus maris inſtituto. L. Aemilius, receptis, qui in tumulum confugerant, et Gallorum profectione cognita, cum his quidem conlatis signis pugnare nolebat: sed insequi tamen ſtatuit, occasione, quam tempus obtuliſſet, usurus.

U. c. 528.

Galli ad deponendam domi praedam discedunt.

XXXIX. In hoc articulo rerum rurſus aliquid ex inproviso molita fortuna eſt. Alter conſul C. Atilius ex Sardinia cum legionibus Piſas adpulerat, atque, ibi militibus expositis, pedeſtri itinere petebat Romam, per eamdem Etrusci maris oram incedens, qua Galli veniebant. Circa portum Etruriae Telamonem primum obviam sibi facti sunt praecurſores utriusque exercitus: captivisque nonnullis ad conſulem adductis, ubi de itinere Gallorum, et inſequentis eos collegae inſtituto cognovit, miratus caſum, et spe inpulsus, quod medius inter duos conſulares exercitus hoſtis teneretur, tribunis praecepit, ut acie inſtructa, quantum locorum natura pateretur, quadratum agmen gradu militari ducerent. ipſe, animadverso colle, opportune itineri, qua venire Gallos neceſſum erat, imminente, ad praeoccupandum eum cum equitatu contendit. Feſtinabat enim cum hoſte quam primum decernere, certus, si urgeretur, collegam venturum subsidio; et, si inceptum successiſſet, potiorem bene geſtae rei laudem penes se futuram eſſe.

Alius improvisus casus.

C. Atilius in Gallos forte incidit.

XL. Galli, viso in superioribus locis hoſtium agmine, nocte circummiſſos ab L. Aemilio equites rati, suum et ipsi equitatum emittunt, adjuncta levis armaturae parte, ad iter aperiundum. deinde captivorum indicio conſulis alterius adventus cognitus peditatum continuo inſtruere coëgit ancipiti acie, quae, ante et

Anceps acies Gallo.

Cap. XXXIX. Cluver. Ital. Antiq. 2, 2. Polyb. 2, 26.

Digitized by Google

U. c. 528. *rum inter duos exercitus consulares mediorum.*

retro in hostem versa, interius oppositis invicem tergis cohaereret. Nam videbant a fronte C. Atilium instare: a tergo sequi L. Aemilium noverant. Huic igitur ex Transalpino genere mercede conductos, qui ab armorum nomine Gaesatae vocantur, opposuerunt in prima acie; post hos in subsidiis Insubres: at Taurisci Bojique adversus Atilianas copias locati sunt. Essedis deinde carrisque cornu utrumque vallarunt: praeda cum idoneo praesidio vicinum in collem seposita est. Jam pugnari ad tumulum ab C. Atilio occupatum coeperat, et ex eo conjiciebat L. Aemilius adesse collegam, cujus de itinere nihil habebat compertum, praeterquam quod adpulisse Pisas audiverat. Igitur, ex tempore consilio capto, equites suos et ipse ad collem, ubi pugnabatur, jussit adcurrere. Certatum ibi est equestri proelio acerrimo, in quo et C. Atilius consul occisus est, ejusque caput ad reges Gallorum relátum. ad extremum tamen connisi totis viribus Romani, loco retento, hostem repulere.

Pugna atrox.

XLI. Decreta hunc ad modum equestri pugna, pedites concurrere. Ibi vero certamen vidisses, quum numero atque robore virorum, tum ipsa dispositione acierum terribile: quum inter duos Romanos exercitus Gallorum intercepta multitudo, simul in utrosque obversa, dimicaret ambiguo judicio, plusne prodesset eis ista proelii forma, quod, cum divisis hostium copiis pugnantes, terga sibi invicem tuta praestabant, etiam amissa spe fugae ad fortitudinem stimulati, an vero noceret, quod inter duos consulares exercitus conclusi tenebantur. Ceterum Romanos partim adspectus virorum terrebat, qui eximia specie et magnitudine corporum primis in ordinibus stabant; partim ad pugnandum incitabat non modo laudis, sed etiam spoliorum dulcedo, quod inter Gallorum antesignanos erat nemo, quin manicis armillisque aureis fulgeret.

Galli armillis aureis fulgent.

XLII. Conserto igitur proelio, immissi primum velites maximam hostium edidere caedem, praesertim ubi Gaesatae pugnabant, qui, per ferociam et barbaram ostentationem abjectis vestibus, nudi ante prima signa constiterant. Quum enim scutum Gallicum praelongum et angustum non possit corpus obtegere, tam-

Gaesatarum ferocia et caedes.

Cap. XL. Liv. 26, 6. Oros. 4, 13. Polyb. Diod. Eclog. l. 25. Polyb.

Digitized by Google

quam exposita jaculatoribus signa certis ictibus petebantur: cadebantque inulti, quod neque ferire hostem eminus poterant, neque conferta manu pugnari secum levis armatura patiebatur. qua desperatione pars temere in hostem ruentes, priusquam ad manus venirent, missilibus confossi sternebantur: ceteri, sensim referentes gradum, suorum perturbabant ordines. Ita Gaesatarum acie per velites disjecta, gravis armaturae miles, Bojos Insubresque ac Tauriscos undiquaque adortus, multos interfecit. U. c. 528.

XLIII. Stabant tamen obfirmatis animis, neque ulla re inferiores, nisi quod armorum genere vincebantur, neque ad muniendum corpus apte instructi, neque ad hostem percutiendum. gladius enim Gallicus, tantum ad rem caesim gerendam accommodatus, mucronem idoneum non habet: praeterea ad primum ictum incurvatur, sequentesque parum efficaces habet, nisi pede pressus iterum dirigatur. Eventum proelii, quum in meliore spe Romani essent, haud dubium fecit equitum reditus, qui, Gallico equitatu in fugam compulso, ex colle decurrentes, in latus hostium impressionem fecerunt, tanto minus tolerabilem, quod ex superiore loco ingruebat. Hoc maxime modo cum Gallis in Etruria pugnatum Polybius tradidit: a quo parum probabiliter alii dissentiunt. quis enim temere credat ita potius rem gestam esse, ut Gallos noctu orta tempestas fugere coëgerit, tamquam Deorum iram timentes, postremosque eorum adgressus C. Atilius occubuerit: deinde post aliquot dies, quum interea suo quilibet in colle se continuisset, L. Aemilius cum exercitu Gallico prospere pugnaverit? Neque plus merentur fidei, qui pugnae locum ex litorali regione in agrum Arretinum transtulerunt. *Armorum genere vincuntur, cetera non inferiores.*

XLIV. Cecidisse tum Gallorum millia quadraginta non ambigitur. capta sunt haud minus millia decem cum uno regum Concolitano: alius, Aneroëstus, qui plurimum opinione virtutis et potentia valuerat, paucis comitantibus elapsus, in fuga necessarios suos seque ipsum secta gula interemit. Recepta est praeda ingens, quam consul reddendam iis curavit, quibus ad- *Gallorum magna clades.*

Cap. XLIII. Polyb. 2, 33. Polyb. 2, 30. Zonaras. Oros. 4, 13.
Cap. XLIV. Eutrop. l. 3. Polyb. Diod. Eclog. l. 25. Polyb.

Digitized by Google

U. c. 528. empta fuerat, suas unoquoque res adgnoscentibus dominis. Inde cum suo et Atiliano exercitu juxta fines Ligurum in Boïcum agrum profectus, ut operae navatae mercedem haberet miles, diripiendam ei regionem dedit, paucisque diebus satiatas praeda copias in urbem reduxit; tanto majore omnium laetitia, quanto acrior istius belli metus fuerat.

Triumphus L. Aemilii.

XLV. Ergo vix cujusquam triumphus faventium vocibus tam celebratus est: insignis alioquin, et rerum gestarum gloria, et captivorum spoliorumque praelatorum numero pretioque. Multa inter haec signa militaria fuere, plurimique torques aurei armillaeque, virorum fortium apud Gallos ornamenta. Sed maxime adverterunt oculos hominum Britomarus, aliique principes Gallorum, quos L. Aemilius per ludibrium accinctos in Capitolium duxit, tamquam voti sui religionem servaturos, quod, *non prius soluturos se baltea, quam Capitolium adscendissent*, juraverant. Ante diem tertium nonas Martias L. Aemilius consul de Gallis triumphavit. Eodem anno lustrum alterum atque quadragesimum conditum esse reperio a censoribus C. Claudio Ap. F. C. N. Centhone, M. Junio D. F. D. N. Pera.

Britomarus in Capitolium accinctus ducitur.

Lustrum XLII.

U. c. 529. T. Manlio II. Q. Fulvio II. coss.

XLVI. Depositus jam belli Gallici metus, nondum vindictae cupiditas erat: ambobusque proximi anni consulibus ea provincia data. T. Manlius T. F. T. N. Torquatus, Q. Fulvius M. F. Q. N. Flaccus erant, uterque iterum. His exercitus, et quae ad bellum instruendum gerendumque pertinebant, alacriter decreta. spes enim erat, post tantam victoriam toto circa Padum agro depelli Gallos posse, si nervi intenderentur. Consules, cum copiis profecti, primo statim terrore Bojos ad deditionem compulere: segnior deinde expeditio fuit ob pestilentiam et continuos imbres. Alii tradunt, hos consules, Pado transito, collatis signis vicisse Insubres, hominum occidisse tria et viginti millia, cepisse quinque. sed nobis Polybii potior est in his rebus auctoritas. Interea quia consules e longinquis regionibus, sive rebus gerundis, sive tempestatibus impediti, ad comitia occurrere non potuerant, ejus rei gratia dictator creatus est L. Caeci-

Novi consules adversus Gallos proficiscuntur.

Bojos ad deditionem compelluntur.

Cap. XLIV. Diod. Zonar. Polyb. Diodor. Polyb. Cap. XLV. Flor. 2, 4. et Zonaras. Fasti Capit. Cap. XLVI. Polyb. 2, 31. Zonaras. Polyb. Oros. 4, 13.

Digitized by Google

lius L. F. C. N. Metellus: isque N. Fabium M. F. M. N. Buteonem magistrum equitum dixit. Comitiis habitis consules facti sunt C. Flaminius C. F. L. N. P. Furius Sp. F. M. N. Philus. U. c. 530. C. Flaminio, P. Furio coss.

XLVII. Hi primi Romanorum, ut existimo, Padum transivere cum exercitu, qua fluvius Addua Pado committitur, in regionem Insubrum inruptione facta. Multo labore, neque nullo sanguine haec audacia constitit. nam et in transitu fluminis, et dum castra ponuntur, acriter incurrentes hostes Romanorum haud paucos occiderunt. Ex harum rerum nunciis ortam sollicitudinem inmensum auxere prodigia, quod in Piceno flumen manasse sanguine, in Etruria coelum ardere visum, Arimini noctu luxisse, tresque lunas eodem tempore apparuisse nunciabatur, et quod Romae in foro vultur per dies complures sederat. nam sub idem forte tempus Caria motu terrae concussa, et collapsus Rhodi colossus nihil tum ad rem Romanam pertinere credebantur. Ceterorum caussa consulti augures, *consules vitio creatos videri*, responderunt, sequutaeque sunt senatus ad eos literae, quibus in urbem revocabantur. Illi inter haec per inducias Insubrum agro excesserant, deinde in Cenomanorum finibus, sociorum adscitis auxiliis, iterum campos Alpibus subjacentes infestare coeperant: permotique ira Insubres, etiam aureis signis ex aede Minervae depromptis, quae *immobilia* vocabantur, quod nisi ob extremam necessitatem moveri fas non esset, cum exercitu quinquaginta millium occurrerant, acie dimicaturi.

Padum transeunt Romani, non impune.

Prodigia varia.

Insubres Romanis occurrunt.

XLVIII. Hoc ad tempus literae senatus venere. C. Flaminius, sive conjectura earum argumentum adsequutus, sive literis amicorum praemonitus, collegae persuasit, ne ante pugnam commissam aperirentur. Sic obstinato ad dimicandum animo, de auxiliis Gallorum deliberabant, ne forte neglecta caussam nocendi haberent; adhibita, occasionem. levitas enim gentis timebatur, praesertim adversus cognatum hostem suscipiendo proelio. Tandem hoc consilium placuit. Gallos in ulteriorem ripam miserunt: deinde ruperunt

Consules auxilia suspecta amoliuntur.

Cap. XLVI. Fasti Capit. Cap. XLVII. Liv. Epit. 20. Polyb. 2, 32. Zonaras. Polyb. Zonaras. Oros. Plut. in Marc. c. 4. Zonaras. Marianus Scotus. Oros. Plin. 34, 7. Zonaras. Polyb. Strabo, l. 5. p. 216. Polyb. Cap. XLVIII. Liv. 21, 63. Zonaras. Polyb.

Digitized by Google

U. c. 530.

Romani vincunt.

pontes. ita neque laedi ab iis Romanus poterat, et, copia fugae penitus ablata, omnia in virtute erat habiturus. Post acre proelium victoria Romanis cessit; majori tribunorum laude, quam consulum. Nam C. Flaminius aciem ita ripae fluminis admoverat, ut nihil ad receptum cohortium relinqueret spatii: haud dubie totum exercitum perditurus, si urgentibus hostibus vel minimum recedere coactus fuisset. Tribuni vero, prioribus proeliis experti, Gallorum vim omnem in primo inpetu esse, hunc acerrimum, sed brevem, si quis sustinuisset, nihil postea metuendum habere, primis ordinibus hastas triariorum dividunt, quibus hostium excipiant ictus, deinde, abjectis his, gladium stringant.

Enses Galliei inepti.

XLIX. Ubi ventum ad certamen est, hastarum objectu Gallici gladii statim ad primum ictum hebetati curvatique sunt: quos donec dirigere student, suggressus stricto mucrone Romanus omnem armorum usum iis ademit. Nam et hoc habent enses Gallici, quia caesim tantummodo iis pugnari potest, ut ad feriendum aliquantum requirant spatii; quod si quis abstulerit, omnino fiunt inutiles. Romani vero etiam punctim ferire ex minimo intervallo poterant, eoque modo ad corpus hostis adpressi faciem ejus atque pectus impune caedebant. Interfecta dicuntur millia Gallorum novem: quasi duplum ejus numeri captum esse. Post victoriam ager hostium longe lateque vastatus est, multumque praedae partum.

C. Flaminii pertinacia adversus senatum.

L. Tum demum literas senatus legi placuit: quibus quum pariturus P. Philus esset, C. Flaminius, *invidiam hanc patrum esse* testatus, *nullis auspiciorum vitiis, cujus rei nullum argumentum certius ipsa illa, quam obtinuissent, victoria adduci posset*, negavit *se, nisi finito vel bello, vel magistratus tempore, decessurum esse.* Quin etiam addidit *effecturum, ut populus Romanus auguriorum aliarumque talium rerum inepta observatione falli desinat.* Ceterum, in sententia persistente P. Furio, Flaminianus exercitus, metuens, ut, digresso illo, satis in hostili regione tutus esset, exoravit eum, ut per dies aliquot remaneret. nihil tamen rerum postea gerere voluit: C. Flaminio interim

Collega ejus P. Furio parere cupiente.

Cap. XLIX. Oros. 4, 13. Cap. L. Plut. in Marc. c. 4. Zonaras.

Digitized by Google

castella quaedam urbemque non incelebrem illis gentibus recipiente, concessaque militi praeda ad instans cum senatu certamen sibi conciliante animos. Tanta enim exorta fuerat in Urbe indignatio, ut redeuntibus consulibus neque obviam ex more iretur, triumphusque non C. Flaminio modo, sed in ejus odium etiam P. Philo negaretur. Ad extremum C. Flaminii magnus apud plebem favor vicit: isque triumphans urbem ingressus est, ante diem sextum Idus Martias. Multa in eo triumpho translata sunt spolia, magna vis armorum, torques itidem aurei permulti, ex quibus tropaeum Jovi C. Flaminius in Capitolio posuit, inverso Gallorum voto, qui de spoliis Romanorum Marti suo torquem promiserant. Alter mox consul de Gallis et Liguribus triumphum egit ante diem quartum Idus Martias.

U. c. 530.

Consules invito senatu triumphant.

LI. Sic magis accensa, quam victa, senatus odia non quievere, donec consules statim secundum triumphum abdicare sunt coacti. Pari severitate sub idem fere tempus viri clarissimi duo sacerdotii honore caruerunt: M. Cornelius Cethegus, extis non rite porrectis; Q. Sulpicius, quod inter sacrificandum apex ei de capite defluxerat. Quum magistratu consules abivissent, comitia per interregem sunt habita, quibus consul factus M. Claudius M. F. M. N. Marcellus, qui, magistratu inito, collegam adscivit Cn. Cornelium L. F. L. N. Scipionem Calvum. Hi pacem petentibus Insubribus restitere, M. Marcello potissimum cupiditate provinciae triumphique conditiones omnes aspernante. sed et ipsi Galli belli potius, quam otii, consilia tractare videbantur, quum de integro mercede conducta Gaesatarum triginta millia, superatis Alpibus, longe majorem Insubrium multitudinem concivissent.

Deinde abdicare coguntur.

U. c. 531. M. Claudio, Cn. Cornelio coss.

Insubribus pax negatur.

LII. Bello sic exorto, profecti primo vere consules Acerras (oppidum est inter Padum et Alpes) circumsederunt. Cujus obsidione quum depellere Romanos difficile videretur, Britomarus, adsumpta decem millium Gaesatarum manu, Circumpadanam regionem vastare instituit. quo comperto, consules ita inter se partiti sunt copias, ut Cn. Cornelius cum ex-

Cap. L. Liv. 22, 6. Zonaras. Plut. Zonaras. Fasti Capit. Liv. 23, 14. Flor, 2, 4. Fasti Capit. Cap. LI. Plut. Val. Max. 1, 1, 4. Plut. Polyb. 2, 34. Plut. Polyb. Plut. Cap. LII. Polyb. Plut.

Digitized by Google

U. c. 531. ercitu reliquo urgeret obsidionem; M. Marcellus, duas partes equitum et delectos ex levi armatura ducens, sociis succurreret. Delegit expeditissimum quemque, non ultra sexcentos. cum his et equitibus suis, non die, non nocte intermisso itinere, contendit ad hostes. quos circa Clastidium adeptus, prius-quam reficere suos quiete posset, adortus est, non voluntate sua, sed ferocia Gaesatarum, qui, numero potiores et equestris militiae principatum sibi vindicantes, audito, paucos adduci pedites a consule, protinus ad obterendum eum, omissa Clastidii obsidione, proruperunt.

Marcelli pugna cum Gallis ad Clastidium.

LIII. M. Marcellus, acie in longum porrectâ, ne circumveniretur ab hostium multitudine, Gallis processit obviam. neque longe aberant invicem acies, quum jam impetum facere molientem equus, clamore cantuque Gallorum exterritus, abripuit, et retrorsum tulit. Ibi consul, veritus ne in omen tractus ille casus animum suis minueret, equum circumagendo Solem adoravit, tamquam ea de caussa convertisset: ex veteri more, quo Deos adoraturi se circumagebant. Ferunt, eum ante primum congressum pulcherrima hostilium armorum Jovi Feretrio vovisse: mox, conspecto Britomaro, qui suorum agmen praecedebat, arma ferens auro argentoque et coloribus eximie perornata, haec judicavisse arma esse debere, quae vovisset. Jam ipse quoque rex, viso Romanorum duce, provectus longe ante suos, voce et gestu eum ad pugnam provocabat. Neque cunctatus M. Marcellus, perfosso regis thorace, vulneravit eum hasta, et equi adacti impetu dejectum humi semel iterumque repetitis ictibus occidit. Tum desiliens ex equo, manibusque arma tenens, suspexit in coelum. *Jupiter*, inquiens, *Feretri, qui fortium ducum in proeliis facta praeclara adspicis, en ego, te teste, tertius Romanorum, caeso hostium imperatore, imperator opima tibi spolia consecro. Tu vero ad reliqua etiam belli res nostras prospera fortuna pergere sinito!*

Marcelli votum, et opima spolia.

LIV. Repetente post haec equum M. Marcello, totis viribus confligi coeptum, fortissime pugnantibus Romanis, quos consulis audacia et fortuna non minus ardore pugnandi, quam spe victoriae, inplevenat.

Victoria Romanorum.

Cap. LII. Zonaras. Plut. Polyb. Plut. Cap. LIII. Frontin. 4, 5. Plut. Oros. 4, 13. Plut.

Digitized by Google

Itaque non eques Gallus, non pedes, quamquam et ille suis subsidio venerat, sustinere vim tantam potuit: raroque exemplo paucissimi de numeroso exercitu pulcherrimam victoriam retulere. Lectis deinde spoliis ad collegam revertit consul, qui, Acerris occupatis, ubi magnam annonae copiam reperit, circa Mediolanum, caput Insubrium Gallorum, adversus hostes aegre se tutabatur. nam illi validissimae frequentissimaeque urbis obsidione implicatum vicissim quasi obsidebant. Sed adventu M. Marcelli cito commutatus est rerum status. nam et Gaesatae, audito regis fine, discesserunt: et ab his relicti Mediolanenses defendere urbem non potuere. Sic ingentibus Insubrum copiis caesis, captaque Mediolano, et subinde Como, ceterae deinceps urbes, et Insubrum tota natio, pecunia et agrorum parte multati, de cetero satis aequa pace impetrata, in deditionem venere. U. c. 531. *Insubres in deditionem veniunt.*

LV. M. Marcellus, provincia confecta, celeberrimum triumphum de Gallis Insubribus et Germanis duxit Kalendis Martiis. Haec prima Germanorum in historia Romana mentio, qui, ex Transrhenanis gentibus mercede conducti, Virdomaro duce in Italiam venerant. Ex his Gallisque captivi forma staturaque corporis ingenti currum victoris inter spolia maximi pretii antecedebant. Sequebatur ipse consul, rarissimo spectaculo caesi ducis arma Jovi Feretrio ferens. quem prosequutus a tergo exercitus, splendidis ornatus armis, militari adclamatione cantuque celebrabat. Hoc ordine quum ad aedem Feretrii perventum esset, descendens curru M. Marcellus, opima spolia post Romulum regem et A. Cornelium Cossum tertius, neque post illum alius, suspendit. Haec arma populus Romanus majori cum voluptate spectavit, quod Romanorum militum arma hostes Vulcano vovisse dicebantur. tantaque victoriae ejus laetitia fuit, ut senatus populusque Romanus ex manubiis donum Apollini Delphico cratera aureum, et circum amicas sociasque civitates arma de spoliis Gallicis mitteret. ad Hieronem Syracusanum praeter spolia missum etiam frumenti pretium est, quo inter bella Gallica rem Romanam juverat. *M. Marcellus triumphus celeberrimus.* *Senatus Diis et sociis dona ex manubiis mittit.*

Cap. LIV. Val. Max. 3, 2, 5. Zonaras. Polyb. 2, 34. Plut. Oros. 4, 13. Plut. Eutrop. l. 3. Zonar. et Oros. Plut. Cap. LV. Liv. Epit. 20. Fasti Capit. Propert. 4, 11. Plut. Virgil. Aen. 6, 856. et Flor. 2, 4. Plut. Liv. 1, 10. et 4, 20. Plut. Flor. Plut. Liv. 24, 21. Diod. Eclog. l. 25.

Digitized by Google

U. c. 531. *Istricum bellum.* U. c. 532. P. Cornelio. M. Minucio coss.

LVI. Novi deinceps hostes Istri exorti, qui, piratico scelere maria infestantes, Romanorum aliquot naves frumentarias diripuerant. Adversus hos ambo consules, P. Cornelius, M. Minucius Rufus, missi multos populos vi aut deditione subegerunt. Triumphatum tamen ab his non reperio, credo, quia multo etiam Romano sanguine victoria constiterat. Hoc anno infaustum multis gentibus urbibusque sidus in Hispania exortum est Hasdrubalis successor Hannibal, de cujus initiis gestisque multa deinceps majori spiritu dicenda erunt. Interea novi consules L. Veturius, C. Lutatius cum exercitu ad Alpes progressi sunt. sed conditionibus magis, quam armis usi, multos eorum locorum populos voluntate ipsorum ad amicitiam Romanam adduxerunt.

U. c. 533. L. Venturio, L. Lutatio coss.

Bellum Illyricum.

LVII. Bellum hoc tempore cum Illyriis instauratum est improbitate Demetrii Pharii, adversus quem, sub amicitiae Romanae praetextu vicinas civitates arbitrio suo vexantem, omnibus ex partibus querelae venerunt. Nam fretus potentia, quam a Teuta deficienti Romani circumdederant, tutelaque regis Pinnei, cujus matrem Triteutam connubio sibi junxerat, regem et ipse se ferens, popularibus juxta finitimisque gravis et intolerandus incumbebat. Et Illyrici quidem populos, Romanorum socios et amicos, suae dominationi studebat subjicere: Cycladas autem insulas, contra foedus cum lembis armatis quinquaginta ultra Lissum provectus, alias depopulabatur, ab aliis extorquebat pecunias. Jamque ad Istrorum partem, quotquot a recenti bello Romanos oderant, et Atintanes vi coactos in partes suas traxerat. Neque Romanos reverebatur, quibus Gallico bello implicitis, deinde Punicum metuentibus, neque vires, neque otium ad vindicandas sociorum injurias fore censebat: et a Philippo Macedonum rege quidlibet sperabat, quod bello Cleomenico dux Illyricorum auxiliorum Macedonicas opes adjuvisset. Igitur decretum adversus eum bellum est, adparatusque facti.

Demetrii Pharii ausa et gesta.

Amicitia Demetrii cum Macedone Philippo.

LVIII. Lustrum interea tertium et quadragesimum L. Aemilius, C. Flaminius censores condiderunt. Censa

Cap. LVI. Oros. 4, 13. Eutrop. l. 3. Zonaras. Oros. Zonaras. Cap. LVII. Liv. Epit. 20. Zonaras. Appian. Illyr. Dio apud Vales. Justin. 29, 2. Polyb. 3, 16. Polyb. 4, 16. Appian. Polyb. 3, 16.

Digitized by Google

Censa sunt civium capita ducenta septuaginta millia ducenta tredecim. Libertinorum promiscua multitudo, per omnes tribus sparsa, multum hactenus turbarum dederat. eam imitatione Q. Fabii Maximi censores in quatuor tribus, Esquilinam, Palatinam, Suburranam, Collinamque redegerunt. C. Flaminius in eadem censura viam Ariminum usque munivit, et Circum exstruxit. utrique operi nomen ab auctore est impositum, Circusque Flaminius, et via Flaminia vocata. Iidem censores legem Metiliam de fullonibus ad populum ferendam dedere: ne minorum quidem rerum curam tanti magistratus fastigium dedecere rati.

U. c. 533. *Civium censorum numerus.*

Lex Metilia de fullonibus.

LIX. Per idem tempus Illyriorum rebellio senatum movit, ut M. Livio M. F. M. N. Salinatori, L. Aemilio M. F. Paullo consulibus provinciam illam mandaret. Contra Demetrius bellum et ipse haud segniter comparare instituit, valido praesidio Dimalum misso, provisisque omnibus, quorum ad longam sustinendam obsidionem usus est. Quibusdam locis interficiendos curavit principes, de quorum fide dubitabat, aliisque sibi addictis regimen urbium tradidit: ex omni vero regno delectum robur, sex millia virorum, secum ad praesidium Phari retinuit. Dum haec aguntur, L. Paullus consul, primo vere profectus, in Illyricum venit: intellectoque, magnam esse hostibus spem in munitionibus Dimali, quem locum inexpugnabilem putabant, ratus plurimum inde terroris oriturum, si hunc expugnasset, tanta sua militumque alacritate est adgressus, ut septimo, quam oppugnari coepta esset, die vi caperetur. Neque falsus fuit animo consul, sparsaque per vicinam regionem fama, confestim ex omnibus urbibus oratores venere, se suaque omnia Romanis dedituri.

U. c. 534. M. Livio, L. Aemilio coss.

L. Aemilius in Illyricum venit.

Dimalum expugnat.

LX. Quibus in fidem receptis Pharum insulam, ubi Demetrii regia erat, petiit. Quam ubi copiarum omni genere refertam, fortissimorumque virorum praesidio, tum situ operibusque, ad haec praesentia tyranni munitam esse didicisset, moram obsidionis veritus, astum excogitavit accelerandae victoriae non inutilem. Partem enim majorem exercitus, noctu trajectis copiis, in silvosis quibusdam callibus occulit:

L. Aemi-

Cap. LVIII. Liv. 23, 22. Liv. Epit. 20. Liv. 9, 46. Liv. Epit. 20. Cassiod. Chron. Festus in v. *Circus Flaminius*. Plin. 35, 17. Cap. LIX. Polyb. 3, 18. Polyb. 3, 16. Polyb. 3, 81.

Digitized by Google

U. c. 534. *Iii strategema ad Pharum.*

ipse, cum navibus viginti luce clara proximum urbi portum petens, elicuit Pharios, inter quos ipse Demetrius ad prohibendam hostium exscensionem adcucurrit. Conserto certamine plures subinde, ut fit, suis auxilio venientes, ad extremum omni fere praesidio militarium virorum urbem nudavere. Interea Romani, qui nocte exscenderant, itinere per tecta loca facto, collem inter oppidum portumque medio ferme spatio situm occupavere. quo facto iis, qui urbe fuerant egressi, reditus ad eam occludebatur.

Pharii ab urbe exclusi.

Demetrii consilium in arena raptum.

LXI. Demetrius, animadverso, quid fieret, consilium cepit, ut in tam ancipiti periculo, non spernendum. Omisso enim praesenti certamine, revocatisque suis, *Viri fortes*, inquit, *apparet, virtutem nostram hostibus formidabilem esse. nam ad dolos conversi fatentur, se viribus armisque diffidere. Furta noctis usi hanc in terram inrepsere: unde, si bene vos novi, retinebunt nihil, nisi quod corporibus tegent, anima emptum. Vos modo, Pharii mei, vosque; omni ex Illyrico delecta juventus, vel patriae, vel gloriae vestrae memores, ostendite Romanis, neque suae fortitudinis, neque nostrae imbecillitatis fuisse, quod semel de Illyriis Romae triumphatum est. Non Fulvius eo tempore, aut Postumius Illyrios consiliis et armis. sed inpotentia, sed temeritate sua Teuta vicit. Neque ignoratis, ut de aliis taceam, non ita proclivem illi futuram fuisse victoriam, si me defensorem potius, quam inimicum, habere Teuta maluisset. Verum enimvero, et quia vobis praeclare confido, et quia facta potius, quam verba, tempus postulat, abrumpo. Habetis animos, habetis arma: videtis necessitatem, quae timidissimum quemque posset acuere; vobis pariter urbique discrimen extremum imminet, nisi virtute vestra discusseritis. Eamus igitur, et, fortuna bene juvante, istos e latibulis suis paullo ante progressos petamus, securi de his, qui exscensionem faciunt. nam illos si cediderimus, hi majori cum studio naves repetent, quam reliquerunt.*

Fugna Illyriorum cum Romanis.

LXII. Ita suos pro tempore cohortatus, instructis ordinibus ad eos invadendos, qui collem tenebant, ducit. qui et ipsi non segnius congressi sustinuerunt hostem, donec advenientes, qui exscensionem interea fecerant, et a tergo eum adorti, magno cum terrore detrimentoque disjecere. Paucos in oppidum retulit fuga: ceteri passim per invios calles dilapsi. Demetrius, qui solis quibusdam locis paratos lembos in omnem casum habebat, uno eorum conscenso, ad Philippum Macedoniae regem profugit, cujus in ami-

Demetrius ad Philippum profugit.

Digitized by Google

citiam receptus, mores adolescentis antea laudatos adulatione et tyrannicis consiliis corrupit, bellique Romani, et multarum praeterea calamitatum suasor et auctor ei exstitit. Post hanc pugnam Pharus ex itinere capta, jussuque imperatoris direpta et diruta est. Illyrici deinde rebus ex sententia ordinatis, ad triumphum petendum, adfecta jam aestate, consul Romam rediit. U. c. 534.

LXIII. In hujus quoque belli narratione Polybium sequi malui, non ignarus, apud alios auctores ambobus consulibus ejus perfecti gloriam communiter tribui, qui, evocatum ad se Demetrium, quia non parebat, adgressi, primum in Issa insula, quibus dixi, actibus vicerint; deinde Pharo proditione capta Demetrium expulerint. De cujus fine quoque dissentanea Polybio tradunt, istis et annis et locis proximo, quae aliud in tempus egressa praetermitto. Ceterum Illyriis in regis Pinnei gratiam, quem innocentem aetate et proposito fuisse constabat, pepercit senatus, foedusque cum eo, adjectis tamen conditionibus quibusdam, renovavit. Interea L. Aemilius consul splendidissimum de his populis triumphum duxit: sed et M. Livium ex eo bello triumphasse reperio. plures tamen scriptores hunc praetereunt: credo, quod majores L. Paulli res fuerunt, quibus collegae famam gloriamque potuerit obscurare. sed nobilius ejusdem M. Livii paulo post judicium et condemnatio fuit. Per invidiam ipse ac L. Paullus accusati, quod praedam militibus non aequaliter divisissent, quodque ex ea multa avertissent, judicium populi subiverunt. L. Paullus ambustus vix evasit, M. Livium omnes tribus excepta Maecia damnaverunt.

Polybii auctoritas, et dissensus aliorum scriptorum.

Illyriorum regi Pinneo pax datur.

LXIV. Isque contumeliam istam tam indigne tulit, ut Urbe relicta, coetus omnes fugeret, donec eum ad instituta vitae prioris resumenda Reipublicae tempora retraxere. Sed haec in P. Cornelii Scipionis, Tib. Sempronii Longi consulatum inciderunt. Anno autem, quo M. Livius et L. Paullus adhuc consules erant, Archagathus quidam Lysaniae filius Romam venit, qui medicinam professus, jure Quiritium

M. Livius urbem relinquit.

Cap. LXII. Polyb. 4, 66. Polyb. apud Vales. l. 7. Polyb. 3, 19. Appian. Illyr. Liv. Epit. 20. Cap. LXIII. Polyb. Zonaras. Dio apud Vales. Zonaras. Appian. Polyb. 4, 66. Auctor de viris illustr. Justin. 29, 2. Front. Strat. 4, 1.

Digitized by Google

U. c. 534. donatus est, eique taberna in compito Acilio emta publice. res ad memoriam minime celebris, nisi tum primum artis medicae nomen auditum Romae cognitumque esset, hactenus ad sanitatem tuendam sufficiente temperantia et inemptis remediis. Eisdem consulibus coloniae deductae sunt in agro Gallico Placentia et Cremona, non postrema caussa irarum, quibus commoti Boji Insubresque respicere Annibalem cepere, qui tum Saguntinam urbem summis viribus oppugnans, per ruinas ejus iter ad Romana bella muniebat. sed hi ceterique motus, qui magno numero neque minori mole continuo ingruerunt, ab altiore paulo principio sunt repetendi.

Artis medicae initium Romae.

Cap. LXIV. Liv. 22, 35, 2. et 27, 36, 3. Plin. 29, 1. Liv. 22, 25, 2. Ejusd. Epit. 29.

Digitized by Google

T. LIVII PATAVINI
HISTORIARUM
AB URBE CONDITA
LIBRI, QUI SUPERSUNT, OMNES,

CUM NOTIS INTEGRIS

LAUR. VALLAE, M. ANT. SABELLICI, BEATI RHENANI, SIGISM. GELENII, HENR. LORITI GLAREANI, CAR. SIGONII, FULVII URSINI, FRANC. SANCTII, J. FR. GRONOVII, TAN. FABRI, HENR. VALESII, JAC. PERIZONII, JAC. GRONOVII;

EXCERPTIS

PETR. NANNII, JUSTI LIPSII, FR. MODII, JANI GRUTERI;

NEC NON INEDITIS

JANI GEBHARDI, CAR. AND. DUKERI,

ET ALIORUM:

CURANTE

ARN. DRAKENBORCH,

QUI ET SUAS ADNOTATIONES ADJECIT.

ACCEDUNT

SUPPLEMENTA DEPERDITORUM T. LIVII LIBRORUM

A JO. FREINSHEMIO CONCINNATA.

EDITIO NOVA AUCTIOR ET EMENDATIOR.

TOMUS SEXTUS. PARS POSTERIOR.

STUTGARDIAE,

EX TYPOGRAPHIA SOCIETATIS WURTEMBERGICAE.

LIPSIAE IN COMMISSIS APUD C. H. F. HARTMANNUM.

MDCCCXXIII.

Digitized by Google

Digitized by Google

T. LIVII PATAVINI
HISTORIARUM
AB URBE CONDITA
LIBRI, QUI SUPERSUNT, OMNES.

TOMUS SEXTUS.

PARS POSTERIOR.

Digitized by Google

Digitized by Google

T. LIVII PATAVINI

HISTORIARUM

AB URBE CONDITA

LIBRI.

EPITOME LIBRI VIGESIMI PRIMI.

In Italiam belli Punici secundi ortus narratur, et Hannibalis Poenorum ducis contra foedus per Ibe-

In Italia belli Punici secundi, acta narrantur] Malim, ut alibi, *initia narrantur*. SIG. Acta hujus belli totis decem libris narrantur, non hoc primo solum. Commodius ergo, quod erat in cod. Barberino *belli Punici secundi ortus*. Moguntiaci natum *In Italia*. Andreas, Tarv. duae Ven. Ascensius: *In Italiam*. J. FR. GRON. *In Italiam bellum Punicum secundum narratur* Berg. *In Italia Punicum secundum actum narrat* Boend. *actum narrat* etiam Hearnii N. et Exc. Pithoei. *In Italiam belli Punici secundi actum narratur* Voss. *In Italiam belli Punici secundi ortum narratur* Leid. Quum *In Italiam* tantum non omnes codd. et edd. vett. servent, accedere nequeo Gronov. ad Epit. praec. duo priora vocabula hujus Epit. ad finem illius revocanda, et *in Italia* legendum esse censenti. Eadem caussa etiam efficit, ne Cl. Crevier. adsentiri possim, qui voces *In Italiam* resecandas esse censebat. *In Italiam belli Punici* est adversus Italiam, sive adversus Romanos eorumque socios in Italia. Liv. 5, 19, 2. *Bellum multiplex fuit eodem tempore et ad Vejos, et ad Capenam, et ad Falerios, et in Volscos*. 23, 35, 1. *In Italiam quum post Cannensem pugnam segnius bellum esset*. 27, 5, 3. *In Siciliam terra marique saepe magnis cladibus bellatum esset*. 31, 4, 1. *Qui ductu atque auspicio P. Scipionis in Africam bellum perfecissent*. Ita his locis varii codd. legunt. Quaedam etiam v. ad Livii 10, 19, 3. Sigonii conjectura *initia narrantur* firmari posset ex Epit. Liv. 109. *Caussae civilium armorum et initia referun-*

Digitized by Google

rum amnem transitus, a quo Saguntum, sociorum populi Romani civitas, obsessa octavo mense capta est. De quibus injuriis missi legati ad Karthaginienses, qui quererentur. quam satisfacere nollent, bellum iis indictum est. Hannibal, superato Pyrenaeo saltu, per Gallias, fusis Volcis, qui obsistere conati erant, ad Alpes venit; et laborioso per eas transitu (quum montanos quoque Gallos obvios aliquot proeliis repulisset) descendit in Italiam, et ad

tur. Sed *ortus narratur*, quod sensu illi convenit, est in cod. qua auctoritate alterum defituitur.

Per Iberum amnem transitus] *per Hiberum flumen* Leid. Berg. et Exc. Pith. Paullo ante *ducis Poenorum* Boend.

Saguntam sociorum populi Romani civitas octavo mense capta est] Membranae habent *civitas obsessa octavo mense capta est.* DELRIUS. Ita et Leid. Voss. Berg. et Hearnii N. quorum fide id recepi. Sed praeterea male iidem codd. *Saguntini Populi Romani civitas.* Sed *Saguntum populi Romani civitas* haud melius Boend. *Saguntus* habent edd. vetustiores; *Saguntum* ejus loco exhibuit Sigon. Hoc quidem unus, illud contra nullus meorum codd. firmat. *Saguntum* autem aeque ac *Saguntus* non modo aliis veterum, sed etiam Livio, in usu fuisse, vidimus olim ad Silii 17, 329. Mox *bellum his indictum*, omisso τοῖς *est*, idem Boend.

Superato Pyreneo saltu] *Pyrenaeo.* Sic Graeci Ἰβηρναῖος. SIG. Τὸ *saltu* exsulat a Voss. Simpliciter *Pyrenaeus* infra est 21, 24, 1. V. ad 26, 19, 11. Sed *saltum Pyrenaeum* Livius memorat 21, 23, 4.

Fusis, qui obsistere conati erant, ad Alpes venit] Vet. lib. *fusis Volcis, qui.* Sic autem tradit de Volcis Livius [c. 26.] SIG. *Volcis* operarum vitio legitur, pro *Volcis*, qui Galliae populi sunt Caesari 7. B. Gall. DELR. *fusis, qui ei obsistere* Boend. *fusis Vulscis, qui obsistere* Berg. et Hearnii N. *fusis Volcis, quibus obsistere* Leid. *fusis Volcis, qui obsistere* Voss. Tum *et ad Alpes* Voss. et Hearnii N. Mox *laborioso*, pro *et laborioso*, Leid. *per eos*, pro *per eas*, Berg.

Ad Ticinum amnem] *ad Ticinum flumen* Leid. Voss. Berg. Hearnii N. et Exc. Pithoei. V. paullo ante hac Epit. Mox τὸ *postea* deficit in Voss.

Iterumque exercitu Romano ad flumen Trebiam fuso] *iterum exercitu Romanorum* Boend. *iterum exercitu Romano* Hearnii N.

Per maximam vexationem propter vim tempestatum transiit] Immo non transiit. nam frustra id primo tentavit. FR. SANCTIUS. *per magnam militum vexationem* Boend. et Hearnii N. *per magnam vexationem mi-*

Digitized by Google

Ticinum amnem Romanos equestri proelio fudit: in quo vulneratum P. Cornelium Scipionem protexit filius, qui Africani postea nomen accepit. iterumque exercitu Romano ad flumen Trebiam fuso, Hannibal Apenninum quoque, per magnam militum vexationem propter vim tempestatum, transiit. Cn. Cornelius Scipio in Hispania contra Poenos prospere pugnavit, duce hostium Magone capto.

litum Berg. V. infra ad Liv. Epit. 51. Tum *per vim tempestatum* Voss. V. ad Livii Epit. 84. *propter vim frigoris et tempestatum* Boend.

Duce hostium Magone capto] Livius *Annonem* vocat [c. 60.] Et sic emenda in Zonara. qui *Cnaeus* et *Anno* vocati fuere, mendose *Γάϊος* et *Βαάννων* nominantur [8. Ann. 25.] DELR. *Hannone* ex Livii auctoritate scribendum, etiam conjicit Doct. Oudendorp. ad Frontini 2. Strateg. 3, 1. Sed codices nihil variant, nisi quod *Magno capto* sit in Leid. An non itaque potius referendum ad ipsius auctoris errores? praesertim quum similiter *Magonem* a Cn. Scipione captum referat Orosius 4, 13. ubi, ne scribarum error accusari queat, obstat, eumdem etiam commissum esse a Freculpho in Chron. tom. 1. lib. 5. p. 238. Paullo ante *in Hispaniam* Voss. et Berg. Vox autem *Poenos* male exsulat a Leid.

Digitized by Google

T. LIVII PATAVINI

LIBER VIGESIMUS PRIMUS.

1 I. In parte operis mei licet mihi praefari, quod in principio summae totius professi plerique sunt rerum scriptores, bellum maxime omnium memorabile, quae umquam gesta sint, me scripturum; quod, Hannibale duce, Karthaginienses cum populo Roma-
2 no gessere. Nam neque validiores opibus ullae inter se civitates gentesque contulerunt arma, neque

§. 1. *Licet mihi praefari, quod in principio summae totius professi* etc.] An alios quoque scriptores intelligat, nescio: Thucydidem certe intelligit, qui principio operis sui ait, se sperare, bellum id, quod scribere ingreditur, *μέγαν τε ἔσεσθαι καὶ ἀξιολογώτατον τῶν προγεγενημένων*. Et quod noster caussas affert, cur tale fuerit, ille quoque alter exponit, cur tale fore opinetur. MURET. 19. Var. lect. 17. *liceat mihi, quod in principio* Lov. 4.

Bellum maxime memorabile omnium, quae umquam gesta sint] *maxime omnium memorabile* Flor. Cant. Lov. 2. a m. 2. Lov. 3. 4. 5. et Rec. quod admisi. *gesta sunt* Lov. 2. Ber. Rec. Hav. et edd. priores. Ceterum semel profiteri sufficiat, me semper nomina illa *Hannibal*, *Hanno*, *Hamilcar*, *Hasdrubal* per adspirationem, quae etiam plerumque in optimis Livii aliorumque Mſtis reperitur, scripsisse; *Karthago* autem et *Karthaginiensis* per literam *K*. De prioribus v. Glarean. infra ad c. 4, 1. et quae notavi ad Silii 1, 39. de posterioribus ad Silii 1, 3.

§. 2. *Civitates gentesque contulerunt*] *civitatesque gentesque contulere* Rec. *contulere* etiam Lov. 5.

Expertas primo Punico conserebant bello] Editio Gallica Parisiensis, cui praefuit nescio quis Gohorius, *Punico conferebant bello*. vitiosissime, ut passim in illa nihil non mendarum plenum est. MOD. Ita tamen etiam Harl. Sed, verba haec commutari solere, vidimus ad 10, 43, 4. *consecrant bello* Hav.

Digitized by Google

his ipsis tantum umquam virium aut roboris fuit: et haud ignotas belli artes inter se, sed expertas primo Punico conserebant bello. et adeo varia belli fortuna ancepsque Mars fuit, ut propius periculum fuerint, qui vicerunt. Odiis etiam prope majoribus cer- 3
tarunt, quam viribus: Romanis indignantibus, quod victoribus victi ultro inferrent arma; Poenis, quod

Ut propius periculo fuerint, qui vicerunt] Id Silius prope ad verbum in poëma suum transtulit [1, 13.]

— — *propiusque fuere periclo,*
Queis superare datum.

Sed in meo vetere Livio legitur *ut propius periculam fuerint.* idque fortasse rectum est. Livius quidem saepe hac constructione utitur. ut l. 4, [17, 5.] *Propius est fidem.* et l. 25, [11, 11.] *Propiusque inopiam erant obsidentes, quam obsessi.* et l. 35, [10, 5.] *Major gloria Scipionis; et quo major, eo propior invidiam.* et 44, [9, 5.] *Propiorque gladiatorium armorum usum.* Notum est, et alios primae classis scriptores saepe numero ita loqui. Talia enim sunt illa Ciceronis [fragm. Orat. in Pis.] *Proximè Pompejum sedebam.* et [pro Mil. 22.] *Proxime Deos accessit Clodius.* Et illud Sallustii. *In dextro latere, quod proximum hostes erat.* ubi tamen vulgo adversus veterum librorum fidem legitur *proximum hostibus.* Sed apud Sallustium quidem hujus generis exemplorum copia est. MURET. 19. Var. lect. 17. Muretus 19. Var. 17. e vetere scripto corrigit *propius periculum.* Certum est, Livium sic gaudere loqui: et complura ejusdem generis ei restituimus. V. ad 22, 40, 5. Sed quia in nullo reperiebam, quibus ipse usus sum, recipere contabar. At nunc didici, hoc ipsum extare in optimo Florentino. Itaque, cur suum auctori invideamus, causae nihil est. J. FR. GRON. De hac constructione v. ad 2, 41, 11. et quae notantur ad Silii 1, 13. Licet autem neque ipse in ullo codicum, quibus utor, invenerim, nisi Flor. optimo, ejus tamen auctoritate recipere veritus non sum. *ut prope ejus periculo fuerint* legit Cant. Deinde *qui vicere* Lov. 1. et pleraeque edd. usque ad Cl. Jac. Gronov. cui *vicerunt* substituenti favent edd. Rom. anni 1472. et Parm. atque insuper omnes reliqui codd. nisi quod in Flor. a m. 2. interpolatum sit *vicerint.* Paullo ante alio ordine *fortuna belli* Flor. Tum *anceps Mars fuit* Rec. et Harl. *ancepsque fuit Mars* Lovel. 4.

§. 3. *Victoribus victi ultro inferrent arma*] *inferunt* Harl. *ferrent* Hafn. Paullo ante *certaverunt* Harl. *certavere* Lov. 5. Gaertner. et Rec.

Crederent imperitatum victis esse] Sec. e Pall. *crederent imperatum esse victis.* GEBH. *imperatum victis esse* Lov. 2. 3. 4. Ber. Hav. et Hearnii D. Sed *imperitare* Livio frequens est. 1, 2, 3. *Caere opulento tum oppido imperitans.* ubi eadem est varietas. c. 17, 5. *Decem imperita-*

Digitized by Google

superbe avareque crederent imperitatum victis esse.
4 Fama etiam est, Hannibalem annorum ferme novem, pueriliter blandientem patri Hamilcari, ut duceretur in Hispaniam, quum, perfecto Africo bello, exercitum eo trajecturus sacrificaret, altaribus admotum, tactis sacris jurejurando adactum, se, quum primum pos-

bant. c. 24, 3. *Alteri populo cum bona pace imperitaret.* 3, 39, 8. *Vicissitudinem imperitandi sustulerint.* 4, 5, 5. *Annuis magistratibus parere, atque imperitare licet.* 22, 41, 3. *Nam alternis imperitabant.* et eodem cap. *Dissimiles discordesque imperitare.* et sic passim. V. ad Silii 2, 52. *imperare* autem et *imperitare* etiam alibi in Mstis commiscentur. V. Cortium ad Sallust. Jug. 19. Similiter *rogare* et *rogitare* supra 5, 40, 3. ubi plura hujus generis videri possunt. *jactare* et *jactitare.* V. ad 9, 41, 9. *retinere* et *retentare.* V. ad 10, 5, 3. *circumspicere* et *circumspectare.* V. ad 21, 28, 11. (* *clamare* et *clamitare.* v. ad 39, 32, 10.) *polliceri* et *pollicitari.* V. Cortium ad Sallust. Jug. 23. *Τὸ esse* exsulat a Rec. Paullo ante *Poenisque superbe* Lov. 5. *Poenisque quod superbe* edd. Aldo priores, qui, consentientibus reliquis scriptis, *τὸ que* expunxit.

§. 4. *Perfecto Africo bello*] Hoc bellum cum mercenariis militibus per quinquennium in Africa Carthaginienses gesserunt post bellum primum Punicum. Auctor Polyb. l. 1, [ult.] SIG. Vox sequens *exercitus* non erat in Gaertn. neque in praecedentibus *τὸ est* in Rec.

Tactis sacris jurejurando adactum] Hoc narrat Antiocho Annibal apud Polybium l. 3, [12.] SIG. Vox *sacris* omittitur in Voss. et Lov. 1.

Se, quum primum posset, hostem fore populo Romano] *quum primum posset, hostem se fore* Cant. — Pronomen *se* delendum esse, Cl. Wasse ad oram exemplaris, cui cod. Cantabr. lectiones adscripserat, conjecit; quod tamen codd. reliqui eodem loco, quo editiones, agnoscunt. Praeterea *hostem fore populi Romani* Lov. 1. 3. 4. Harl. Voss. Gaertn. Hav. et apud Hearnium D. atque ed. Rom. princ. cum Rom. anni 1472, ac Parm. Id etiam in contextu est apud Aldum, qui recte in erratis alterum revocavit. V. ad 39, 47, 10.

§. 5. *Sicilia Sardiniaque amissae*] Sicilia amissa est primo Punico bello, Sardinia inter primum et secundum. Auctor Polyb. [1, ult.] SIG. Voces *Sicilia Sardiniaque amissae: nam et* omittuntur in Rec. propter *Sicilia* et *Siciliam* repetitionem.

Nimis celeri desperatione rerum concessam] Vet. lib. *rerum desperatione.* Haec sententia sumta est a Polybio [3, 13.] *Καρχηδόνιοι γὰρ βαρέως ἔφερον καὶ τὴν ὑπὲρ Σικελίας ἧττα· συνεπέτεινε γὰρ αὐτῶν τὴν ὀργὴν τὰ κατὰ Σαρδόνα καὶ τὸ τῶν τελευταίων συντεθέντων χρημάτων πλῆθος.* Mille autem ducenta talenta imposita tradit. SIG. Notat Sigonius, legi in cod. suo MS. *rerum desperatione.* Eas minutas in notis nostris, quam fieri potest, non consectabimur. Sic quoque haberi Pal. sec. *an-*

Digitized by Google

set, hostem fore populo Romano. Angebant ingentis spiritus virum Sicilia Sardiniaque amissae: nam et Siciliam nimis celeri desperatione rerum concessam, et Sardiniam inter motum Africae fraude Romanorum, stipendio etiam insuper inposito, interceptam. 5

cepsque fuit Mars. atque in eodem *qui vicerunt* mihi adnotandum fuisset. Ceterum, quod proprie hunc locum adtingit, in vetustissimis binis editt. deprehendi *tò rerum* plane abesse. GEBH. Solus Rec. Sigonii vet. lib. consentit. Reliqui nihil mutant. *rerum* etiam abest ab ed. Mediol. anni 1480.

Stipendio etiam superimposito] Flor. *insuper imposito.* Sic et infra c. 45, 1. *Tutandique pontis caussa castellum superimponunt.* Put. ac Flor. *insuper imponunt.* c. 34, 6. *Jugo insuper imminenti.* J. FR. GRON. Praeter Flor. omnes mei vulgatum servant. Verbo autem *superinponere* utitur etiam Livius 38, 56, 8. *Nam et Literni monumentum, monumentoque statua superinposita fuit.* 39, 50, 3. *Saxum ingens, quo operitur, machina superinpositum est.* Celsus 5. Medic. 27, 6. *Allium cum ruta recte miscetur, ex oleoque tritum superinponitur.* Colum. 8. de re rust. 3. *Ut palis in parietes vehementer actis vimineos qualos superinponant.* ubi tamen codex Sangerm. *superponant.* (* 12, 1, 38.) Plinius 29, 6. *Superinponi oportet splenium e melle decoctum.* ubi etiam Chist. *Superponi*, quod Harduinus, nescio cur, recepit. Quinctil. 1. Instit. 1. *Neque egebit adjutorio manum suam manu superinposita regentis.* Similibus decompositis *superincidere, superincubare, superinsternere* etiam alibi Livius utitur. V. ad 2, 10, 11. Elegans tamen est Flor. lectio a Gronovio probata *insuper inposito*, quod recte Doujatius exponit ultra summam, quam Romani legibus pacis stipulati fuerant. Virg. 1. Aen. 61.

— — *Molemque et montes insuper altos*
Inposuit, regemque dedit.

3. Aen. 579.

— — *Ingentemque insuper Aetnam*
Inpositam ruptis flammam exspirare caminis.

Hoc modo *insuper incumbere* infra est 22, 2, 8. *Cumulatis in aquas sarcinis insuper incumbebant. insuper injicere* 44, 5, 4. *Humusque insuper injiciebatur. insuper inscendere* apud Apulej. 1. Met. non longe a fine. *Jubet officialem suum insuper pisces inscendere. desuper inponere* apud Silium 1, 349.

Inponitque globos pugnantum desuper urbi.

Similiter autem, ut hoc loco, etiam alibi variatur in scriptis et editis. Ita apud Plaut. in Praef. Queruli, ubi nunc editur: *Odoribus insuper infusis, tituloque extra addito*; Gruter. ex Msto Camerarii malebat *odoribus superinfusis.* ita apud Livium 2, 10, 11. *superincidentibus telis* codices servant, pro quo Aldus edidit *desuper incidentibus.* et *superinminere* est in uno cod. infra hoc lib. c. 34, 6. ubi reliqui

Digitized by Google

1 II. His anxius curis ita se Africo bello, quod fuit sub recentem Romanam pacem, per quinque annos, ita deinde novem annis in Hispania augen-
2 do Punico imperio gessit; ut adpareret, majus eum, quam quod gereret, agitare in animo bellum: et, si diutius vixisset, Hamilcare duce Poenos arma Ita-

eum vulgatis habent *insuper inminere*.

§. 1. *Sub recentem Romanam pacem*] *sub recente Romana pace* Hearnii N. V. ad 2, 55, 1. *subsequente Romana pace* Lov. 3. *super recentem Romanam pacem* quaedam ex antt. edd. Paullo ante *Afro bello* idem Lov. 3.

Per quinque annos] Malim *per quatuor*. Nam Polybius l. 1. extremo [c. 88.] scribit tribus annis, et quatuor mensibus hoc bellum esse confectum: *Τρία μὲν οὖν ἔτη καὶ τέτταράς που μῆνας ἐπολέμησαν οἱ μισθοφόροι πρὸς τοὺς Καρχηδονίους*. SIG. Maluit Sigonius *quatuor* ex Polybio contra omnes codd. MSS. GEBH. Nostri codd. *per quinque* constanter servant. Paullo post *ita dein novem annis*, pro *deinde*, Rec. V. ad 3, 3, 6. *ita deinde se novem annis* Lov. 4. *ita demum novem annis* Hearnii L. 1. V. ad 40, 22, 1.

§. 2. *Ut adpareret, majus eum, quam quod gereret*] Vet. lib. *ut appareret omnibus, majus eum*. SIG. Vox *omnibus* in vetere libro non apparet. MURET. 19. Var. lect. 17. *omnibus* apud me non alibi, quam in margine Rec. superest; apud Hearnium autem in N. quorum auctoritate, reliquis id ignorantibus, si praeferrem, iniquus forem. *Adparere* ita simpliciter, non addito casu, obcurrit supra 4, 6, 6. *Adparebat, aut hostibus, aut civibus de victoria concedendum esse*. ubi laudata a Gronov. exempla etiam huc convenire possunt. 33, 1, 7. *Adparebat, nihil liberae consultationis concilio relictum*.

Et, si diutius vixisset, Hamilcare duce Poenos arma Italiae inlaturos fuisse] Placeret, *et, si diutius vixit Amilcar, eo duce Poenos arma Italiae illaturos fuisse*. Confirmatur haec lectio loco etiam Polybii, cujus Graeca verba, quia in promptu sunt, recitare supersedebimus. URSIN. Pal. pr. et vet. ed. *arma Italiae injecturos fuisse*. GEBH. Quemadmodum Ursinus, etiam conjecit Latinius. Sed cui bono? Vulgatum servant omnes codices; et aeque probum est. Deinde, vocem *Italiae* ab D. et aliquot edd. exsulare, Hearnius auctor est. Sed eam omnes mei agnoscunt. Unus tantum *Italiae arma* legit Harl. Deinde *injecturos* Lov. 1. 3. Voss. Ber. a m. 1. Gaertn. Hav. et quaedam ex vetustissimis edd.

Quae Hannibalis ductu intulerunt] Pal. pr. et vet. ed. *qui Hannibalis ductu*. et id restat in omnibus libris. GEBH. Similiter legebat Latinius. Neque aliter obferunt Flor. Cant. Lov. 1. 2. 3. 4. 5. Harl. Gaertn. Rec. Hav. et quas vidi edd. usque ad Froben. qui anno 1535. *quae* substituit.

Digitized by Google

liae inlaturos fuisse, quae Hannibalis ductu intulerunt. Mors Hamilcaris peropportuna et pueritia 3
Hannibalis distulerunt bellum. Medius Hasdrubal inter patrem et filium octo ferme annos imperium obtinuit; flore aetatis (uti ferunt) primo Hamilcari conciliatus: gener inde ob altam indolem provecto 4

§. 3. *Pueritia Hannibalis distulerunt bellum*] Quod *pueritiam Hannibalis* dicit, necesse est, Hannibalem moriente patre non minorem octodecim annis fuisse: ut merito credi possit, calumniam esse, quod de ipsius impudicitia traditur. MURET. 19. Var. lect. 17. *pueritia Hannibalis ductu intulerunt bellum* male Lov. 5. *distulere bellum* Rec. et Gaertn. In verbis praecedentibus *Mors Hasdrubalis peroptia*, id est *peroptima*, Gaertn. Male. V. ad 10, 45, 2.

Flore aetatis, uti ferunt, primo Hamilcari conciliatus] Hac de re Polybius nihil. Paullo tamen post [c. 3, 4.] Anno *florem aetatis*, inquit, *Asdrubal, quem ipse patri Amilcari fruendum dedit*. SIG. Pal. sec. *uti fertur*. GEBH. Ita et Gaertn. In praecedentibus *inter patrem ac filium* Flor. Harl. et Hearnii N.

§. 4. *Gener inde ob altam indolem profectus animi adscitus*] Vet. lib. *ob altam indolem animi profecto ascitus*. In quibusdam etiam libris *profecto* vacat. SIG. Meus liber *profecto animadscitus*. Sigonii *animi profecto*. Lego *provecto annis adscitus*. hoc sensu, Amilcar provectus jam aetate Asdrubalem generum adscivit. Vulgata quidem illa dura, medius fidius, compositio est. LIPS. 1. Epist. Quaest. Ep. 12. Nostri libri nihil variant. MOD. Malim, *provectus annis adscitus*. Dicit enim Livius, Amilcarem generum sibi adsciviſse Asdrubalem exoletum suum ac aetate provectum, quo olim pro culcita usus sit. KLOCK. Vix patiar mihi eripi, quin illud *profectus animi* e margine in contextum translatum sit ab librario aliquo, qui nihil Livio abradendum arbitrabatur. Lipsius tamen conjicit *provecto annis* 1. Epist. Quaest. 12. GRUT. Perperam Pal. pr. *ob aliam indolem*. In reliquis Pall. tres *profecto animi adscitus*. Unde ingeniosa conjectura Lipsius *provecto annis* emendare instituit. Mihi, quod notant in quibusdam disparere *τὸ profecto*, vel vulgatum *profectus*, non displicet. Ed. Mediol. *gener inde ob altam indolem profectu animi ascitus*. GEBH. Duo postrema vocabula [*profectus animi*] e margine in contextum ab librariis relata suspicatur Gruterus. Scripti *profecto*. Si non scripsit Livius, debuit scribere, ut conjecit Lipsius: *gener inde ob altam indolem provecto annis adscitus*. Sed ita scripsit: neque aliud quaerendum. J. FR. GRON. Speciosa est Lipsii conjectura, quam magnopere confirmat scriptura unius cod. apud Hearnium *profecto annis*. Nec tamen omnino in ea possum adquiescere; quod non video, cur Livius, tamquam rem memorabilem, aut magnopere ad historiam pertinentem, adnotare voluerit, Asdrubalem *ob altam indolem* demum *ab Amilcare jam annis provecto* generum adscitum

Digitized by Google

annis adscitus, et, quia gener erat, factionis Barcinae opibus, quae apud milites plebemque plus quam modicae erant, haud sane voluntate princi-

fuisse. Si a pluribus libris abesset *profecto*, quod de nonnullis testatur Sigonius, conjici posset *ob altam indolem animi*: nam *animi* videntur habere plerique MSS. et *indoles animi* non infrequens est apud Livium. Vide 9, 4, 9. et c. 17, 10. et 29, 31, 2. Sed quia in plerisque libris est *profecto*, vel *profectus*, hoc quoque vix admitti potest. Veniebat in mentem *provectus* vel *provectior annis*, scilicet Asdrubal, nimirum, quum flos aetatis, quo Amilcari conciliatus fuerat, procedentibus annis jam defloruisset. DUK. *ob aliam indolem*, praeter quasdam ex vett. edd. habent eodd. Flor. Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. Hafn. Hav. et Ber. a m. 1. in quo deinde margo a m. 2. *ob bonam indolem* praefert: quod ultimum etiam habent Rec. Vatic. Latinii, et Hearnii N. *genere inde ob bonam indolem* Gaertn. *Alius* et *Altus* saepe culpa scribarum in membranis antt. commutantur. V. ad 37, 16, 7. *bonam* autem natum est ex interpretatione *τοῦ altam*. *ob altam indolem* itaque unice verum puto. *Alta indoles*, ut *excelsum ingenium* apud Plin. 2. ep. 13. *Ad hoc ingenium excelsum, subtile, dulce, facile, eruditum in caussis agendis.* ubi v. Cortium. Deinde *profectu*, *profecti*, vel *profecto animi* primae edd. quorum ultimum olim defendebat Gronov. in prima ed. Observ. 3, 8. Sed pro eo jam Mogunt. et Aldus in erratis *profectus animi* reposuerunt; quod deinceps plerique editores receperunt. Eamdem lectionem servant multi MSti; aut certe eodem ferunt eorum vestigia. Nam *indolem profecto animi adscitus* legunt Flor. Voss. Vat. Latinii, et Lov. 2. 4. ac 5. *indolem profecto animi accitus* Hav. *indolem profecto ai accitus* Ber. a m. 1. *indolem profecto aio accitus* a m. 2. *indolem profecto cum accitus* Lov. 3. *indolem animi profecto adscitus* Hearnii L. 1. *indolem profectu animi adscitus* Harl. *indolem profecto jam adscitus* Hearnii D. *indolem profecto annis adscitus* Voss. Cent. Lov. 1. et Hearnii N. *indolem profecto ai aio gratus ascitus* Gaertn. Duplicem lectionem recepit Rec. qui exhibet *ob bonam indolem profectus ejus animo gratus ob aliam indolem profecto anni ascitus.* Non displicet itaque Lipsii conjectura *provecto annis adscitus:* nisi cum Klockio ac Dukero *provectus* aut *provectior annis* praeferendum sit. Solent *provectus* et *profectus* plurimis locis a librariis commutari. V. ad Livii 1, 60, 2. 4, 55, 8. 8, 1, 3. c. 7, 7. c. 38, 12. 22, 20, 4. 23, 34, 3. 27, 47, 1. 35, 26, 2. (* 30, 43, 12.) Error natus est ex barbara pronunciatione verba praeeuntis, qui non distinxit inter *f* et *v*. Ejus erroris alia exempla observat Muret. 19. Var. 6. Hinc commutantur *convectus* et *confectus*. V. ad 5, 13, 1. *vere* et *fere*. V. ad 9, 29, 1. *fidens* et *videns*. V. ad 24, 40, 17. *ferus* et *verus*. V. ad 26, 27, 12. *fana* et *vana*. V. Broeckh. ad Prop. 4, 9, 34. *fovere* et *vovere*. V. ad Livii 5, 31, 3. *fictus* et *victus*. V. N. Heinsium ad Silii 6, 326. V. etiam Markland. ad Statii 1. silv. 1, 63. Alteram partem conjecturae Lipsianae *annis* diserte firmant quidam codices. Quod autem alii ejus loco *animi* vel *animo* prae-

Digitized by Google

pum, imperio potitus. Is, plura consilio, quam vi, 5
gerens, hospitiis regulorum magis, conciliandisque
per amicitiam principum novis gentibus, quam bel-

ferant, factum est sollemni errore librariorum, qui voces *annus* et *animus* passim in Mstis commutarunt. V. ad 32, 5, 2. Et id etiam, quod quidam codd. *accitus*, pro *adscitus* legant, librariis adscribendum est, qui haec vocabula saepe confuderunt. V. ad 45, 25, 13.

Et, quia gener erat, factionis Barchinae opibusque apud milites plebemque] Ego sic reor emendandum, ut, pro *gener erat*, ponatur *genere erat*: pro *opibusque*, *opibus quae*: pro *imperio positus*, *imperio potitus*. VALLA. *Barchinae factioni* libenter spiritum detraxerim, *Barcinamque* vocaverim a *Barca*, quod Amilcari cognomen fuit. MURET. 19. Var. lect. 17. Ut emendandum censuerat Laurent. Valla, ita restat in Pal. tert. *quia genere erat factionis Barchinae, opibus, quae apud milites plebemque plus quam modicae erant, haud sane voluntate principum, imperio potitus.* GEBH. *Τὸ erat* a manu recenti deletum erat in Hearnii N. *quia genere erat*, ut Valla malebat, praeferunt primae edd. aliae *quia agere erat*. Frobenius deinde anno 1531. *quia gener erat* restituit: quod non tantum omnes codd. servant; sed etiam verum esse, sana ratio docet. Praeterea *Barchinae*, vel *Brachinae*, tantum non omnes Msti. sed *Barcinae* fere semper aliis locis scribere optimum Put. cod. infra testatur Gronov. ad 23, 12, 6. Mox *plus quam immodicae* Lovel. 1. sed subficit *modicae*.

Haud sane voluntate principum in imperio potitus] Vet. lib. *imperio potitus*. SIG. Vet. *haud sane voluntate principium imperio potitus*. *principium*, ut *civitatium*, et similia, notata aliis apud alios auctores. *imperio potitus* autem reponebat etiam patrum memoria Laur. Vallà, quem v. de cetera etiam loci hujus lectione. MOD. *voluntate principium* etiam Lovel. 1. Saepius ita male librarios dedisse, supra vidimus ad 2, 27, 12. Adde supra ad 5, 41, 10. 6, 3, 4. c. 32, 3. 8, 33, 9. 9, 24, 10. c. 25, 10. c. 26, 5. c. 31, 6. hoc lib. c. 20, 8. et alibi. (*36, 9, 11. 37, 39, 7.) Deinde *imperio positus* Hafn. *in imperio positus* praeter quasdam edd. etiam Flor. Voss. Cant. Hav. et Hearnii N. *in imperio positus est* Lovel. 2. *in imperio potitus* Gaertn. *imperio potitus* reliqui mei cum Latinii Brancal.

§. 5. *Auspiciis regulorum magis*] Sine controversia melius est in veteribus *aucupiis*: ut intelligamus, eum regulorum amicitias aucupari solitum esse. MURET. 19. Var. lect. 17. Equidem illud *auspiciis* nullo modo concoquere possum. Quid enim verisimile est vel auspicio vel ductu regulorum eum umquam gessisse? quid quod conciliationis et amicitiae, non armorum neque belli, hic significatio postulatur? Itaque eum hospitium apud antiquos arctissima necessitudinis lege homines devinciret, et pro sanctissimo foedere inviolatoque censeretur, sine ampliatione primo coetu primaque actione non verebor pronunciare, legendum *hospitiis* esse. Et profecto perfacile fuit in tam vicinam vocem deerrare, una tantum syl-

Digitized by Google

6 lo aut armis, rem Karthaginiensem auxit. Ceterum nihilo ei pax tutior fuit. barbarus eum quidam palam, ob iram interfecti ab eo domini, obtruncavit; comprehensusque ab circumstantibus haud alio, quam si evasisset, vultu; tormentis quoque quum laceraretur, eo fuit habitu oris, ut, superante laetitia dolores, ridentis etiam speciem praebuerit.

Cum

laba differentem. TURN. 13. Adv. 18. Admisi conjecturam verosimilem Turnebi. Antea erat *auspiciis:* quae quomodo hic ferri queant, quaero, qui me doceat. GRUT. Turnebus reponendum existimat *hospitiis.* Forte in quodam libro scriptum fuerat *ospiciis*, unde alii vulgatam lectionem extuderunt. Pall. tres *auspiciis magis regulorum.* GEBH. Libri omnes, quos ante hac vidi, *auspiciis.* Muretus testatur, occurrisse in veteribus sibi *auscupiis*, et eo delectatur. Sed praevaluit conjectura Turnebi 13. Adv. 18. Et merito. nam et in Florentino *hospitiis* exaratum Gudiana observatione accepimus; et in ejusdem Cl. doctissimique Marq. Gudii membranaceo codice his oculis legimus. J. FR. GRON. *auspiciis* in omnibus, quibus utor, codd. solo Flor. excepto, superest. Et ita etiam Oxon. L. 1. teste Hearnio, qui contra auctor est, *hospitiis* exstare in suis N. ac D. quod idem et Doujatius in Colbert. meliore invenit. Is tamen putat, *auspiciis regulorum* pro eorum auctoritate accipi posse. Sed recte, me judice, viri docti alterum *hospitiis* probarunt: quod etiam in libris, quibus Ant. Copus in vertendo Livio usus est, superfuisse, Hearnius monet. Saepius haec vocabula in Mstis commutantur. V. ad Livii 3, 42, 2. 8, 3, 3. c. 30, 2. 9, 34, 19. 32, 22, 11. (*34, 10, 5.) et Gronov. ad Senec. Hippol. 853. Et ita in Pacuvio apud Non. Marc. v. *Ilico* legendum esse, vir doctus, sed nescio quis, ad marginem Collectionis veterum Trag. existimabat: *Repudio hospitium. regrediundum est ilico.* ubi nunc vulgo *auspicium* circumfertur. Sed et vulgatum ibi ferri posse videtur. Sane quam ambiguae sunt conjecturae in parvis his veterum scriptorum fragmentis. Errori librariorum id verisimiliter originem dedit, quod abjecta adspiratione literam sequentem *o* mutarint in *au*, ut saepe facere soliti fuerunt. V. Muret. 9. Var. lect. 11. Casaub. ad Suet. Caes. 5. Broekh. ad Propert. 1, 1, 31. et Cel. Burmann. ad Ovidii 12. Metam. 46. insuper *hospitiis magis regulorum* Flor. *auspiciis magis regulorum* Cant. Lov. 3. 4. 5. et Rec. Paullo ante *Et plura consilio*, pro *Is plura*, in Brancal. esse Latinius testatur. (*Is plus consilio* praefert Cantabr.)

Conciliandisque per amicitiam principum novis gentibus, quam bello aut armis] Pal. sec. *conciliandisque per amicitias novis gentibus principum.* tert. *conciliandisque per amicitiam novis gentibus*, extrito illo *principum.* GEBH. *principium* iterum Lovel. 1. V. modo ad §. 4. Tum *bello et armis* Ber. a m. 2.

Digitized by Google

Cum hoc Hasdrubale, quia mirae artis in sollici- 7
tandis gentibus, imperioque jungendis suo fuerat, foedus renovaverat populus Romanus, ut finis utriusque imperii esset amnis Iberus, Saguntinisque mediis inter imperia duorum populorum libertas servaretur.

III. In Hasdrubalis locum haud dubia res fuit, 1
quin praerogativam militarem, qua extemplo juve-

§. 6. *Nihilo ei pax tutior fuit*] *Τὸ ei* non videtur esse Livii, quia id facile intelligendum omiserat. J. FR. GRON. Superest tamen in omnibus scriptis. Neque emphasi carere putat Doujatius: offendere enim, pacem publicam ipsi Hasdrubali tutam non fuisse. Neque aliam expungendi caussam habuisse videtur Gronovius, quam quod hoc §. praecesserit *Is*, et sequantur *eum* et *eo*. Verum illud *eum* exsulat a Ber. Ceterum hoc loco legit Hearnii N. *pro nihilo ei pax tuta fuit.*

Palam, ob iram interfecti ab eo domini, obtruncavit] Posteriores duo Pall. exhibent *obtruncat.* GEBH. *ob iram palam interfecti* Ber. et nonnullae ex vett. edd. Tum *ob iram interfecit ab eo domini obtruncati* Voss. Lov. 1. Hafn. et Gaertn. *obtruncati* etiam Cant. et Flor. a m. 1. in quo deinde *i* abrasum est, ut sit *obtruncat;* quod idem servant Lov. 2. 4. 5. Ber. Rec. Hav. et Hearnii D.

Comprehensusque ab circumstantibus] Ed. vet. *prehensusque a circumstantibus.* MOD. Posteriores duo Pall. *comprehensus a circumstantibus.* GEBH. Ita et Rec. qui etiam mox omittit *fuit*, ac legit *et speciem*, pro *etiam.* V. ad 22, 47, 9.

§. 7. *Cum hoc Hasdrubale* etc. *foedus renovaverat populus Romanus*] Hoc sextum fuit foedus cum Poenis ictum, Asdrubale duce. Itaque recte Cato l. 4. Originum dixit: *Carthaginienses sextum de foedere decessere.* Tertii foederis meminit Livius l. 9, [43, 26.] P. Cornelio Arvina, Q. Marcio Tremulo consulibus. Quarti in Epitome l. 13. dum cum Tarentinis et Pyrrho bellabatur. Quinti Polybius l. 3, [27.] confecto primo Punico bello. Sexti cum Asdrubale icti et Polybius l. 3, [27.] et hoc libro saepius Livius. SIG. *renovarat* Rec. *foedus renovaverat populi Romani* Harl. *foedus renovaverat, post vero ut finis* Gaertn. qui ultima verba pessime hoc modo exhibet *imperii esset omnis Saguntinus, mediisque impia duorum populorum libertas servaretur.* Praeterea *imperioque suo jungendis* Flor. et Harlej. *Τὸ suo* omittunt Lov. 3. et Hafn.

§. 1. *Haud dubia res fuit, quin praerogativam militarem*] Polyb. [3, 13.] *τὴν τῶν στρατοπέδων αἵρεσιν.* SIG. Gronov. 4. Obs. 1. p. 17. DUK. *quin praerogativa militaris* Flor. *quin ob praerogativam militarem* Harl.

Qua extemplo juvenis Hannibal intra praetorium delatus] Vet. lib. *in praetorium.* SIG. Pal. pr. *inter.* reliqui duo *in praetorium.* GEBH. Sigoniano libro

Digitized by Google

nis Hannibal in praetorium delatus, imperatorque ingenti omnium clamore atque adsensu adpellatus
2 erat, favor etiam plebis sequeretur. Hunc vixdum puberem Hasdrubal literis ad se arcessierat: actaque res etiam in senatu fuerat, Barcinis nitentibus, ut adsuesceret militiae Hannibal, atque in pa-
3 ternas succederet opes. Hanno, alterius factionis

consentiunt mei, nisi quod *intra praetorium* sit in Gaertner. et Hearnii N. a m. 1. *inter praetorium* in Voss. *inter portum* in Lov. 1. Sollemnes sunt scribarum aberrationes, quos *in* et *intra* confudisse vidimus ad 7, 11, 10. *in* et *inter* ad 38, 57, 6. Praeterea *quam extemplo* Flor. Mox *scilicet*, pro *etiam*, Gaertn. *sequebatur*, pro *sequeretur*, Flor. Cant. Voss. Ber. Lov. 1. 2. 3. 4. Gaertn. Hearnii L. 1. et N. (quorum posterior tamen *sequeretur* in margine praefert) et vett. edd. ante Aldum.

§. 2. *Hunc vixdum puberem Hasdrubal literis ad se arcessierat*] *Vixdum puberem* appellat juvenem natum annos ad XXII. Id ita esse, apparet ex eo, quod Probus tradit [in Hannibal. 3.] imperium Annibali mortuo Asdrubale esse delatum, cum esset minus XXV. annis natus; per triennium autem ante sub imperatore Asdrubale militasse scribit hoc loco Livius. Atque hoc idem alia etiam confirmari ratione potest. Annibal enim anno aetatis nono cum patre Amilcare in Hispaniam venit, qui per annos novem in ea provincia fuit. His annis, qui XVII. esse concipiuntur, si VIII, quibus successor Amilcaris Asdrubal in Hispania rem gessit, adjunxeris, annorum XXV. summam effecoris: ex quibus triennio detracto relinquuntur anni XXII. quos natus Annibal Carthagine in Hispaniam ad Asdrubalem miles venit. Haec ex Livii et Polybii verbis omnia collecta sunt. †. „Hic vide, „quam nititur defendere Livium, „et primam Glareani annotatio„nem [ad c. 4, 1.] convellere: „sed nihil facit.“ †. Muretus 15. Var. lect. 14. Livium *manifeste sibi pugnare, et eum, qui XXIII. annos natum tutore egere* (id est, vixdum puberem esse) *dicat, ipsum potius curatore indigere videri* scribit. Recte sane, si Romani juris peritum hic ageret, aut de eo responderet Livius; qui, ut alii Latini scriptores alia nomina aetatum, ita et ipse verba *vixdum puberem* laxius sumere potuit; quam jurisconsulti solent. V. quae adnotantur ad Florum 2, 6, 10. DUKER.

Actaque res in senatu etiam fuerat] Pall. pr. ac tert. *actaque res etiam senatu.* sec. *actaque etiam res in senatu fuerat.* GEBH. J. Fr. Gronovius in priori ed. not. monuit, verbum substantivum *fuerat* melioribus abesse, et insuper voces ita transponi: *actaque res etiam in senatu, Barchinis:* atque ita deinde edi curavit, licet, quae ad haec verba notarat, in altera ed. omiserit. Postea Cl. Jac. Gronov. *τὸ fuerat* in pristinum locum restituit, servata tamen vocum trajectione. Et recte. Ita enim praeferunt omnes codd. mei.

Digitized by Google

princeps, *Et aequum postulare videtur*, inquit, *Hasdrubal; et ego tamen non censeo, quod petit, tribuendum.* Quum admiratione tam ancipitis sen- 4
tentiae in se omnes convertisset, *Florem aetatis*, inquit, *Hasdrubal, quem ipse patri Hannibalis fruendum praebuit, justo jure eum a filio repeti censet. nos tamen minime decet, juventutem nostram*

In paternas succederet opes] Sic quidem omnes libri: sed margo Florentini: al. *succresceret.* Nec contemnendum est. Sic enim l. 10, [13, 7.] *Et se gloriae seniorum succrevisse, et ad suam gloriam consurgentes alios laetum aspicere.* J. FR. GRON. Cic. 3. de Orat. cap. ult. *Non enim ille mediocris orator vestrae quasi succrescit aetati.* V. Scheff. ad Justin. 11, 9, 3. Si autem haec lectio vera est, ut credit Crevier. *succederet* ex interpretis expositione natum erit. Omnes tamen reliqui codd. in vulgatum conspirant, nisi quod Hearne *patrias* in margine N. invenerit. V. infra hoc libro ad c. 53, 4. In eodem etiam cod. vocem *Hannibal* a manu altera deletam esse, idem Hearnius auctor est.

§. 3. *Et aequum postulare videtur, inquit, Hasdrubal*] Vocula *et* non adparet in Rec. adscriptis etiam notis delendam esse indicat librarius Lovel. 2. V. ad 2, 44, 3. Tum *postulare, inquit, videtur Hasdruballem* Ber. in quo tamen a manu altera tres literae finales vocis ultimae expunctae erant.

Quod petit, tribuendum] Pal. sec. offert lectorum oculis: *et ego tamen non censeo, quod petit, ei tribuendum.* GEBH.

§. 4. *Quem ipse patri Hannibalis fruendum praebuit, justo jure eum a filio repeti*] *patri Hamilcari, socero suo fruendum*, teste Hearnio, Oxon. N. in margine, quod pro glossemate habendum puto. Deinde *τὸ eum*, quod constanter in omnibus meis superest, abesse malebat Cl. Ant. Perizonius; quem male habuisse videtur, quum praecesserit *florem aetatis*, tamen nunc subdi *eum*. Sane sine dispendio sensus abesse potest; at certum etiam est, hanc additionem pronominis Livio familiarem esse. V. ad 25, 27, 1. Paullo ante *Quum ex admiratione* legit Rec.

Juventutem nostram etc. *adsuefacere libidini imperatorum*] Vetus editio *adsuefacere libidini praetorum.* MOD. Pall. tres, et vet. ed. *praetorum.* GEBH. Sic [*imperatorum*] in primo Junta reperi: omnes MSS. Andreas, Beccat. Ascens. Mog. Aldus, *praetorum.* Cic. 1. de Inven. [33.] *Epaminondas Thebanorum imperator ei, qui sibi ex lege praetor successerat, exercitum non tradidit.* Ad quem Marius Victorinus [p. 171. ed. Pith.] *Deinde notare debemus, omnes magistratus et praetores et imperatores appellatos: ut hic, Ei qui sibi ex lege praetor successerat: cum imperatori succedere debeat imperator.* Asconius Pedianus in l. 1. in Verr. [14.] *Veteres omnes magistratus, cui pa-*

Digitized by Google

pro militari rudimento adsuefacere libidini praeto-
5 *rum. An hoc timemus, ne Hamilcaris filius nimis sero imperia inmodica et regni paterni speciem videat? et, cujus regis genero hereditarii sint relicti exercitus nostri, ejus filio parum mature serviamus?*
6 *Ego, istum juvenem domi tenendum, sub legibus,*

reret exercitus, Praetorem appellaverunt. Unde et praetorium tabernaculum ejus dicitur, et in castris porta praetoria, et hodie quoque Praefectus Praetorio. J. FR. GRON. *praetorum* probant omnes mei, et Oxon. Hearnii codd. V. Heindr. Carthag. p. 316. et p. 371. *imperatorum* ante Juntam in erratis probavit Aldus. Praeterea *juventutem meam* Hafn. in contextu, altera lectione margini adscripta.

§. 5. *Nimis sero imperia inmodica et regni paterni speciem videat*] Pal. pr. et vetus ed. *spem videat.* Sed corruptus est locus, et ideo legendum e Pal. sec. *et regni paterni spem induat. Induere spem* est dictum, ut Fabio 1, 1. *persuasionem falsam sibi induere scientiae.* Livius 40, 12. *Non insidiatoris modo, sed latronis manifesti et percussoris speciem induit.* GEBH. Lego *induat*; quamquam nihil adfirmo. T. FABER. *regni patentem spem videat* Gaertn. *regni paterni spem viderat* Hafn. *regni paterni spem videat* Cant. Voss. Ber. Lov. quinque, et Hav. Solent *spes* et *species* passim commutari. V. ad 3, 9, 13. *spem induat* hic ferri non posse videtur, nisi simul legatur *imperii inmodici.* Nam *imperia induere* foret capessere imperia. Hannibal autem non capessivit imperium sub Hasdrubale militans, sed postea demum, quum ei interfecto dux sublectus est. Servo ita que vulgatam scripturam. Tum *minus sero* Harl. V. ad 36, 9, 7.

Et, cujus regis genero hereditarii sint relicti exercitus nostri] Pal. tert. *tamquam hereditarii sint relicti exercitus nostri.* GEBH. Scribe *sunt relicti.* J. FR. GRON. V. etiam Gronov. infra hoc libro ad c. 21, 5. *tamquam hereditarii* praeferunt quoque Rec. et Gaertn. Tum *sint relicturi* Lov. 3. Mox *parum maturo* Gaertn.

§. 6. *Ego, istum juvenem domi tenendum*] Pal. tert. *Istum ego juvenem.* GEBH. Receptus ordo, qui in omnibus meis superest, magis placet. Teste enim Donato ad Ter. Andr. 3, 4, 3. *Semper gravis inceptio orationis, quae exordium sumit a pronomine ego.* Supra 10, 8, 12. *Ego hanc legem* etc. *uti rogas, jubendam censeo.* hoc lib. c. 10, 13. *Ego ita censeo, legatos extemplo Romam mittendos.* 22, 60, 27. *Ego non magis istos redimendos, Patres conscripti, censeo, quam illos dedendos Hannibali.* 34, 4, 21. *Ego nullo modo abrogandam legem Oppiam censeo.* Mox *docendum* expunctum erat in Flor. a m. 2.

Ne quandoque parvus hic ignis incendium ingens exsuscitet] *ne quando* Hav. quomodo etiam variant codd. supra 8, 7, 15. sed *quandoque* est quandocumque. V. ad 1, 31, 4. Vox *ingens* de-

Digitized by Google

sub magistratibus docendum vivere aequo jure cum ceteris, censeo: ne quandoque parvus hic ignis incendium ingens exsuscitet.

IV. Pauci, ac ferme optimus quisque, Hannoni adsentiebantur: sed (ut plerumque fit) major pars meliorem vicit. Missus Hannibal in Hispaniam pri-

ficit in Ber. a m. 1. quam tamen requirit obpositio *parvus ignis*.

§. 1. *Pauci, ac ferme optimus quisque, Hannoni adsentiebantur*] Non displicet, quod praeferunt Lov. 4. et 5. *Pauci, at ferme optimus quisque*. Solent hae particulae passim commutari. V. ad 36, 35, 7. Deinde *adsentiebant* Hafn. Ber. Lov. 2. 5. Gaertn. Hav. et Hearnii Oxon. V. ad 39, 52, 1. Puto hic librarios neglexisse notam, qua terminus passivi *ur* indicari solet. V. ad 10, 10, 1. Mox *vincit* Ber. et Hafn. V. ad 1, 56, 12.

Missus Hannibal in Hispaniam primo statim adventu] Haud abs re multi eximii viri hoc in loco dubitarunt, quandonam Livius crediderit, Hannibalem in Hispaniam missum. Si enim cum Hamilcare patre in Hispaniam venit, quod Polybius, Plutarchus, aliique authores asserunt: et ipse Hannibal ter apud hunc fatetur authorem, semel l. 21, [43.] in oratione ad milites apud Padum: iterum l. 30, [37, 9.] ad populum Carthaginiensem: tertio ad Antiochum l. 35, [19, 3.] quo pacto vera esse possunt, quae hic aliquot locis tam ambigue ait Livius? alibi, [cap. praec.] vixdum puberem literis ab Hasdrubale accersitum; alibi [infra hoc cap.] quinto post patris mortem anno, quippe qui triennio sub Hasdrubale militasse dicatur, anteaquam imperator electus fuerit, cum tum temporis ut minimum XXIII. annorum juvenis esset. Caeterum cum secundum Livii verba [c. 1, 4.] novem annorum puer admotus altaribus fuerit, ac ipse pater Hamilcar novem deinde annis, Hasdrubal ejus gener octo in Hispaniis administraverint imperium, videndum omnino, quo anno Hannibal accersitus videatur, quo anno venisse in Hispaniam, quo denique anno cepisse imperium. Quod si dicamus, novem annorum puerum Hannibalem cum Hamilcare parente venisse in Hispaniam, ac post nonum parentis in Hispania, octavumque Hasdrubalis in eodem imperio annum, ipsum electum imperatorem, cum haberet jam annum XXVI. omnia tunc loca de Hannibale bene habebunt, et cessabit intempestivum hoc scomma, quo Livius in hac praefatione in hos viros jocatur, cum nec temporum ratio, nec patris verecundia, hoc ut verisimile videatur, admittat. Fuere enim viri strenui, quantumvis barbari. Praeterea nescio quam longe vehementius viriliusque sonet, si quis omnibus his dictionibus adspiret, *Hannibal, Hamilcar, Hasdrubal, Hanno*: nec dubito, apud priscos eam fuisse pronunciationem in Punica lingua, deinde per Graecos ac Romanos corrupta, ut pleraque alia barbarorum. Cum nemine tamen ea de re certavero. GLAR. V. Sigonium ad cap. praec. §. 2. De adspiratione vero in initio vo-

Digitized by Google

mo statim adventu omnem exercitum in se conver-
2 tit. Hamilcarem juvenem redditum sibi veteres mi-
lites credere; eumdem vigorem in vultu, vimque
in oculis, habitum oris, lineamentaque intueri.
dein brevi effecit, ut pater in se minimum momen-
3 tum ad favorem conciliandum esset. Numquam in-
genium idem ad res diversissimas, parendum atque
imperandum, habilius fuit, itaque haud facile de-
cerneres, utrum imperatori, an exercitui, carior

cum illarum Punicarum v. ad c. 1, 1. Praeterea *primo quoque adventu statim omnem* Gaertn. Mox *ad se convertit*, pro *in se*, Lov. 3.

§. 2. *Hamilcarem viventem redditum sibi veteres milites credere*] Silius [1, 185.]

Huic studia accendit patriae virtutis imago.

Ubi tamen *Hinc* legere malim, ut habent membranae Colonienses; nec hic tantum, sed et sequentibus etiam versibus *Hinc*, pro *Huic*, reposuerim. MOD. Perperam Pal. tert. *Amilcarem viventem redditum sibi veteres milites credidere*. GEBH. Advertit olim me in exemplaris cujusdam margine editum *juvenem*, pro *viventem*. Id praeter expectationem cognosco esse in Florentino. Admittatur igitur. Cur enim diceret *veteres milites*, nisi aliquid longioris memoriae posuisset de Hamilcare? J. FR. GRON. *Hamilcarem juvenem* etiam Harl. Exc. Pithoei, et unus apud Cl. Crevier. quod, jubente Gronovio, in contextum recepi. Etiam alibi librarios ita lapsos esse, vidimus ad 3, 37, 6. Deinde *crediderunt* male Ber. et Hafn. De locutione per infinitivum concepta v. supra ad 1, 50, 5.

Vimque in oculis, habitum oris, lineamentaque intueri] Perperam Pal. tert. *liniamenta quaeque intueri*. GEBH. *vim in oculis* Rec. Tum *lineamenta quoque intueri* idem codex cum Lov. 4. 5. et Gaertn. V. ad 5, 27, 1.

Deinde brevi effecit] Ita priores, quas vidi, editiones; pro quo Cl. Jac. Gronovius *dein* dedit, consentientibus Flor. aliisque codd. V. ad 3, 3, 6.

Ut pater in se minimum monumentum ad favorem conciliandum esset] Credo *momentum* esse scribendum. VALLA. Vet. lib. *ut pater in se*. SIG. Legendum e Pall. tribus ac vetusta ed. *ut pater in se minimum momentum ad favorem conciliandum esset*. quasi dicat, patris gratiam minimum ponderis ei adtulisse ad conciliandum favorem militum. GEBH. *ut patri in se minimum momenti* in primo invenio Gryphio. Pressi prius omnes, ut et scripti *pater*: de quo monuimus 1. Obs. 6. Justinus l. 11, [4.] *Qui ex continenti ad Darium profecti, non mediocre momentum Persarum viribus accessere*. l. 13, [6.] Olympias mater Alexandri, *non mediocre momentum partium*. J. FR. GRON. *ut patri* ante Gryphium receperunt Basil. anno 1539. et

Digitized by Google

esset: neque Hasdrubal alium quemquam praeficere 4
malle, ubi quid fortiter ac strenue agendum esset:
neque milites alio duce plus confidere, aut audere.
Plurimum audaciae ad pericula capessenda, pluri- 5
mum consilii inter ipsa pericula erat. nullo labore
aut corpus fagitari, aut animus vinci poterat. Ca- 6
loris ac frigoris patientia par: cibi potionisque de-
siderio naturali, non voluptate, modus finitus. vi-
giliarum somnique nec die, nec nocte discrimina-

Vascos. *ut pars* inveni in Gaertn. *ut pāt* per compendium in Florent. *ut pater* in reliquis codd. quod et in Oxoniensibus superesse Hearne testatur, et recte viri docti probarunt. Justin. 17, 2. *Sed nec Pyrrhus rex Epiri omissus, ingens momentum futurus, utri parti socius accessisset.* V. Cl. Jac. Gronov. ad Livii 29, 23, 2. Tum *minimum monumentum* Flor. Voss. Lov. 2. 3. et Gaertn. V. ad 5, 52, 1. *minimum movimentum* Lov. 1.

§. 3. *Haud facile discerneres, utrum imperatori, an exercitui, carior esset*] Sic quidem libri, sed scribendum *decerneres*. V. 3. Observ. 13. J. FR. GRON. Vide Cel. Burmann. ad Vellej. Pat. 2. 118. et quae supra notantur ad 7, 9, 7. *discernēs* legit Hav. *discernentes* Ber. *discerné* Gaertner. Cl. Crevier. vulgatum probat, idque contextui reddidit. Tum *imperatori aut exercitui* Lov. quinque, Voss. Harl. Rec. Gaertn. Hearnii Oxon. et quaedam ex antt. edd. V. ad 5, 3, 7.

§. 4. *Neque Hasdrubal alium quemquam praeficere malle*] Pal. sec. *neque alium quemquam Hasdrubal*. GEBH. *neque Hasdrubalium* Flor. a m. 1. Tum *praeficere male* Ber.

Ubi quid fortiter ac strenue agendum esset] Pal. tert. habet *fortiter aut strenue*. GEBH. Ita et Lovel. 2. Ber. Rec. et Hav. V. infra hoc lib. ad c. 53, 3. et mox hoc cap. §. 6. Tum *ubi qui fortiter* Lovel. 1. *ubi qd' fortiter* Gaertn. Mox *plus* exsulat a Voss.

§. 5. *Plurimum consilii inter ipsa pericula erat*] Pal. tert. *ad ipsa pericula*. GEBH. Vox *plurimum* non adparet in Lovel. 1. quasi ex praecedenti repetenda foret. Mox *animus vinci potuit* idem Lovel. 1. *animum vinci poterat* Hafn.

§. 6. *Caloris ac frigoris patientia par*] Pal. sec. *Caloris atque frigoris*. GEBH. *Caloris aut frigoris* Hearnii N. Sed alterum exstat in ejus margine. Tum *patientia par erat* Ber.

Cibi potionisque desiderio naturali, non voluptate, modus finitus] Pal. tert. cum vetusta ed. *desiderio naturalius, non voluntate* GEBH. *desiderio naturalium, non voluntate* Lovel. 1. *non voluntate* etiam Flor. Cant. Hafn. et pleraeque edd. vett. V. ad 5, 6, 3. Tum *modus fuit* Ber. Hafn. et Hav.

Nec die, nec nocte discriminata tempora] *sucinnata tempora* Lovel. 2. in contextu. *dis-*

Digitized by Google

7 ta tempora. Id, quod gerendis rebus superesset, quieti datum: ea neque molli strato, neque silentio arcessita. Multi saepe militari sagulo opertum, humi jacentem inter custodias stationesque militum,
8 conspexerunt. Vestitus nihil inter aequales excellens: arma atque equi conspiciebantur. Equitum

terminata tempora Ber. et Hav. Solent interdum *discriminare* et *disterminare* in Mstis commutari. V. N. Heins. ad Claud. 1. in Rufin. 175.

§. 7. *Multi saepe militari sagulo opertum* etc.] De hac re ita Silius [1, 242.]

— — *Primus sumpsisse laborem,*
Primus iter carpsisse pedes, etc.

MOD. *militari eum stragulo* Lovel. 2. Male. *Sagulum gregale* vocat supra 7, 34, 15. *in militari sagulo* Rec. qui paullo ante etiam *molli stractu*, pro *molli strato*, praefert.

§. 8. *Arma atque equi conspiciebantur*] Incerta est distinctio, incertus sensus: neque, Hercules, ego satis explicare possum, nisi dicamus; Siquando arma atque equi conspiciebantur, tum equitum peditumque longe primum fuisse Hannibalem. Sed neque sic satis fit mihi. GLAR. *conspiciebantur*, conspicua erant, intellexit: vestitu non differebat a ceteris; armis et equis differebat. Sic alio loco, *conspectum esse*, pro excellere dixit. Hoc non intelligens Glareanus, interpretatur, si quando arma et equi conspiciebantur, equitum peditumque idem primus erat. quo nihil absurdius. †. „Glareanus dubitavit, nihil „ afferuit, idque ea de causa, ut „ aliis esset cogitandi occasio. „ Hanc sanam Glareani curam „ dissimulans, affertive accipit, „ quae dubia relicta sunt, ut lector videret illum carpendi studiosiorem, quam ut ingenue doceret. Doceri petit Glareanus, „ convitiis aspergi odit.“ †. SIG. V. Schulting. ad Senecae Suasor. 7. p. 49. DUR. *arma, equi conspiciebantur*, omissa copula, Rec. *s. excellentia arma atque equi conspiciebantur* ex glossa interpretis Gaertn. *To conspiciebantur* optime Sigonius exposuit. V. ad 4, 13, 3. Paullo ante *Vestitu nihil inter aequales excellens* Ber. et Hav. *Vestitus nil inter aequales excellens* Lov. 4.

Princeps proelium inibat: ultimus etc.] Elegantissima Hannibalis descriptio olet aliquid ex descriptione Catilinae Sallustiana. Hanc quidem Livianam Silius carmine pereleganter expressit [1, 242.] Hoc tamen, quod de Hannibale dixit Livius, eum principem proelium inire, ultimum confecto proelio excedere solitum, Silius ad Tagum accomodavit, cui hoc tribuit [1, 160.] quod fuerit

Primus inire manu, postremus ponere bellum.

MURET. 19. Var. lect. 17. In codd. MSS. et hic locus variat. Pall. pr. ac tert. monstrant *princeps in proelium ibat*. sec. *pri-*

Digitized by Google

peditumque idem longe primus erat. princeps in proelium ibat: ultimus conserto proelio excedebat. Has tantas viri virtutes ingentia vitia aequabant; 9 inhumana crudelitas, perfidia plus quam Punica, nihil veri, nihil sancti, nullus Deûm metus, nullum jusjurandum, nulla religio. Cum hac indole 10

mus in proelium ibat. GEBH. Pall. Voss. Men. *in praelium ibat.* l. 2, [30, 13.] *Ne ad fugam quidem satis virium fuit, quia cursu in praelium ierant.* J. FR. GRON. *primus in proelium ibat* Ber. Sed modo praecessit *longe primus erat.* Reliqui omnes mei Flor. Voss. Lov. quinque, Cant. Hafn. Harl. Rec. et Hav. *princeps in proelium ibat.* Et ita etiam Hearnii D. et N. sed male *princeps in proelium erat* ejus L. 1. Ita *ire in certamen* 3, 39, 3. *ire in bellum* 38, 23, 9.

Ultimus conserto proelio excedebat] Vet. lib. *confecto.* SIG. Habet ed. vetus *conserto proelio.* MOD. Restitui lectionem primogeniam, quam firmant Pall. tres. Post nati reposuerant *confecto proelio,* secuti codicem veterem Sigonii. cui cur erat assentiendum, non video. GRUT. *confecto proelio* Ber. Hafn. et Hearnii N. quod ex glossa natum puto. *conferto proelio* Flor. errore librarii, qui literas *s* et *f* confudit. V. ad 22, 28, 10. De locutione *conserere proelium* v. infra hoc lib. ad c. 8, 7. *conserto bello* Recan. Sed v. ad 3, 61, 2.

§. 9. *Inhumana crudelitas, perfidia* etc.] Saepe, ut dixi, sententiam pro nomine ponit: ut Sallustius de Catilina [5.] *Animus audax, subdolus, varius, cujuslibet rei simulator ac dissimulator, alieni appetens, sui profusus, ardens in cupiditatibus, satis eloquentiae, sapientiae parum.* SIG. *inhumana cupiditas* Lov. 4. Male. Passim enim Hannibalis saevitia exagitatur, eamque ex Livio etiam memorat Silius 1, 59.

— — — *penitusque medullis*
Sanguinis humani flagrat sitis.

ubi vide, quae notavi; et adde locum Cic. de Amicit. 8. ejusdem criminis eum absolvere videtur Polyb. p. 1382. Paullo ante *Has tantas virtutes viri* alio ordine Lov. 2.

Nullus Deûm metus] Vet. lib. *nullius Dei metus.* MOD. Laudat Modius e suis membranis *nullius Dei metus.* At Pall. tres exhibent *nullus Dei metus.* Vetusta ed. *nulliusque Dei metus.* GEBH. *nullius Dei metus* Lov. 1. Ber. et edd. quas vidi, Aldina priores. *nullus Dei metus* Voss. Lovel. 2. 3. 5. Hafn. Rec. et Hearnii Oxon. quorum librarii monachi Christiani fuisse videntur. — Eodem modo laudatur in Servio Fabricii ac Masvicii ad Virg. 1. Aen. 665. *Veri nihil, nihil sancti, nullius Dei metus.* — At Silius 1, 58.

Armato nullus Divûm pudor.
ubi vide.

§. 10. *Sub Hasdrubale imperatore meruit*] Vet. lib. *sub Hasdrubale imperatore militavit,* non,

Digitized by Google

virtutum atque vitiorum triennio sub Hasdrubale imperatore meruit, nulla re, quae agenda videndaque magno futuro duci esset, praetermissa.

1 V. Ceterum ex quo die dux est declaratus, velut Italia ei provincia decreta, bellumque Roma-
2 num mandatum esset, nihil prolatandum ratus, ne se quoque, ut patrem Hamilcarem, deinde Hasdrubalem, cunctantem casus aliquis obprimeret, Sa-

ut vulgo est, *meruit*. MOD. Vetusta ed. *sub Astrubale imperatore militavit*, glossatoris liberalitate *τὸ meruit* interpretantis. GEBH. *militavit* praeter edd. antt. etiam Mstum Ber. in contextu, altera lectione inter versus a m. 2. adscripta, quam recte primus editorum Aldus recepit, et reliqui codd. firmant. *Merere* de militibus stipendia facientibus usurpari, vidimus ad Epit. Liv. 5.

Quae agenda audendaque magno futuro duci esset] Pal. pr. *quae agenda videndaque*. GEBH. Pet. Men. Voss. Pal. *videndaque*. *Videre* est providere, comparare in futurum res utiles et instrumentum agendi. Cic. 3. de Orat. [1.] *Videndum sibi aliud esse consilium: illo senatu se rempublicam gerere non posse.* 14. ad Att. 21. *Nemo est istorum, qui otium non timeat. quare talaria videamus.* Nec ignoro l. 35, [35, 16.] nostri: *Agenda res est, juvenes, audendaque.* Sed futuro duci plura videnda, quam audenda: cujusmodi sunt illa, quae de Philopoemene Livius ex Polybio l. 35, 28. J. FR. GRON. Similiter legunt Flor. Cant. Lov. 1. 2. 3. Hearnii L. 1. D. et, ut idem testatur, ed. Rom. princeps. Livius 7, 14, 3. *Illi quoque tamen videndum magnopere esse, ut exercitum in potestate haberet.* Alibi *audere* et *videre* in Mstis commutantur. Exemplum habuimus 3, 54, 4. *agenda audiendaque* Gaertn. Sed et hae voces a librariis commiscentur. V. ad 27, 16, 10. Ceterum *nulla res, agenda audendaque quae magno futuro duci esset* ostendunt Ber. et Hav. *illo magno futuro duci esset* Hearnii L. 1. *Τὸ esset* non adparet in Harl.

§. 1. *Nihil prolatandum ratus*] *protelandum ratus* Voss. a m. 2. Lov. 1. 2. et Hav. V. ad 7, 21, 2. Paullo ante *dux est declamatus* Rec. Tum *Italia provincia ei decreta* alio ordine Ber.

§. 2. *Cunctantem casus aliquis obprimeret*] *casus animis obprimeret* Lovel. 2. *casus aliquis exprimeret* Hearnii N. et, eodem teste, ed. Rom. princeps. *opprimetur* Gaertn. Tum *bellum inferre* Lovel. 4. et Harl.

Quibus obpugnandis haud dubie Romana arma movebantur, in Olcadum fines prius etc.] Vox una deest, quae maxime sententiam sustinet. ea ex vet. lib. revocanda est. *quibus oppugnandis, quia haud dubie Romana arma movebantur.* De Olcadibus Polyb. et Stephanus. SIG. *quibus expugnandis* typis descripti ante Aldum. V. infra hoc li-

Digitized by Google

guntinis inferre bellum statuit. quibus obpugnandis quia haud dubie Romana arma movebantur, in Olcadum fines prius (ultra Iberum ea gens in parte 3
magis, quam in ditione, Karthaginiensium erat) induxit exercitum, ut non petisse Saguntinos, sed rerum serie, finitimis domitis gentibus, jungendoque, tractus ad id bellum videri posset. Cartejam, ur- 4
bem opulentam, caput gentis ejus, expugnat diri-

bro ad c. 57, 6. Particulam autem *quia*, quam habent vett. edd. primus omisit Froben. anno 1531. majori distinctione interpungens post vocem *movebantur*. Non videtur etiam fuisse in Flor. quam reliqui codd. constanter agnoscunt. Tum *in Orcadum fines prius* Hearnii L. 1. hic et postea semper. *in Olcados fines prius* Rec. *in Olcadum prius fines* Flor.

§. 3. *Rerum serie*] Doujatius, urbis *Cartejae* mentione deceptus, Olcades ponit ad fretum Gaditanum, ubi postea Bastuli Poeni ex parte. Deinde, ulterius progressus, propter ingens terrarum spatium inter Cartejam et Saguntum, non hunc, quem Livius dedit, colorem Hannibalem huic bello quaesisse existimat, sed potius, ut fauces mediterranei maris occuparet. Verum, praeterquam quod, Cartejae mentionem librariis errantibus deberi, viri docti docuerint; ipsa et iam Livii descriptio satis ostendit, alio, quam quo Doujatius credidit, loco Olcades sitos fuisse. Si enim ad fretum Gaditanum habitarint, dicere non potuit Livius, eam gentem *ultra Iberum* fuisse. Patet itaque simul, colorem a Doujatio excogitatum verum non esse. Ceterum *magis in parte* alio ordine Ber.

Finitimis domitis gentibus, *jungendoque*] Videndum lectori, num hic nomen aliquod substantivum desideretur. Nam illud *jungendoque* quid sit, non intelligo. GLAR. Vet. lib. *jungendisque*. Sic paulo ante [c. 2, 7.] *Solicitandis gentibus imperioque jungendis suo*. SIG. Forte *finitimis domitis gentibus jungendo tractus*. FR. SANCTIUS. Pal. sec. *jungendisque tractus*. GEBH. Lege *quandoque*. T. FABER. Sigonius *jungendisque*. Forte *finitimis domitis gentibus vincendoque*. Non quasi hoc egerit, sed dum fortunam sequitur. J. FR. GRON. *jungendoque* non videtur improbare Gronov. 2. Obs. 3. DUK. Quod Sanctius conjecit, exstat in Lov. 2. Lectio autem, quam Sigonius invenit in suis, superest in Ber. Hafn. et Harl. *jungendo quoque* legit Lov. 5. *jungendaque* Cant. Doujatius ad vocem *jungendoque* subintelligit *proxima quaeque*; vel cum Gronovio, cujus loco male Sigonii meminit, legit *vincendoque*. Pari modo *junctus*, sive *iūctus*, et *uictus* in Mstis saepius commutari, videbimus infra ad Epit. Liv. 68.

§. 4. *Cartejam, urbem opulentam, caput ejus gentis*] Cartejae urbis et nomen et situs varie apud authores habetur. At Olcadum nomen non ferme apud ullum classicum invenias, nisi

Digitized by Google

pitque. Quo metu perculsae minores civitates, stipendio inposito, imperium accepere. victor exercitus, opulentusque praeda, Karthaginem novam in
5 hiberna est deductus. Ibi large partiendo praedam,

apud unum Polybium, unde hic noster Livius totam hujus libri historiam prope de verbo ad verbum mutuatus est, eademque secutus Plutarchus. GLAR. Cartejam Olcadum caput esse ait; eum sit urbs Bastulorum ad Calpen montem, auctore Ptolemaeo [2, 4.] Plinio [3, 1.] et praeter caeteros ipsomet l. 28, [30, 3.] *Ad Cartejam classe accessit. Urbs ea in ora Oceani est.* Quare, secutus Polybium [3, 13.] lego *Altheiam*. in eo enim est Ἀλθίαν. Est autem Olcadum urbs, teste Stephano. Ἀλθαία πόλις Ὀλκάδων· οἱ δὲ Ὀλκάδες ἔθνος Ἰβηρίας πλησιόχωρον Καρχηδόνος. Τὸ ἐθνικὸν Ἀλθαῖος. SIG. Sigonius ex Polybio reponit *Altheiam*. Pall. pr. ac tert. *Cartaiam*. sec. vero *Certhaiam* habet. GEBH. Sigonium sequitur Cellar. 2. Geogr. ant. 1. Alii duas Cartejas, alteram mediterraneam, alteram haud procul freto Gaditano statuunt. V. Cl. Wesseling. ad Antonini Itin. p. 406. DUK. *Cartaiam* Voss. Lovel. 1. 2. et Hearnii D. *Carthaiam* Hav. Exc. Pithoei, et edd. principes. *Carthayam* Ber. *Cartheiam* Lov. 5. *Cartaiamque* Hafn. *Cartharamque* Lovel. 3. *Cartagiam* Rec. *Cartalam* Flor. et Harl. Lud. Nonius in Hispan. c. 11. vulgatum servat, sed diversam urbem statuit a Carteja ad Oceanum, cujus meminit Livius 43, 3, 3. Holstenius ad Stephan. de Urb. in v. Καρπήϊα legendum censet *Carpejam*, quam in meditullio Hispaniae fuisse Carpetanorum urbem, validissimae gentis, Olcadibus Vaccaeisque vicinae. Potius tamen cum Sigonio legam *Altheiam*, vel magis *Althaiam*, aut *Althaeam*; Polybio enim et Stephano Ἀλθαία dicitur. Ita non opus est, ut etiam Polyb. verba emendemus.

Opulentusque praeda, Karthaginem novam in hiberna est deductus] *opulentaque praeda* Gaertn. *opulentus praeda* Rec. Male. V. ad 7, 24, 9. Tum *in Yberia est eductus* Lovel. 2. *in Hiberiam est deductus* Hav. *deductus est* Rec.

§. 5. *Stipendia praeterita*] Men. et Voss. *stipendio praeterito cum fide exsolvendo.* Hoc idem elegantius. V. 2. Observ. 18. extremo. Flor. *partiendo praedam, stipendioque praeterito cum fide exsolvendo.* J. FR. GRON. Lectioni, quae ante Gronovium vulgo circumferebatur, subscribunt Hafn. Lov. 5. Gaertn. Hearnii L. 1. N. et edd. Aldina, omnesque ea posteriores, nisi quod quaedam, sed paucae, *praeterita*, omissa voce *stipendia*, praeferant. Contra *stipendio praeterito* legunt Cant. Lovel. 1. 2. 3. 4. Rec. Hav. et Hearnii D. *stipendio pto* Ber. *stipendio praetento* Harlej. *stipendioque praeterito* Exc. Pithoei. V. ad 1, 53, 3. Qui *stipendia praeterita* dederunt, ferre non potuere morem Livii, orationemque quocumque modo variantis, *partiendo praedam, stipendio exsolvendo.* V. ad 38, 39, 10. Paullo ante *Ubi large partiendo* Haverk: V. ad 27, 5, 2. *Ibi largiter partiendo* Hearnii N. *Large gratiam referre* infra est 38, 8, 7.

Cunctis civium suorum socio-

Digitized by Google

stipendio praeterito cum fide exsolvendo, cunctis civium sociorumque animis in se firmatis, vere primo in Vaccaeos promotum bellum. Hermandica et 6
Arbocala urbes vi captae. Arbocala et virtute et

rumque animis in se firmatis] Vox *suorum* abest a vet. lib. SIG. Monet Sigonius vacare suos libros τῷ *suorum*. Ego vero inveni, Pal. pr. *in se* carere penitus. GEBH. Vocem *suorum* servant Flor. Hafn. Lov. 2. Rec. Voss. Gaertn. et Hav. eam transponunt *civium sociorumque suorum* Lovel. 4. 5. Hearnii L. 1. ac N. Praeterea τὰ *in se firmatis* omittunt Voss. et Lov. 1. quorum prior, ne sensus hiet, *conjunctis*, pro *cunctis*, pro varia lectione exhibet. *cunctisque* est in Gaertn. Mox *Vaccos* Lov. 1. et Ber. *Vaccos* Harl.

§. 6. *Hermandica et Arbacala Carthorum urbes*] Pro *Carthorum* quidam *Cartejorum* restituerunt: at hi *Olcadum* melius reposuissent, siquidem Carteja Olcadum caput erat, ut paullo ante dixit Livius. Verum ex Polybio [3, 14.] clarum evadit, Hermandicam et Arbacalam Vaccaeorum urbeis fuisse. Quare hoc loco pro *Carthorum* non *Cartejorum*, sed *illorum*, restituendum erat, ut Vaccaeos referat. Idem ostenditur apud Plutarchum in Hannibale. Sed ab aliquo sciolo hoc corruptum temere, ut alia pleraque. GLAR. Polyb. [3, 14.] Ἑλμαντικα. Stephanus: Ἑλμαντικὴ πόλις Ἰβηρίας ἐντὸς Ἴβηρος ποταμοῦ. Πολύβιος γ. Itaque *Helmandica* lego. Deinde vet. lib. *Arbocala*. Polyb. [ibid.] Ἀρβούκαλα. Pro *Cartheiorum* vet. lib. *Carthorum*. Polybius [eodem loc.] *Vaccaeorum*. Itaque eandem vocem repono: dixit enim *in Vaccaeos promotum bellum*. SIG. Urbs *Helmandica* ea videtur esse, quae hodie Salmantica vocatur; quae gymnasio celeberrima in Hispania floret. TURNEB. 13. Advers. 18. Forte *eorum*, aut *Vacceorum*. FR. SANCT. Pall. duo *Carthorum*. quod vocabulum plane non conspicitur in tertio. Sed Sigonius substituit ex Polybio *Vaccaeorum*; ut et *Helmandica et Arbocala*. quod posterius ita quoque urbis nomen concipiunt Pall. GEBH. Immo *Vaccaeorum*, ut ex Polybio monuit Sigonius. Primae editiones et scripti *Carthorum*. Menardi et e Pall. unus exterminant dubiam vocem. Possis non incommode *Hermandica et Arbacala horum urbes*, nempe Vaccaeorum, de quibus ante sermo. Quae supersunt literae, ex cauda vocis praecedentis natae. J. FR. GRON. *Hermandita* Lovel. 2. et Ber. Tum *Arbocala* Hearnii N. *Arbocalia* ejus D. *Arbocola* est in Harl. *Arbochala* in Ber. et Hav. *Arbocala* in Flor. Voss. Lov. 2. 3. 4. 5. Hafn. et Rec. quod a Sigonio probatum in contextum recepi. Deinde *Carthorum urbes* Voss. Hafn. Ber. Lov. 1. 2. 3. 4. Hav. Exc. Pithoei, et edd. antt. pro quo Mogunt. *Cartejorum* substituerunt. *Carchorum urbes* Brancal. Latinii. *Cartorum urbes* Flor. Cant. Harl. et Gaertn. Vox *Cartorum* vel *Cartejorum* deest in Lovel. 4. et Rec. quam et J. Fr. Gron. omisit. Neque ea tantum, sed et quatuor sequentes *urbes vi captae*. *Arbocala* desunt in Hearnii D. cui errori vocis *Arbocala* repetitio causa fuit. Praeterea *virtute et multitudine*, pro *et virtute*, Lov. 4. 5. et Ber. V. ad 2, 44, 3.

Digitized by Google

7 multitudine oppidanorum diu defensa. Ab Hermandica profugi, exsulibus Olcadum, priore aestate domitae gentis, quum se junxissent, concitant
8 Carpetanos: adortique Hannibalem, regressum ex Vaccaeis, haud procul Tago flumine agmen grave
9 praeda turbavere. Hannibal proelio abstinuit; ca-

§. 7. *Quum se junxissent, concitant Carpetanos*] Hos ubique *Καρπησίους* vocat Polybius. SIG. Pall. duo *Carpentanos*. Tert. *Carpedanos*. GEBH. *Carpentanos* Lovel. 2. 4. 5. Hafn. Ber. Hav. Brancal. Latinii, Hearnii D. N. et priscae edd. usque ad Froben. qui anno 1531. *Carpetanos* substituit. Insuper *quum se conjunxissent* Harl.

§. 8. *Haud procul Tago flumine agmen grave praeda turbavere*] Pall. tres et vetusta ed. rejiciunt particulam negativam *haud*. GEBH. Rejiciunt etiam Voss. Lov. 2. 5. Ber. Rec. Hav. Hearnii D. et N. (in quo posteriori eam deesse a quopiam notatum est) et nonnulli excusi. Verum sequentia ostendunt, eam hic necessariam esse. Recte igitur Aldus in erratis restituit. Tum voces *flumine* et *praeda* exsulant a Ber. a m. 1. *Tago flumine gravem praeda turbavere* praefert Hav. Paullo ante *aggressique*, pro *adortique*, Hearnii N. in margine, quod ex alterius expositione natum est. Commutantur etiam haec verba in codicibus Curtii 4, 2, 24.

§. 9. *Castrisque super ripam positis, quum prima quies silentiumque*] *castris super ripam positis* Lovel. 2. *castrisque sub ripam positis* Lovel. 4. *cristisque super ripam positis* Gaertn. Tum *prima quies somni silentiumque* Rec. Sed illud *somni* ex interpretatione vocis *quies* natum puto. Idem codex mox omittit verbum *fuit*. In praecedentibus *Hannibal primo proelio*, inserta media voce, legit Lov. 2. Sed mox sequitur *prima quies*.

Agmen vado trajecit: valloque ita producto] Scripti *amnem*. Seneca de ira 3, 21. *Gynden late fusum amnem vado transire tentavit*. J. FR. GRON. Non dubito quidem, quin Latine dicatur *agmen vado trajicere*, ut 8, 24, 11. *Quem quum incerto vado transiret agmen*. Sed vincere debet auctoritas Mstorum. DUK. Vulgatum tuetur unus Flor. Quod si placet, *trajicere agmen* dictum erit, ut *trajicere milites*, *copias*, *exercitum*, *legionem*, de quibus v. ad 2, 11, 2. At reliqui omnes constanter *amnem* servant; quam lectionem si quis cum Gronovio praeferre malit, non adversabor, praesertim quum *agmen* modo praecesserit, et mox sequatur. Solent autem hae voces saepius in Mstis confundi. V. ad 8. 24, 13. 35, 30, 7. et Viros doctos ad Flori 1, 1, 3. Praeterea *vallo itaque producto* Voss. Lovel. 2. Harlej. Gaertn. et Brancal. Latinii. *valloque itaque producto* Ber. a m. 1. Mox *invadere eo transeunte*, pro *eos transeuntes*, Lovel. 5.

§. 10. *Adorirentur peditum agmen. in ripa elephantos ante quadraginta disposuit*] Non

Digitized by Google

ſtrisque super ripam positis, quum prima quies silentiumque ab hoſtibus fuit, amnem vado trajecit: valloque ita producto, ut locum ad transgrediendum hoſtes haberent, invadere eos transeuntes ſtatuit. Equitibus praecepit, ut, quum ingreſſos aquam viderent, adorirentur. Peditum agmen in ripa,

vereor, ne vox *ante* mendosa sit, pro *ad*: siquidem Polybius [3, 14.] aït: *καὶ τοῖς θηρίοις, οἷς εἶχε περὶ τετταράκοντα τὸν ἀριθμόν.* id est, *Et elephantis, quos ad quadraginta habuit.* Sic alibi docebo, ex *ad ante* factum esse. SIG. Editio Moguntina, *in ripa elephantes quadraginta disposuit.* MOD. Sigonius censet, praepositionem, sive adverbium potius, *ante* mendosum esse loco *τοῦ ad.* Pal. pr. *ut cum ingressos aquam viderent, adorirentur. peditum agmen in ripa elefantos autem quadraginta disponit.* sec. *ut cum regressos aquam viderent, adorirentur peditum agmen in ripa. elefantos autem quadraginta disponit.* tert. *ut cum ingressos aquas viderent, adorirentur peditum agmen. in ripa elephantos XL. disposuit.* Vetusta quoque ed. *in ripa elephantes quadraginta disponit.* Ego delevi omnino *τὸ ante.* GEBH. Illud *peditum agmen* non hoſtium, sed Hannibalis est, eoque revocandum ad periodum sequentem. Sed et *τὸ ante* turbat. Sigonius pro eo facit *ad*, quia Polybius *τοῖς θηρίοις, οἷς εἶχε περὶ τετταράκοντα.* Voſſianus, duo Pall. et plerique pro eo habent *autem*, dein *disponit*, ut et libri Mureti. At Florentinus: *elephantos XL autem erant disponit.* Sic et Gudianus, nisi quod *disposuit.* Lege igitur: *peditum agmen in ripa et elephantos (quadraginta autem erant) disponit.* Polybius de illorum opera [3, 14.] *Τὸ μὲν πλεῖστον αὐτῶν μέρος διεφθάρη περὶ τὰς ἐκβάσεις παραπορευομένων τῶν θηρίων παρὰ τὸ χεῖλος καὶ τοὺς ἐκβαίνοντας ἀεὶ προκαταλαβόντων.* J. FR. GRON. Facile probari potest scriptura, quam vulgatae praefert Gronovius. Neque tamen in hac valde turbare videtur *ante*, si quis id pro *in fronte* positum putet. ut 27, 18, 5. et 28, 33, 2. ubi Gronov. 22, 5, 8. *Fors conglobat, et animus suus cuique ante et post pugnandi ordinem dabat.* DUR. *adorientur peditum agmen. in ripa autem elephantes quadraginta disponit* Hav. *adorirentur. Peditum agmen in ripa, elephantos autem quadraginta disponit* Hearnii N. *adhortarentur. Peditum agmen in ripa, elephantos aut quadraginta disposuit* Ber. *adorirentur. peditum agmen in ripa elephantos aüt quadraginta disposuit* Lovel. 2. et Gaertn. *adorirentur. peditum agmen in ripa elephantos autem quadraginta disposuit* Lovel. 3. *adorirentur. peditum agmen in ripa elephantos quadraginta autem disposuit* Cant. et Exc. Pithoei. *adorirentur peditum agmen. in ripa elephantos (quadraginta autem erant) disposuit* Harl. *disponit*, pro *disposuit*, etiam praeferunt Lovel. 1. 4. 5. et Hearnii D. Gronovii conjectura, quam et Pithoeo in mentem venisse Hearne auctor est, non displicet. Minus tamen ab optimorum codd. lectio-

Digitized by Google

11 elephantos ante quadraginta disposuit. Carpetanorum cum adpendicibus Olcadum Vaccaeorumque centum millia fuere; invicta acies, si aequo dimi-
12 caretur campo. Itaque et ingenio feroces, et multitudine freti, et quod metu cessisse credebant hostem, id morari victoriam rati, quod interesset amnis, clamore sublato, passim sine ullius imperio,
13 qua cuique proximum est, in amnem ruunt. Et ex parte altera ripae vis ingens equitum in flumen inmissa, medioque alveo haudquaquam pari certamine

ne nos discessuros puto, si legamus *adorirentur*. *Peditum agmen in ripa elephantosque* (*quadraginta autem erant*) *disponit*. Ut copula *que* intercepta sit a syllaba initiali vocis *quadraginta*. V. ad 23, 48, 12. Praeterea paullo ante *ingressos aquas*, pro *aquam*, est in Rec. et Gaertn.

§. 11. *Olcadum Vaccaeorumque*] Polybius item (3, 14.) Πλείους ἢ δέκα μυριάδας ἀνθρώπων. SIG. *Olcandum* Lovel. 1. *Olcardum* Gaertn. *Oleadum* Hav.

Invicta acies, si aequo dimicaretur campo] Pal. sec. *dimicarent*. GEBH. *Iuicta acie* Gaertner. Sed sane ultima litera τοῦ *acies* intercepta est a prima vocis sequentis. V. ad 37, 29, 5. Tum *si aequo dum dimicaretur campo* Harl.

§. 12. *Quod metu cessisse credebant hostem*] *qui metu cessisse* Gaertn. V. ad 3, 58, 7. *hostes* Ber. et Hearnii D. Male. V. ad 5, 50, 2. In praecedentibus *Itaque ingenio*, omissa media vocula, Rec. In sequentibus *quam cuique proximum erat* quaedem edd. *qua cuique proximum erat* aliae.

§. 13. *Et ex parte altera ripae vis ingens equitum in flumen inmissa*] Τὸ *Et* ignorat ed. vetus, et potest abesse. MOD. Si sensum consulas, abesse potest; at si Mstos, non debet. Servant enim omnes omnino. Deinde *vis ingens militum* Lovel. 2. Hav. et Ber. a m. 1. V. supra ad 10, 29, 10. Tum *in flumen missa* Lovel. 4. *in flumen inmissa est* Hearnii N. *in flumine omissa*, vel *ommissa*, edd. antt. Mox *medioque agmine*, pro *alveo*, Lovel. 4.

§. 14. *Vel inermi equite, equo temere acto, perverti posset*] Vet. lib. *vel ab inermi equite*. SIG. Pal. sec. *vel ab inermi equite*. GEBH. Sigonius e scripto *ab inermi*. Bene. sic et Flor. Gud. Pal. unus. J. FR. GRON. Ita et Lovel. 5. Hafn. Harl. Gaertn. Hearnii D. N. et Crevier. tres. quod eorum fide, praeeunte codem Crevier. in contextum admisi. *ab inermi equite*, omissa vocula *vel*, Lovel. 3. et Ber. *inermi equite* Rec. qui etiam *equo*

Digitized by Google

ne concursum; quippe ubi pedes instabilis, ac vix 14
vado fidens, vel ab inermi equite, equo temere
acto, perverti posset: eques, corpore armisque li-
ber, equo vel per medios gurgites stabili, cominus
eminusque rem gereret. Pars magna flumine absum- 15
ta: quidam, vorticoso amni delati in hostes, ab
elephantis obtriti sunt: postremi, quibus regressus 16
in suam ripam tutior fuit, ex varia trepidatione
quum in unum colligerentur, priusquam ex tanto
pavore reciperent animos, Hannibal, agmine qua-
drato amnem ingressus, fugam ex ripa fecit: vasta-

tamen acto praefert. Paullo ante *aut vix vado*, pro *ac vix* Lovel. 2. in contextu. V. hoc lib. ad c. 53, 3.

§. 15. *Vorticoso amni delati in hostes*] *juxticoso* Lovel. 5. *vertico* Lovel. 4. *verticoso* Flor. Hafn. Voss. Lovel. 2. 3. Harl. Gaertn. Hav. et edd. antt. V. quae notavi ad Silii 3, 475. (* Burm. ad Virg. 1. Georg. 481.) Tum *amne* Lovel. 2. et Ber. V. ad 32, 10, 8. Paullo ante *flumine assumta* Lovel. 1. Ber. et Hav. V. ad 9, 17, 17.

§. 16. *Postremi, quibus ingressus in suam ripam tutior fuit*] Vet. lib. *Postremis, quibus regressus in suam ripam tutior fuit.* Egregie: ut sit, Postremis Annibal fugam ex ripa fecit. SIG. Gronov. nusquam videtur invenisse *postremis*: nec scio, quam recte dicatur *fugam alicui facere.* Livius aliis locis genitivum addit. 22, 24, 8. *Late caedem fugamque hostium palatorum fecit.* Sic 26, 4, 8. et c. 6, 10. Alibi sine casu dicit. Infra c. 52, 10. c. 55, 7. et c. 56, 1. et 22, 13, 10. De *quadrato agmine* adcurate contra Lipsium 5. de Milit. Rom. 12. disputat Schelius ad Polyb. c. 11. 12. DUK. Omnes mei constanter *postremi.* Tum *ingressus*, quod est in edd. ante Sigonium, unus servat Hav. *egressus* in ed. postremam admisit Gruterus. Sed *regressus* habent omnes reliqui.

Priusquam tanto ex pavore reciperent animos] Refert Pal. pr. cum tert. et veteri ed. *priusquam tanto pavore reciperent animos.* sec. *priusquam ex tanto pavore reciperent animos.* GEBHARD. *tanto pavore*, omissa praepositione, Lovel. 1. 2. 4. Voss. Hafn. Hearnii N. et priscae edd. *pavore tanto* Ber. *in tanto pavore* Recan. *ex tanto pavore* Flor. Lovel. 5. Harl. et Gaertn. *tanto ex pavore* primi dederunt Moguntini. Memini eorum, quae notavi ad 7, 19, 8. hic tamen ordinem, quem plerique et optimi codd. indicant, recepi.

Hannibal, agmine quadrato amnem ingressus, fugam ex ripa fecit] *Hannibale agmine quadrato amnem ingresso fugam ex ripa fecerunt* Ber. ex emen-

tisque agris, intra paucos dies Carpetanos quoque
17 in deditionem accepit. Et jam omnia trans Iberum,
praeter Saguntinos, Karthaginiensium erant.
1 VI. Cum Saguntinis bellum nondum erat. cete-

datione, at eadem manu, et Hearnii N. ut *facere fugam* hic accipiatur pro fugere, quemadmodum 8, 9, 12. *Consternatae cohortes Latinorum fugam ac vastitatem late fecerunt.* Contra in vulgata scriptura *facere fugam*, est efficere, ut alius fugam capiat, aliquem in fugam conjicere, fugare. ut hoc lib. c. 52, 10. *Ingentem terrorem, caedemque ac fugam ad castra stationemque hostium fecere.* 22, 23, 10. *Ingentem cladem, fugam tamen terroremque latius Numidae fecerunt.* c. 24, 8. *Late caedem fugamque hostium palatorum fecit.* 26, 4, 8. *Fugam stragemque eorum usque ad portas fecerunt.* Auctoritas codicum in vulgatum conspirantium efficit, ut id verius esse existimem. Praeterea *agmine quadrato agmen ingressus* Hav. *agmine quadrato ingressus* Lovel. 3.

Vastatisque agris, intra paucos dies Carpetanos quoque in deditionem accepit] Voss. *inter.* V. ad 1, 10, 7. J. FR. GRON. Ita et Lovel. 1. 2. ac Gaertn. Supra 2, 27, 1. *Victor tot intra paucos dies bellis Romanus.* Vocabula *inter* et *intra* passim in Mstis confundi, vidimus ad 5, 27, 2. Tum *vallatisque agris* Gaertn. Hinc *in ditionem* idem cod. V. ad 26, 21, 17.

§. 17. *Et jam omnia trans Iberum*] *qz jam omnia* in solo est Gaertn.

§. 1. *Jam belli caussa certamina cum finitimis serebantur*] Ex prava interpretatione compendiosae scripturae *belli cā* concepit Pal. tert. *jam bellica certamina.* GEBH. *ferebantur* Harl. et quaedem ex vett. edd. V. ad 10, 43, 4. Supra 2, 1, 5. *In aliena urbe cum Patribus serere certamina.* Vocula *jam* non adparet in edd. antt.

Maxime Turdetanis] Pal. pr. scribit *cum Tudertanis.* vet. ed. *Turdentanis.* GEBH. *maxume* est in Flor. a m. 2. V. ad 3, 17, 5. Tum *Tudertanis* Lovel. 3. et Ber. *Trudentanis* Hav. *Tundentanis* Lovel. 4. *Turdentanis* Lovel. 5. et Hafn. *Tardentanis* edd. Rom. anni 1472. et Parm. *Turditani* in multis Mstis infra vocantur c. 12, 5.

§. 2. *Quos quum adisset idem, qui litis erat sator*] Vett. lib. *Quibus cum adesset idem, qui litis erat sator.* Sensus est, Annibalem, qui litem inter Turdetanos et Saguntinos serebat, Turdetanis affuisse contra Saguntinos. SIG. Non recte fecerunt, qui haec ita interpolarunt, cum, ut Sigonius de suis testatur, nostri quoque vet. lib. habeant *quibus eum adesset idem*, quod valet, quibus cum patrocinaretur Annibal. MOD. *quibus quum adesset* proba lectio est, constans quoque in Pall. pr. tertioque, et casca ed. Nihilominus gestat secundus e Palatinis, *quibus cum audisset.* GEBH. *quos quum adisset* servant Lov. 3. et Hearnii L. 1. ac N. *quibus quum adisset* Lov. 1. 2. 4. et Hav. *quo quum adisset* Hafn. *quo quum adesset* Ber. *quibus quum adsis* Gaertn. *quibus*

Digitized by Google

rum jam belli caussa certamina cum finitimis serebantur, maxime Turdetanis. quibus quum adesset idem, qui litis erat sator, nec certamen juris, sed vim quaeri adpareret; legati a Saguntinis Romam

quum adesset reliqui omnes scripti, et edd. Aldina priores. Recte. Supra 6, 38, 6. *Dictator intercessioni adero.* Ubi quaedam vide. Ovid. 6. Her. 151.

— — *Quod si quid ab alto*
Justus ades votis, Jupiter ipse meis.

et Epist. 16, 18.

— — *et coepto non leve numen adest.*

Praeterea *litis esset sator* Hafn.

Legati a Saguntinis Romam missi, auxilium ad bellum jam haud dubie inminens orantes. Consules tunc erant P. Cornelius Scipio et T. Sempronius Longus] Diffentit Livius a Polybio, quem maxime tamen in hoc bello tradendo sequitur, de rebus ab Annibale in Hispania gestis, de anno, quo Saguntus oppugnata est, et quo legati ad Annibalem missi sunt. Quia vero multo verisimilius et planius haec omnia Polybius explicat, ea, quemadmodum apud ipsum disposita sunt, prius demonstrabo, tum demum, quae Livius tradiderit, subjungam. Sic igitur Polybius. P. Cornelio, M. Minucio consulibus. *Annibal, mortuo Asdrubale imperator in Hispania declaratus, in Olcadum fines transgressus Altheiam capit, et Carthaginem in hiberna recedit.* L. Veturio, C. Lutatio consulibus. *Annibal vere primo in Vacceos ducit, Arbocalam et Helmandicam eorum urbes capit. Carpetanos in deditionem accipit. Quo terrore finitimi Saguntini compulsi Romam legatos res has nunciatum mittunt. Legati Romani in Hispaniam venientes ab Annibale Carthagine nova, dum in hybernis esset, auditi sunt. Bellum Annibali indictum, nisi Sagunto abstineret. ab iisdem idem Carthagine factum.* M. Livio, L. Aemilio consulibus. *Annibal Carthagine nova profectus Saguntum oppugnat, et intra octo menses capit. et in hyberna reversus omnes milites domum ad suos revisendos misit. Legati alteri Carthaginem missi ad deposcendum Annibalem, rupti foederis auctorem, et, nisi traderetur, bellum aperte indicendum. indictum est.* P. Cornelio Scipione, Ti. Sempronio Longo consulibus. *Annibal, motis Carthagine nova castris, trajecto Ibero, Ilergetes, Bargusios, Ausetanos et caeteros Hispaniae populos usque ad Pyrenaeos montes subigit. iisque superatis per Galliam ad Alpes venit. et in Italiam quinto mense, quam Carthagine moverat, transgressus P. Cornelium consulem ad Ticinum, Ti. Sempronium consulem ad Trebiam fundit.* Haec Polybius. cui assentiri videtur Probus, qui per triennium res in Hispania ab Annibale gestas scribit. Livius autem ita. L. Veturio, C. Catulo consulibus. Annibal Altheiam Olcadum capit, et in hyberna Carthaginem novam revertitur. M. Livio, L. Aemilio consulibus. Arbocala et Helmandica Vacceorum, et Carpetani subacti, Saguntus oppugnari coepta. P. Scipione, Ti. Longo consulibus. Legati Saguntini, qui, antequam Saguntus oppugnare-

Digitized by Google

missi, auxilium ad bellum jam haud dubie inminens
3 orantes. Consules tunc Romae erant P. Cornelius Scipio et Ti. Sempronius Longus: qui quum, legatis in senatum introductis, de republica retulissent, placuissetque mitti legatos in Hispaniam ad res so-
4 ciorum inspiciendas; quibus si videretur digna caus-

tur, profecti erant, his consulibus Romam perveniunt. Legati Romani P. Valerius Flaccus, Q. Baebius Tamphilus in Hispaniam ad Annibalem, Saguntum oppugnantem, cum venissent, et ab eo non admissi, Carthaginem profecti. Saguntum octavo mense, quam coeptum erat oppugnari, captum. inde in hyberna Annibal secessit. quinto deinde mense, quam ex hibernis profectus est, in Italiam venit. *Quae si ita sunt*, inquit, *fieri non potuit, ut P. Cornelius et Ti. Sempronius consules fuerint, ad quos et in principio oppugnationis legati Saguntini missi sint, et qui in suo magistratu cum Annibale, alter ad Ticinum amnem, ambo aliquanto post ad Trebiam pugnaverint. Aut omnia breviora aliquanto fuere; aut Saguntum principio anni, quo P. Cornelius et Ti. Sempronius consules fuerunt, non coeptum oppugnari est, sed captum.* Haec Livius [c. 15.] Non intelligit autem, si capta Sagunto Annibal in hyberna concessit, et primo vere in Italiam, superatis Alpibus, venit, Saguntum ne initio quidem consulatus Scipionis et Longi potuisse capi. siquidem inierunt Idibus Martiis, quo tempore illum ex hybernis moventem transitum in Italiam parasse verisimile est, sed captum esse Livio Aemilioque consulibus. Quod si ita est, ne legati quidem Saguntini, qui, aut antequam Saguntum oppugnaretur, aut initio oppugnationis profecti sunt, Scipione et Longo consulibus Romam pervenire potuerunt. praesertim vero cum legati Romani, quos serius miserunt, Annibalem Saguntum etiam oppugnantem invenerint. Habet igitur incommoda multa haec Liviana tractatio, in quae miror illum incidisse, Polybio praesertim haec omnia diligentissime explicante. SIG. Pall. duo, pr. et sec. *legati introducti ad* (primus *cum*) *consules in curiam a Saguntinis Romam missi.* GEBH. *legati a Saguntinis Romam missi, introducti cum consules essent in curia* Cant. *legati introducti cum consules in curia a Saguntinis Romam missi* Voss. et Lov. 1. ac 2. *legati introducti a consulibus in curiam a Saguntinis Romam missi* Lovel. 4. 5. Ber. et Hearnii N. in quo posteriore tamen voces interpositas *introducti a consulibus in curiam* delendas esse, alia postea manus notavit. Eas sane pro lemmate olim margini adscriptas fuisse, verisimile est; quae postea, ut saepe factum, in ipsum contextum migrarunt. V. ad 7, 40, 4. Deinde *auxilium jam ad bellum* alio ordine Lovel. 1. et 2. *τὸ jam* deest in Cant. et Gaertn. Praeterea *bellum jam haud dubium inminens* Harl. V. ad 34, 43, 5. Unum tamen codicem audire, periculosum puto. Paullo ante *nec certamen jus, sed vim quaeri adparet* Lov. 1.

§. 3. *T. Sempronius Longus*]

Digitized by Google

sa, et Hannibali denunciarent, ut ab Saguntinis, sociis populi Romani, abstineret, et Karthaginem in Africam trajicerent, ac sociorum populi Romani querimonias deferrent. Hac legatione decreta, 5 necdum missa, omnium spe celerius Saguntum obpugnari adlatum est. Tunc relata ex integro res ad

Polybius [3,40.] *Τιβέριον Σεμπρώνιον* nominat. Eutropius [3, 8.] *Tiberium*. itemque Probus [in Hannib. 4.] et plerique vetusti libri. Filius etiam hujus in Capitolinis tabulis *TI. F. TI. N. LONGVS* scribitur. SIG. Recte Pal. sec. *Tiberius Sempronius Longus*. GEBH. *Τιβέριον Σεμπρώνιον Λόγγον* etiam vocat App. Alex. de Bell. Hisp. 262. V. Pighium in Annal. ad ann. DXXXV. p. 148. Pronomen autem *Tiberius* saepius librarii in *Titus*, sive *Ti.* in *T.* commutarunt. V. ad 40, 44, 12.

Mitti legatos in Hispaniam ad res sociorum inspiciendas] Sic Polybius [3, 15.] *πρεσβευτὰς ἐξαπέστειλαν τοὺς ἐπισκεψομένους ὑπὲρ τῶν προσπιπτόντων*. SIG.

§. 4. *Et Hannibali denunciarent, ut ab Saguntinis, sociis populi Romani, abstineret*] Prima vocula exsulat a Lovel. 3. V. ad 2, 44. 3. Tum *a Saguntinis* Lov. 1. 4. Ber. Rec. Gaertn. et edd. antt. Hinc *populi Romani sociis* Lovel. 4. 5. et Harl. Deinde *abstinerent* Hafn.

§. 5. *Omnium spe celerius Saguntum obpugnari adlatum est*] *omnium spe celerius iterum Saguntum* Hav. *iterum a Saguntinis celerius Saguntum* Hearnii N. in margine. Paullo ante *nedum decreta*, pro *necdum*, Ber. a m. 2.

Tunc delata ex integro res ad senatum] Pal. tert. *de integro*. Infra c. 8. *Acrius de integro obortum est bellum*. GEBH. Flor. et Gud. *Tunc relata de integro*. Notissimum *referre ad senatum*. *Τὸ de integro* etiam Pal. et habes hujus libri capp. 8. 18. 21. 59. J. FR. GRON. Sic quoque MS. Cantabrigiensis. Videtur autem pergendum ulterius, et scribendum: *Tunc relata de integro re ad senatum, alii provincias* etc. 2, 22, 5. *Relata re ad senatum adeo gratum fuit Patribus*. JAC. GRON. Vulgo ita distinguitur, ut *deferri ad senatum* dicatur res, quae ei significatur; *referri*, de qua consulitur. V. Doct. Torren. ad Val. Max. 1, 1, 3. Quod si verum, *relata* hic praeferendum erit. Quam lectionem, insuper in uno suorum repertam, Cl. Crevier. ejusque exemplo ego quoque in contextum recepimus. Passim *deferre* et *referre* in Mstis commutantur. V. ad 4, 13, 8. 5, 30, 8. c. 50, 6. 7, 5, 4. 24, 24, 3. 25, 13, 12. 37, 57, 12. 39, 14, 3. c. 44, 2. Torren. ad Val. Max. 2, 9, 8. et saepe alibi. Similiter plerique verba cum *de* et *re* composita confundi, supra dictum est ad 9, 10, 6. Tum *de integro*, ut 22, 5, 7. *Nova de integro pugna exorta est*. 23, 16, 2. c. 20, 9. c. 26, 4. et saepissime. Similiter non modo *ex inproviso*, sed etiam *de inproviso* in usu fuit. V. ad 6, 33, 7. et Cortium ad Sallust. Jug. 14, 2. Solent etiam particulae *de* et *ex* permutari a librariis. V. ad 2, 35, 2. 6, 39, 8. 7, 13, 10. 27, 4, 1. et ad Epit.

Digitized by Google

6 senatum. Alii, provincias consulibus Hispaniam atque Africam decernentes, terra marique rem gerendam censebant: alii totum in Hispaniam Hanniba-
7 lemque intendebant bellum. Erant, qui non temere movendam rem tantam, exspectandosque ex Hispa-
8 nia legatos censerent. Haec sententia, quae tutissima videbatur, vicit: legatique eo maturius missi, P. Valerius Flaccus et Q. Baebius Tamphilus, Saguntum ad Hannibalem, atque inde Karthaginem, si non absisteretur bello, ad ducem ipsum in poenam foederis rupti deposcendum.

1 VII. Dum ea Romani parant consultantque, jam

Liv. 116. Omnes tamen codd. mei, praeter Flor. et Cant. a Gronoviis laudatos, vulgatum *delata ex integro* servant. Quod autem Cl. Jac. Gronovius, orationem Livii intercisam connectens, legendum conjicit *Tunc relata de integro re ad senatum, alii provincias*, me non adsentientem habet. V. infra hoc lib. ad c. 36, 4. Refellit etiam hanc conjecturam plerorumque codicum in verbis sequentibus lectio. Quin et *Tunc relata est ex integro res* legunt Lov. 2. et Harl. a m. 1.

§. 6. *Alii, provincias consulibus Hispaniam atque Africam decernentes*] Ed. vetus *Et alii provincias*. MOD. Pal. tert. cum secundi assensu *Et alii provincias*. GEBH. *Et alii* etiam Flor. Cant. Lov. 2. 4. 5. Ber. Harl. Hav. Hearnii D. N. et edd. Aldina priores. Praeterea *consulibus provincias Hispaniam atque Africam decernentes* Hav. *consulibus Hispaniam atque Africam provincias decernentes* Ber.

In Hispaniam Hannibalemque intendebant bellum] Pall. pr. et sec. *intenderant bellum*. GEBHARD. Ita et Flor. Voss. Lov. quinque, Ber. Hafn. Hav. et Hearnii D. et N. *intenderent* Gaertn. *in Hispaniam Hannibalemque mittendum bellum* Hearnii L. 1.

§. 7. *Non temere movendam rem tantam*] *novandam rem tantam* Gaertn. V. ad 23, 30, 12.

§. 8. *Q. Baebius Pamphilus*] Vet. aliquot lib. *Q. Baebius Tamphilus*. Ita Capitolini ubique lapides. nummi argentei *BAEBIVS TAMPILVS*. SIG. Pall. tres et vetusta ed. *Q. Fabius Pamphilus*. GEBH. Ita et Flor. Cant. Voss. Hafn. Ber. Harl. Gaertn. Hav. Hearnii Oxon. Exc. Pithoei, et edd. antt. *Q. Fabius*, omisso cognomine, Brancal. Latinii. *Q. Fabius Panphilus* Lovel. 2. *Q. Fabius Flaccus Pamphilus* Lovel. 3. *Q. Fabius Tamphilus* Rec. *Q. Fabius* quoque Lovel. 1. 4. 5. Sed nomini minus noto *Baebius* librarium sibi notissimum *Fabius* subposuisse patet. Recte autem Sigonius emendavit *Tamphilus*. V. etiam in-

Digitized by Google

Saguntum summa vi obpugnabatur. Civitas ea lon- 2
ge opulentissima ultra Iberum fuit, sita passus mille
ferme a mari. Oriundi a Zacyntho insula dicuntur,
mixtique etiam ab Ardea Rutulorum quidam gene-
ris. ceterum in tantas brevi creverant opes, seu 3
maritimis, seu terrestribus fructibus, seu multitu-
dinis incremento, seu sanctitate disciplinae, qua
fidem socialem usque ad perniciem suam coluerunt.
Hannibal, infesto exercitu ingressus fines, pervasta- 4
tis passim agris, urbem tripartito adgreditur. Angu- 5
lus muri erat in planiorem patentioremque, quam
cetera circa, vallem vergens. adversus eum vineas

fra ad 31, 49, 12. et 40, 18, 1. Adde Doct. Torren. ad Val. Max. 1, 1, 12. et 2, 5, 1. Prioris legati cognomen *Flaccus* exsulabat a Ber.

Si non absisteretur bello] *si non absisteret* Lovel. 4. V. ad 10, 10, 1. *si non abstinerent* Rec. *si non abstineretur* Lovel. 2. 4. Hafn. Ber. et Hearnii L. 1. Male. Infra 37, 36, 8. *Nuncia meis verbis, bello absistat.* 44, 19, 14. *Ni absistatur bello, per utrum stetisset, eum non pro amico, nec pro socio habituros esse.* Plura v. ad 24, 20, 15. Solent autem *absistere* et *abstinere* in Mstis permutari. V. ad 31, 17, 10. Mox *ad ducem illum*, pro *ipsum*, Lovel. 3. V. ad 21, 41, 17.

§. 1. *Dum ea Romani parant consultantque*] *parebant consultabantque* Lov. 2. Ber. et Hav. *parant consuluntque* Lovel. 3. Mox *firma vi*, pro *summa vi*, edd. Rom. anni 1472. et Parm.

§. 2. *Sita passus mille ferme a mari*] Sic Polybius [3, 17.] ὡς ἑπτὰ σάδια SIG.

Oriundi a Zacyntho insula dicuntur, mixtique etiam ab Ardea] Silius Italicus noster scriptus [1, 288.]

Mox profugi ducente Noto advertere coloni,
Insula quos genuit etc.

MOD. *a Sagunto insula* Flor. Cant. Voss. Lovel. 2. 3. 4. Ber. Hafn. Harl. Gaertn. Hav. Exc. Pithoei, et Hearnii N. ac D. *Zagunto* Lovel. 1. Librarii iterum vocem notiorem *Sagunto* minus notae *Zacyntho* substituerunt.

§. 3. *Qua fidem socialem usque ad perniciem suam coluerunt*] Pal. tert. *solverunt.* GEBH. *q. fidem socialem* Lovel. 2. *qua quidem fidem* Lovel. 5. Vox *suam* exsulat ab editis ante Aldum. Tum *coluere* est in Gaertn. Paullo ante *disciplinae sanctitate* alio ordine Flor. et Harl.

§. 4. *Pervastatis passim agris, urbem tripartito adgreditur*] *vastatis passim agris* Gaertn. Sed composito saepissime Livius usus est. Exempla habemus 8, 19, 9. 10, 37, 1. 22, 4, 1. 35, 21, 10. 37, 18,

Digitized by Google

agere instituit, per quas aries moenibus admoveri
6 posset. Sed ut locus procul muro satis aequus agendis vineis fuit; ita haudquaquam prospere, postquam ad effectum operis ventum est, coeptis
7 succedebat. et turris ingens inminebat: et murus, ut in suspecto loco, supra ceterae modum altitudinis emunitus erat: et juventus delecta, ubi plurimum periculi ac laboris ostendebatur, ibi vi majore
8 obsistebant. Ac primo missilibus submovere hostem,

7. 44, 10, 8. pluribusque locis. Tum *tripertito* Lovel. 1. et Flor. V. ad 4, 59, 2. *tripartito aggreditur loco* Rec.

§. 5. *In planiorem patentioremque, quam cetera circa, vallem vergens*] *potentioremque* Lovel. 3. V. ad 8, 12, 4. *in planiore patentioreque loco, quam cetera circa vallem, vergens* Ber. a m. 2. *in planiorem patentioremque partem, quam cetera circa vallum, vergens* Lovel. 4. Sed ita mutarunt librarii, quod non adverterent, *circa* hic sine casu poni, de quo v. ad 1, 4, 6. et 9, 2, 7. Tum *urgens* Hav.

Per quas aries moenibus admoveri posset] Pal. tert. exhibet *per quas arietes moenibus admovere possent.* GEBH. In praecedentibus *agere instituit vineas*, transpositis vocibus, Lov. 3.

§. 6. *Sed ut locus procul muro satis aequus*] Pal. pr. *procul muros*. tert. *procul muris*. sec. *Sed uti locus*. GEBH. *procul muros* Flor. Harl. et edd. antt. litera sibilante ex principio vocis sequentis perperam in fine praecedentis repetita. V. ad 28, 25, 2. Mendosam hanc lectionem emendaturi alii dederunt *procul muris*; quae lectio superest in Lovel. 2. Ber. a m. 2. et Hearnii N. *procul muro* primus Ascens. anno 1513. recepit.

Postquam ad effectum operis ventum est] Reperi in Pal. tert. *perventum est*. GEBH. *ventum est operis* vett. edd. Primus Aldus ordinem dedit, qui nunc obtinet.

§. 7. *Supra ceterae modum altitudinis emunitus erat*] *supra modum*, omissa media voce, Lovel. 3. qui etiam legit *munitus*: at *etiam munitus* Hafn. Sed *emunire* verbum est Livianum. Infra 24, 21, 12. *locus, saxo quadrato septus, atque arcis in modum emunitus, capitur.* 26, 46, 2. *Nam neque opere emunitus erat.*

Ubi plurimum periculi ac laboris ostendebatur] Pall. tres *plurimum periculi ac timoris.* GEBH. In quatuor scriptis reperisse memini *ac timoris*. Et sic Aldina. Sic quoque Flor. et Gudianus. J. FR. GRON. Ita etiam Voss. Cant. Lov. 2. 3. 4. 5. Harl. Ber. Hafn. Gaertn. Hav. Exc. Pithoei, Hearnii N. D. et tres a Cl. Crevier. consulti. Codicum consensum video; ne tamen eorum lectionem probare audeam, id in-

Digitized by Google

nec quidquam satis tutum munientibus pati. deinde jam non pro moenibus modo atque turri tela micare, sed ad erumpendum etiam in stationes operaque hostium animus erat: quibus tumultuariis certaminibus haud ferme plures Saguntini cadebant, quam Poeni. Ut vero Hannibal ipse, dum murum incautius subit, adversum femur tragula graviter ictus cecidit; tanta circa fuga ac trepidatio fuit, ut non multum abesset, quin opera ac vineae desererentur.

pedit, quod Livius passim *periculum* et *laborem* jungere soleat. Ita 4, 35, 7. *Eo inpendi laborem ac periculum, unde emolumentum atque honos speretur.* 25, 6, 23. *Asperrima quaeque ad laborem periculumque deposcimus.* 26, 13, 8. *Ultima pericula ac gravissimos labores perpessi.* 29, 1, 4. *Ea militia multos labores, magna pericula adlatura videbatur.* 33, 39, 6. *Romanos per tot annos terra marique tanta pericula ac labores exhausisse.* 45, 36, 3. *Plus laboris, plus periculi, quam desiderasset res, injunctum.* Aldus etiam sententiam mutavit. Quum enim in contextu *periculi ac timoris* edidisset, *ac laboris* in erratis revocavit.

Ibi vi majore obsistebant] Vet. lib. *obsistebat.* SIG. Ita et Harl. atque Hearnii D. Sed male. *juventus obsistebant*, ut 3, 27, 5. *Juventus discurrit ad vallum petendum. sumsere, unde cuique proximum fuit.* 4, 56, 7. *Omnium populorum juventus Antium contracta, ibi castris positis hostem opperiebantur.* 7, 2, 5. *Imitari deinde eos juventus, simul inconditis inter se jocularia fundentes versibus, coepere.* Val. Max. 3, 2, 7. *Quo facilius juventus reliquias imperii tuerentur.* Ita quidam praeferunt codd. at nunc editur *tueretur.* Praeterea *ibi majore vi*, inmutato ordine vocum, Lovel. 2. *ibi virtute forti* Hearnii N. in margine.

§. 8. *Ad erumpendum etiam in stationes operaque hostium*] *et*, pro *etiam*, praefert Ber. a m. 2. sed a m. 1. *ad erumpendum etiam stationes operaque hoium.* ubi *in* eliditur a vocis praecedentis litera ultima. V. ad 10, 13, 3. *hoies* autem, vel *homines*, et *hostes* saepe confunduntur. V. ad 23, 37, 11. Paullo ante *tutum satis* Lovel. 1.

§. 9. *Haud ferme plures Saguntini cadebant*] *Tò ferme* deest in Rec. eamque vocem delendam esse, manus 2. in Hearnii N. notavit. Tum *Saguntini cedebant* Gaertn. et Hav. V. supra ad 6, 13, 3.

§. 10. *Dum murum incautius subit, adversum femur tragula graviter ictus cecidit*] Adhuc Silius [1, 538.]

Inde inter nubes ventorum turbine caeco
Ultrix injusti vibravit lancea belli,
Ac femore adverso librata cuspide sedit.

Digitized by Google

1 VIII. Obsidio deinde per paucos dies magis, quam oppugnatio, fuit, dum vulnus ducis curaretur. per quod tempus ut quies certaminum erat, ita ab adparatu operum ac munitionum nihil cessatum.
2 Itaque acrius de integro obortum est bellum, pluribusque partibus, vix accipientibus quibusdam opera locis, vineae coeptae agi, admoverique aries.

sive, ut habet manu exaratus meus Silius, *Ac femine adverso.* MOD. *incautus subiit* Lovel. 2.

Tanta circa fuga ac trepidatio fuit, ut non multum abesset] *tanta cita fuga* Hav. *ac trepidatio* Gronov. edidit anno 1679. consentientibus scriptis, quum antea vulgatum fuisset *atque trepidatio.* Praeterea *fuit, dum vulnus ducis curaretur, ut non* Ber. *fuit, ut, dum ducis vulnus curaretur, non* Hav. Sed quatuor additae voces ex principio cap. seq. huc retractae sunt, et in iisdem codd. ibidem omittuntur.

§. 1. *Ab adparatu operum ac munitionum nihil cessatum*] *ac seditionum* Lovel. 4. Tum *nihil cessatum est* Ber.

§. 2. *Acrius de integro obortum est bellum*] Flor. et Gud. *coortum.* J. FR. GRON. Ita et Cant. (* 33, 21, 6.) Caesar 3. B. Gall. 7. *Subitum bellum in Gallia coortum est.* Ita *certamen coortum* supra 1, 6, 4. *seditio coorta* 5, 12, 7. ubi quaedam vide. Omnes tamen reliqui servant *obortum*, nisi quod *ortum* legat Gaertn. Praeterea *acrius deinde obortum est* Lovel. 3. Mox *pluribus partibus,* pro *pluribusque*, Ber. et Hav.

Vix accipientibus quibusdam opera locis] *locis vel muris* Hearnii N. Sed duae postremae voces a manu altera deletae sunt. Mox *moverique*, pro *admoverique*, Ber. a m. 1.

§. 3. *Ad centum enim quinquaginta millia*] Vet. lib. *ad centum enim et quinquaginta.* SIG. Inmittit Sigonius *et quinquaginta.* At Pal. sec. *ad centum enim quadraginta millia.* GEBH. *ad centum enim et quinquaginta* Ber. *To enim* exsulat a Flor. et Cant.

Habuisse in armis creditur] Flor. auctior voce *habuisse in armis satis creditur.* J. FR. GRON. Non negligendum puto *satis creditur.* Livius 29, 37, 4. *Id vectigal commentum alterum ex censoribus, satis credebant.* Ter. Andr. 4, 1, 50. *Satis credo, si advigilaveris, ex unis geminas mihi conficies nuptias.* Et Eun. 5, 9, 21. Sic *satis sperare* Liv. 28, 35, 11. DUK. Placet Flor. lectio, quam et optimi suorum fide Crevier. recepit. Non male. Ita hoc lib. c. 26, 4. *Vixdum satis credens Hannibalem superasse Pyrenaeos montes.* 39, 35, 3. *Satis credens, ipsum etiam juvenem aliquid momenti facturum.* πάνυ ἐπέκεινο, ut Polyb. id exprimit in Exc. legat. num. 44. p. 1191. Illud *satis* Livio in deliciis fuisse, eumque id variis locutionibus junxisse, videbimus ad 26, 51, 2. Pariter

Digitized by Google

Abundabat multitudine hominum Poenus; ad cen- 3
tum enim quinquaginta millia habuisse in armis sa-
tis creditur. Oppidani ad omnia tuenda atque ob- 4
eunda multifariam distineri coepti sunt. et non sub- 5
ficiebant (jam enim feriebantur arietibus) muri,
quassataeque multae partes erant. una continentibus
ruinis nudaverat urbem: tres deinceps turres, quan-

in sollemni locutione *satis constat* eadem vox *satis* omittebatur infra 36, 35, 8. ubi etiam vide. Tum *in armis habuisse*, trajectis vocibus, Ber.

§. 4. *Ad omnia tuenda atque obeunda multimoda arte distineri coepti sunt*] Pall. tres *detineri*. GEBH. Flor. cum Gudiano, quod miror, *ad omnia tuenda atque obeunda multifariam distineri*. Sed et uterque cum Men. Pet. Pal. *quassataeque*. J. FR. GRON. *tuenda obeundaque* Ber. et editi usque ad Aldum. Deinde *multimodis* adverbialiter saepe Lucret. adhibuisse novi; at quis hujus aevi scriptor adjectivo *multimodus* usus sit, quaero. Id scio, alibi apud Livium non obcurrere. Id efficit, ne displiceat cod. Flor. lectio *multifariam*, quam etiam servat Cant. et unus Crevier. Ea autem voce Livius etiam utitur 33, 18, 7. *Omnibusque ex praesidiis, quae multifariam disjecta erant, devocatis*. Praeterea *detineri* Voss. Lovel. 1. 2. 3. 4. Hafn. Ber. Harl. Gaertn. Hav. Rec. Hearnii L. 1. N. et edd. vett. pro quo Ascens. anno 1516. *distineri* reposuit. Et recte. V. ad 5, 20, 4.

§. 5. *Et non subficiebant. jam enim feriebantur arietibus muri. Quassatae quoque multae partes*] Pal. sec. *quassataeque multae partes erant*. GEBH. Aliquis hic nodus: non enim percussi ariete muri justa causa, cur oppidani parum suffecerint. Praeterea in tribus scriptis [immo in quinque. V. ad verba priora.] reperi *quassataeque*. Scribe: *Et non sufficiebant (jam enim feriebantur arietibus) muri, quassataeque multae partes erant*. J. FR. GRON. In vulgata scriptura non videtur obscurus sensus esse, si verba, *et non sufficiebant*, ad oppidanos referantur. Nempe oppidani non sufficiebant ad omnia tuenda atque obeunda; quum aliis locis muri adhuc integri ariete ferirentur, aliis quassati ruinam minarentur, aliis jam dejecti ruinis urbem nudassent. *Sufficere κατ' ἔλλειψιν* nominis vel alterius partis. Livius 36, 45, 2. *Quoad sufficere remiges potuerunt*. Suet. Aug. 43. *Pro aliis magistratibus, qui aut abessent, aut non sufficerent*. Virgil. 9. Aen. 515. *Nec jam sufficiunt*. DUK. *non sufficiebant. Itaque jam feriebantur arietibus muri, quassataeque multae partes erant* Flor. et Cant. *quassataeque* etiam Lovel. 2. 3. Harl. Ber. Gaertn. Hav. et Hearnii N. V. ad 5, 27, 1. *quassataeque jam multae partes erant* Lovel. 5. *quassatae multae partes erant* Voss. et Lovel. 1. Puto Gronovium optime locum constituisse; cujus emendationem recepi.

Una continentibus ruinis nu-

Digitized by Google

tumque inter eas muri erat, cum fragore ingenti
6 prociderant: captumque oppidum ea ruina crediderant Poeni; qua, velut si pariter utrosque murus
7 texisset, ita utrimque in pugnam procursum est. Nihil tumultuariae pugnae simile erat, quales in oppugnationibus urbium per occasionem partis alterius conseri solent: sed justae acies, velut patenti campo, inter ruinas muri tectaque urbis modico distan-

daverat urbem] Pal. sec. *et una continentibus ruinis nudaverant urbem.* tert. autem *una concurrentibus minis.* GEBH. Ita et Brauc. Latinii. V. ad 38, 43, 5. *nudaverant* autem Hearnii D.

Tres deinceps turres, quantumque inter eas muri erat] *tres deinde turres* Lovel. 4. Tum *quantumque intererat muri* Lovel. 3. Mox *prociderunt* Ber. Lovel. 3. 4. Harl. et Hav.

§. 6. *Qua, velut si pariter utrosque murus texisset, ita utrimque*] Cl. Ant. Perizon. ad oram Livii conjicit *cum*, *velut si pariter.* Tum *utrosque muros texisset* Flor. Lov. 2. et Gaertner. *utrosque murus tetigisset* Rec. Hinc *utramque in pugnam* Gaertn. Paullo ante *captumque oppidum*, pro *captum*, Flor.

§. 7. *Quales* etc. *per occasionem partis alterius censeri solent*] Pall. tres *consciri solent.* vetusta ed. *conseri solent.* GEBH. Quid est *censeri pugnas?* Immo *conseri*, ut editt. vetustae: nam calamo exarati etiam corrupte habent *consciri.* 25, [11, 3.] *Cum prohibentibus opus Romanis manum posse conseri.* 28, [2, 8.] *Et singuli binique, velut cum paribus, conserere pugnam cogebantur.* Video tamen offirmare codices in tenendo τοῦ *consciri.* Incipio id ferre. *Bellum consciverant* dixit 10, 18, 2. et *qui bellum in his provinciis conscivissent* 41, 8, 4. et *haud quieturum ante, quam bellum toto orbe terrarum conscisset* 33, ult. Brutus ad Ciceronem Epist. 16. *postquam illud conscivi facinus.* J. FR. GRON. *consciri solent* Flor. Voss. Lovel. 2. 4. Ber. Hafn. Gaertn. Hav. et Hearnii N. cui lectioni adstruendae exempla quaedam hic adtulit Gronov. quae tamen non evincunt, quod voluit; quia dubium est, utrum *consciverant* aliaque in illis obvia sint a verbo *conscio*, *conscire*, an a *conscisco*, *conscisceré* declinata: neque alibi *conscire bellum* me observare memini. *conciri solent* est in Lovel. 3. Nihil propius autem esse videtur, quam ut probemus *conseri solent*, quod in reliquis Mstis, ex quibus nulla varietas notatur, fuisse verisimile est. Ita loquitur Livius 22, 48, 1. *Jam et in sinistro cornu Romano consertum proelium erat.* 26, 39, 12. *Conserebant ex propinquo pugnam.* 38, 40, 11. *Inordinatum simul pluribus locis proelium conseritur.* 42, 65, 7. *Alios adscensum undique tentare jubet, et cominus proelium conserere.* c. 66. 4. *Consul anteveniens extemplo proelium conseruit.* Τὸ *censeri* primum, errore sine dubio operarum, ad-

Digitized by Google

tia intervallo conſtiterant. hinc spes, hinc despera- 8
tio animos irritat: Poeno cepiſſe jam se urbem, si
paullulum adnitatur, credente; Saguntinis pro nu-
data moenibus patria corpora obponentibus, nec
ullo pedem referente, ne in relictum a se locum
hoſtem inmitteret. Itaque quo acrius et conferti 9
magis utrimque pugnabant, eo plures vulnerabantur, nullo inter arma corporaque vano intercidente

parvit in ed. Curionis: quamvis autem interim *conseri* reduxerit Sigonius, nemo tamen ante Gronovium ei auscultare voluit. Praeterea paullo ante *Tumultuariae pugnae nihil simile erat*, inmutato ordine verborum, Hav. Tum *in obpugnatione urbium* Ber. *in obpugnatoribus urbium* Rec.

Sed justae acies, velut patenti campo] Vet. ed. cum Pall. *sed junctae acies*. GEBH. Ita et Lovel. 2. 4. Harl. Rec. et edd. Moguntina priores. *sed utraeque acies* Lovel. 3. *sed justae acies velut, velut patenti campo* Hav. *impatenti campo*, id eſt *in patenti campo*, Lovel. 4. Mox *modico distante intervallo* Brancal. Latinii. *modico distanti intervallo* edidit Sigonius, sed, ut puto, operarum errore: in ea enim, quae poſt mortem ejus cum ipsius scholiis anno 1592. prodiit, *distantia* repositum eſt.

§. 8. *Poeno cepisse jam se urbem, si paullulum adnitatur, credente*] *Poeno jam cepisse urbem* Lovel. 1. Tum *si paullum adnitatur* Flor. et Lovel. 2. *si paullo adnitatur* Harl. (* v. ad 35, 5, 11.) Sed omnia haec verba neglegentia scribae exsulabant ab Hav. Paullo ante *animos irritabat* Ber.

Ne relicto a se loco hostem inmitteret] Flor. *ne in relictum a se locum hostem inmitteret*. J. FR. GRON. Ita et Cant. *Tò ne* abeſt a Lovel. 3. *hostem* a Voſſ. et Lovel. 1.

§. 9. *Itaque quo acrius et confertim magis utrimque pugnabatur*] Flor. cum Gud. Voſſ. Pet. *pugnabant*. Scribe: *Itaque quo acrius et conferti magis utrimque pugnabant*. J. FR. GRON. *Itaque quo acrius conserti, magisque utrimque pugnabatur* Lovel. 3. *Itaque quo acrius et confercti magis utrimque pugnabant* Lovel. 4. *pugnabant* etiam Lovel. 1. Harl. Hafn. Rec. et Hearnii N. quae omnia conjecturam Gronovii adſtruunt, ac veram praeſtant. Alibi autem adverbia et adjectiva per copulam jungi, supra vidimus ad 8, 19, 2. Ut autem *pugnabant* in *pugnabatur* librarii mutarent, cauſſa fuiſſe potuit, quod mox sequatur *vulnerabantur*, et mutatio activae locutionis in paſſivam ipsis displiceret. Ita tamen saepe Livium locutum eſſe, dictum eſt ad 8, 34, 9. vel compendii notas *pugnabāt*, id eſt *pugnabant*, et *pugnabaī*, id eſt *pugnabatur*, confuderunt. V. ad 38, 40, 1. Insuper *utrique* Voſſ. V. ad 6, 31, 8. Mox *vano intercedente telo* Harl. et Ber. eodem errore, quo ca-

Digitized by Google

10 telo. Falarica erat Saguntinis, missile telum hastili abiegno, et cetera tereti, praeterquam ad extremum, unde ferrum exstabat. id, sicut in pilo, quadratum
11 stuppa circumligabant, linebantque pice. Ferrum

dere et *cedere* confunduntur; de quo v. ad 6, 13, 3. *telo intercidente vano* Lovel. 4. *vano telo intercidente* Lovel. 5.

§. 10. *Falarica erat Saguntinis, missile telum*] Festus. *Falarica genus teli missile, quo utuntur ex falis, id est locis exstructis*, vel, ut ait Nonius, *ex turribus ligneis dimicantes.* SIG. Italicus [1, 350.]

Armavit clausos, nec portis arcuit hostem
Librari multa consueta falarica dextra,
Horrendum visu robur, celsisque nivosae
Pirenes trabs lecta jugis.

MOD. Telum hoc inlustravit Lipsius 5. Poliorc. 5. V. etiam, quae notavi ad Silii 6, 214. Ceterum *Phalaeri erant Saguntinis* Flor. a m. 1. pro quo interpolatum est recenti manu *et phalarica erant Saguntinis. erant* etiam est in Lovel. 1. 2. 4. et Harl.

Hastili oblongo] Liber meus *hastali ab ligneo.* Tentabam, *missile telum fala ab lignea.* Sed poenitet. Si enim Sagunti turres ligneae, quare Poeni ariete, quam igne, pugnabant? KLOCK. Syll. Epist. a Cel. Burm. editarum tom. 1. p. 303. Pall. pr. ac tert. *hastili abligneo.* sec. *astili ligneo.* At vetus ed. *hastili ligno oblongo.* GEBH. Vix ullus sic scriptus; inter editos primus Magontiacensis. Pet. *hastili alligato.* Men. *hast. abligno.* Pal. *astili ligneo.* Ascens. et Savet. *hastili ligno.* Denique Flor. Voss. Gud. duo Pall. *hast. abligneo:* et sic Romae datum, et Mediolani, et Tarvisii, et bis Venetiis, et haud scio ubi Becharius: sic denique et Aldus expressit, *oblongo* ex Mag. ingerens in corrigendis. Fortasse volunt, quod Muretus e vet. lib. adscripsit, *hastili iligneo.* J. FR. GRON. Vides insignem indignamque haesitationem. *Ilígneum hastile* satis refutat ipsa ligni ejus gravitas, inepta missili telo: dein Silius, dum ait [1, 352.] *Celsisque nivosae Pyrenes trabs lecta jugis.* At in Pyrenaeis montibus nullae nascuntur ilices. Itaque miramur, nec alios, nec Lipsium [5. Poliorc. 5.] quum didicisset, in melioribus libris legi *abjegno*, id ausos amplecti. Nullo modo *oblongum hastile* potest defendi eo, quod Livius postea memoret ferrum trium pedum, ut sibi objiciebat Lipsius. MS. Cantabrig. plane *abjegno*, et notae sunt ex antiquis sagittae *abjegnae.* JAC. GRON. *hastili oblongo* Ber. et Rec. *hastili ligneo* Hearnii L. 1. in margine, et ed. Ascensii anni 1516. *hastili ligna* Hearnii N. et edd. Ascensii anni 1513. ac Paris. anni 1529. *hastali abligneo* ed. Mediol. anni 1505. *hastili a ligneo* Harl. *hastili ab ligneo*, vel *abligneo*, praeter Flor. et Voss. a Gronovio memoratos, Lovel. 1. 3. 4. 5. Hafn. Hav. Gaertner. et Hearnii D. cum vetustioribus edd. nisi quod *hastile* sit in Rom. anni 1472. et Parm. *hastili abjegno*, cum Cant. Jac. Gronovii, etiam Lovel. 2. Exc. Pithoei, et duo a Crevier. consulti: unde id ejus exemplo recepi. Mox *et cetreo tereti* Lov.

Digitized by Google

autem tres longum habebat pedes, ut cum armis transfigere corpus posset. Sed id maxime, etiamsi haesisset in scuto, nec penetrasset in corpus, pavorem faciebat; quod, quum medium accensum mit- 12

2. *et cetero tereti* Flor. Hafn. Voss. Ber. Lovel. 1. 3. 4. 5. Harl. Gaertn. Hav. Hearnii D. N. et priscae edd. pro quo Ascensius anno 1513. *et cetera tereti* recte substituit. V. ad 37, 7, 15.

Quadratum stuppa circumligabant, linebantque pice] Pall. pr. et tert. *liniebant pice*. sec. *liniebantque pice*. GEBH. *stupa* unica *p* Voss. Lov. quinque, Ber. Harl. Gaertn. et Hav. Sed v. Picrium ad Virg. 1. Georg. 309. Tum *circumlitigabant* Flor. a m. 1. *circumligabatur* Ber. a m. 2. Deinde *liniebantque pice* Flor. Voss. Cant. Lov. 2. 3. 4. 5. Harl. Gaertn. Hav. Brancal. Latinii, et Ald. ed. in contextu. Id quidem in usu fuisse Vossius existimat 5. Gramm. 35. Potius tamen, Mstis neglectis, vulgatum *linebantque* hoc loco servandum, et probanda censeo, quae Cel. Burm. notavit ad Quinctil. Decl. 13, 5. Paullo ante *sicut in pilo*, id est *proelio*, pro *pilo*, Lov. 2.

§. 11. *Ferrum autem tres in longum habebat pedes*] Est incestus sermo: ac plane confictus ab iis, qui τὸ *ferrum* acceperunt primo casu, quum sit quartus, et oratio omnis pendeat a praecedente *Falarica*. Scribendum ex MS. Cantabrig. omissa praepositione: *Ferrum autem tres longum habebat pedes*. Ita perpetue Livius. Hoc lib. c. 28, 7. *Ratem unam ducentos longam pedes*. 8, 10, 12. *Signum septem pedes altum*. 40, 29, 3. *Lapideae arcae octonos ferme pedes longae, quaternos latae*. 37, 40, 12. *Gladios tenues longos quaterna cubita*. Unde eodem libro cap. 37, 10. ex MS. Thuanaeo corrigendum est *fossam sex cubita altam*, pro vulgato *cubitis*. JAC. GRON. Praepositio hic omnino melius abest. Alibi non magis incestum sermonem esse puto *in longum*, quam *in latum*. Mela 1, 17. *Reliqua extendit in latius*. Et 1, 20. *Obliqua tunc regio et in latum modice patens*. DUK. Emendationem Cl. Gronovii in contextum recepi, quia eam etiam Flor. et alter a Crevier. excussus firmant. Infra hoc lib. c. 61, 10. *Raro umquam nix minus quatuor pedes alta jacuit*. 26, 4, 4. *Septena jacula, quaternos longa pedes, data*. Mox *transigere corpus posset* Lov. 2. 3. et Hav. *transigere posset corpus* Berolin. Ita Silius meus locutus est 14, 481.

Transigitur valida medius; dum se adlevat, alni
Cuspide Marmarides Scyron.

V. etiam, quae notavi ad Silii 13, 166. Verum, ita Livium loqui, non memini. Contra *transfigere* ita utitur 2, 20, 3. *Valerium ex transverso quidam adortus transfigit*. 23, 9, 8. *Per meum pectus petendus ille tibi transfigendusque est*. 37, 41, 6. *Cuspides habebant, quibus, quidquid obvium daretur, transfigerent*. Praeterea τὸ *maxime* exsulat a Ber. a m. 1. cujus loco *missile* legit Hafn.

§. 12. *Multo majorem ignem ferret, arma omitti cogebat*] *ignem inferret* Lov. 5. Dein *arma amitti* Lov. 1. Ita saepe pec-

Digitized by Google

teretur, conceptumque ipso motu multo majorem ignem ferret, arma omitti cogebat, nudumque militem ad insequentes ictus praebebat.

1 IX. Quum diu anceps fuisset certamen, et Saguntinis, quia praeter spem resisterent, crevissent animi; Poenus, quia non vicisset, pro victo esset;
2 clamorem repente oppidani tollunt, hostemque in ruinas muri expellunt; inde inpeditum trepidantemque

cant librarii. V. ad 3, 38, 11. c. 63, 1. 5, 16, 11. 7, 34, 9. 8, 27, 11. 9, 12, 2. et alibi. *arma dimitti* Cant. et Exc. Pithoei. Doujatius, vulgarem loquendi formam vocem activam potius desiderare, existimat, *omittere cogebat*. Sed sine caussa.

§. 1. *Quum ergo diu anceps fuisset certamen*] Flor. ignorat *τὸ ergo:* nec pondus addit orationi. J. FR. GRON. Deest etiam in Cant. et uno Crevier. qui similiter illa voce hic nihil opus esse judicat. Non dubito igitur, quin sit particula illa ex numero earum, quibus male diligentes librarii orationem Livii, suo arbitrio male hiantem, melius connectere conati sunt. Ejusdem generis etiam esse *συνώνυμον itaque*, infra videbimus ad 27, 23, 7. *dein anceps fuisset* legit Gaertner. *anceps fuisset diu* Harl.

Poenus, quia non vicisset, pro victo esset] Hearnius *Poenusque* invenit in D. *et Poenus* in margine N. Mihi vero *Poeni, quia non vicisse pro victis essent* obvium fuit in Ber. Sed *Poenus*, ut *Romanus* supra 3, 2, 11. et *Samnis* 7, 33, 15. ubi plura dicta sunt. *Poenus* librario displicuisse videtur, quod praecedat *Saguntinis*. Sed, hanc numeri mutationem saepe Livio placuisse, infra videbimus ad 35, 40, 6. Verbum *esset* non adparet in Hav.

§. 2. *Inde inpeditum trepidantemque exturbant*] Pal. sec. tertiusque *inde impetu trepidantem exturbant*. GEBH. Eamdem lectionem inveni in Lov. 3. Insuper *illinc impeditum* in Gaertn.

Postremo fusum fugatumque in castra rediguntl inde postremo Ber. Hav. et Hearnii D. atque N. Verum recte manus altera in ultimo cod. notavit, *τὸ inde* delendum esse. Deinde *redicunt* Flor. a m. 1. quae ansa fuit Cl. Salvinio conjiciendi, legendum esse *reducunt*. Male. Nihil aliud commisit librarius, quam quod literas *C* et *G* confuderit; de quo v. ad 6, 25, 6. *Redigere*, ut 26, 12, 19. *Mulcati virgis, manibusque praecisis, Capuam rediguntur.* 37, 43, 3. *Turbam insequentium ferro et vulneribus in hostes redigant*. Justin. 9, 4. *Alios in exilium redegit, bonaque omnium occupavit.*

§. 3. *Quibus obviam ad mare missi ab Hannibale, qui dicerent*] *quibus obviam ad mare missis* Hearnius reperit in D. pro quo ipse *missi sunt* legen-

Digitized by Google

que exturbant; postremo fusum fugatumque in castra redigunt. Interim ab Roma legatos venisse nunciatum est. quibus obviam ad mare missi ab Hannibale, qui dicerent, nec tuto eos adituros inter tot tam efferatarum gentium arma: nec Hannibali, in tanto discrimine rerum, operae esse legationes audire. Adparebat, non admissos protinus Karthaginem ituros. literas igitur nunciosque ad principes factionis Barcinae praemittit, ut praepararent suorum

dum conjicit. *quibus obviam ad mare missi ab Hannibale dicerent* obfert Lovel. 1. Paullo ante *venisse legatos* Lov. 2.

Nec tuto eos adituros, inter tot tam effraenatorum gentium arma] Vos emendastis *effrenatarum*. ego *efferatarum* emendo. VALLA. Vet. lib. *efferatarum*. probo. Porro autem Polybius [3, 15.] hanc legationem admissam esse ab Annibale ait. SIG. Laur. Valla emendarat *efferatarum gentium*. Et recte, meo animo. Interim Pall. tres et prisca ed. vulgatum tuentur. GEBH. Non mutant libri. Probabile tamen Vallae *efferatarum*. 8, [14, 9.] *Cum Gallis, gente efferata, arma quondam consociassent*. 10, [10, 11.] *Accolas sibi quisque adjungere tam efferatae gentis homines horrebat*. 37, [54, 21.] *Massilienses, quos, si natura insita velut ingenio terrae vinci posset, jamdudum efferassent tot indomitae circumfusae gentes*. J. FR. GRON. *ne tuto eos adituros* Lovel. 3. *nec tuto eo adituros* Lov. 5. *nec tutos eos adituros* Gaertn. V. ad 24, 35, 4. Deinde *tot tamque* Lovel. 5. et Gaertn. Nihil opus. Supra 5, 54, 5. *Tot tam valida oppida*. ubi quaedam dicta sunt. Denique *efferatarum gentium* Lovel. 2. Ber. a m. 2. Vatic. Latinii, et Hearnii N. in margine. *effrenatarum* est in edd. Rom. anni 1474. et Parm. *efferatarum* in reliquis, quas vidi, Aldina prioribus. Similiter Crevier. invenit in cod. Victor. eamque lectionem non displicere testatus est. Ita Livius loquitur supra 2, 29, 9. *Efferatus hinc plebis odio, illinc Patrum laudibus*. 23, 5, 12. *Moribus inmitem ferumque insuper dux ipse efferavit*. 33, 29, 1. *Efferavit ea caedes Thebanos*.

Nec Hannibali tanto discrimine rerum operae esse legationes audire] Ita primum exstitit in Gruteri ed. ultima, eamque lectionem reliquae postea secutae servarunt. Olim vulgatum fuit *in tanto discrimine*. Atque ita legunt Flor. Cant. Voss. Lov. quinque, Harl. Ber. Gaertn. Hav. et Hearnii N. ac D. quod restitui. Tum *opus esse* Lov. 2. et Ber. neque aliter Hearnii N. in contextu. Male. Non intellexerunt librarii, *operae esse* hic poni pro vacare. Supra 4, 8, 3. *Neque consulibus operae erat id negotium agere*. ubi plura vide. 5, 15, 6. *Caussatus de privati portenti procuratione, si operae illi esset, consulere velle*. 9, 23, 12. *Castra habeant repetantque, quibus operae est trahere bellum*.

§. 4. *Ut praepararent suorum*

Digitized by Google

animos, ne quid pars altera gratificari prò Romanis posset.

1 X. Itaque, praeterquam quod admissi auditique

animos] *Suorum animos* cur praeparare jubet Annibal, an non satis praeparatos, qui ipsi omnia suppeditabant tum? Legendum verius, *ut praepararent senatorum animos*, quomodo Livium res ipsa scripsisse indicat, et quod mox addit: *adverso senatu*, erat enim is a factionis principibus praeparatus. BARTH. 14. Advers. 10. Codices nihil mutant, nisi quod *praeparent* sit in Lov. 2. 3. Harl. Ber. Gaertn. Hav. et edd. Aldina prioribus. *pararent* in Flor. a m. 1. Neque etiam aliquid mutandum puto. *sui* hic sunt homines, senatores suarum partium. V. ad 4, 9, 5. Iis autem recte obponuntur *pars altera*: cujus obpositionis vis perit, si pro *suorum* reponamus *senatorum* cum Barthio. Paullo ante *Karthaginem protinus ituros* Flor.

Ne quid pars altera gratificari pro Romanis posset] *Gratificari pro aliquo* alibi se legere, non meminit Doujatius, nisi subintelligamus Saguntinis gratificari, ut *pro Romanis* idem sit ac Romanorum caussa. Eamdem difficultatem in hac locutione Cl. Ant. Perizonium invenisse, verisimile est; unde ad marginem Livii conjecit vel *gratificari Romanis*, vel *gratificari populo Romano*: quarum conjecturarum posteriorem alteri praefero. Audacius enim videtur, invitis codd. scriptis, praepositionem *pro* ex contextu ejicere. At contra *Po. Ro.* vel *P. Ro.* id est *populo Romano* librariorum ignorantia in *pro Romanis* mutari potuit. Praeterea Ber. qui modo scripserat *praeparent*, hic etiam legit *possit*.

§. 1. *Praeterquam quod admissi auditique non sunt, ea quoque vana atque irrita legatio fuit*] Adeone feroces igitur aut barbari Carthaginienses, ut nec legatos audirent? falsum: et statim infra scribitur [c. 11, 1.] *Multo infensius arguebant locutum Hannonem, quam Valerium Flaccum legatum Romanum*. Ergo admissi, auditi, ac dimissi. Et omnino tollenda negatio, legendumque: *praeterquam quod admissi auditique sunt*. Sensus est; Ea quoque legatio tam vana fuit et irrita, quam illa ad Annibalem: nisi tamen quod hic admissi sunt et auditi. PHIL. RUBEN. 1. Elect. 18. Ejeci negativam, quae antea injurie heic se ostentabat; neque reperiebatur aut in Pall. aut in primariis edd. GRUT. Animadvertit vitiosam scripturam eruditissimus Rubenius: non enim verum est, legatos Carthagini non admissos, verum autem ab Annibale ad Saguntum. Legit ergo: *praeterquam quod admissi auditique sunt*, extrita negatione. Ego vero Livium scripsisse puto. *Itaque, praeterquam quod admissi auditique tum sunt, ea aeque vana atque irrita legatio fuit*. Certe par effectus iis, quae egerant ad Saguntum. Haec autem scriptura non paullo Livio dignior. BARTH. 14. Advers. 10. Pal. sec. *vana et irrita*. GEBH. Vocula *non* deest tantum in Lov. 4. et Hav. In Flor. autem a recenti manu linea subscripta notata erat. Cl. Hearnius etiam monuit, eamdem a se inventam tantum esse in D. et N. et quidem in eorum posteriori a m. 2. deletam fuisse. Quod autem ad edd. adti-

Digitized by Google

sunt, ea quoque vana atque irrita legatio fuit. Hanno unus adverso senatu caussam foederis, magnó silentio propter auctoritatem suam, non adsensum 2

net, in quibus eam non reperiri Gruterus auctor est, adfirmo, antiquiores non modo, quas vidi, verum etiam numero plures eam servare, quam omittere. Si vero *ea aeque*, pro *ea quoque*, cum Barthio legere placet, *τὸ non* aliquo modo defendi potest, ut nempe verba intelligantur de legatis ad Hannibalem missis, qui admissi auditique non sunt. Praestare tamen videtur, ut deleatur. Indocti enim librarii non videntur capere potuisse, quemadmodum legatio Romana admissa et audita nihilominus vana et irrita fuerit. Novi, quam anceps sit hoc emendandi genus, et quam latam fenestram scriptoribus antiquis corrumpendis aperiat negationis vel additio, vel detractio. quantopere hac in re olim in juris Romani libris peccatum sit, docuit Ant. Augustin. 1. Emend. 2. et 3. Dantur tamen loca, ubi talis emendatio necessaria est. Ita, negationem addendam esse, credunt viri docti mox ad §. seq. et ad 23, 23, 6. (* 33, 12, 6.) contra tollendam esse, ubi perperam a librariis addita erat, infra hoc lib. c. 22, 1. 27, 13, 7. et aliis locis. Id itaque et hic faciendum, ac negationem tollendam esse, verius puto.

§. 2. *Hanno unus adverso senatu caussam foederis rupti*] Tres omnes Pall. omittunt *τὸ rupti*, necessarium sententiae. GEBH. Postrema vox exsulat o. scriptis. J. FR. GRON. Si unum Rec. excipias, exulat etiam omnibus meis. Hearnius autem, qui ultimam vocem, praeeunte Gronovio, expunxit, postquam monuisset, eam in edd. Rom. principe, et Sigonii extare, silens de codd. Oxon. indicasse videtur, eos Gronovio adsentiri. Neque video, quid Gebhardum permovere potuerit, ut crederet, eam sententiae necessariam esse. Ceterum *averso senatu* Lov. 4. Utrumque ferri posset, quemadmodum, Deos tam *aversos*, quam *adversos*, recte dici, vidimus ad 7, 3, 2. Ipsa igitur ratio vult, ut et plurium et meliorum eodd. lectionem probemus. Voces illas saepius a librariis commutari, dictum est supra ad 2, 31, 6.

Propter auctoritatem suam cum adsensu audientium] Itane, cum assensu? Atqui paullo ante narrat, *adverso senatu* dixisse. Et paullo post [cap. seq.] *Nemini omnium certare oratione cum Hannone necessum fuit, adeo prope omnis senatus Annibalis erat*; et quae plura in hac refragatione subtexuntur. Quid agam? quomodo tragulam hanc dejecero? Audendum est, (Nam, ut ille vere scribit,

Timidus in rebus dubiis, nauci non erit.)

et reponendum, *propter auctoritatem suam, non assensum audientium*. Hanno, inquit, silentio caussam egit Romanam, non quod assentirentur; sed quia inveterata viri auctoritas hoc saltim juris apud eos obtinebat. PH. RUBEN. 1. Elect. 18. Quis non videt, illud *cum assensu audientium* interpretationem esse aselli alicujus bipedis ad verba, *magno silentio*? GRUT. Turbatum sensum Rubenius visus animadvertere. Legit igitur: *propter auctoritatem suam, non assen-*

Digitized by Google

3 audientium, egit. *Per Deos, foederum arbitros ac testes, monuisse, praedixisse se, ne Hamilcaris progeniem ad exercitum mitterent. non manes, non stirpem ejus conquiescere viri: nec umquam, donec sanguinis nominisque Barcini quisquam supersit, quie-*
4 *tura Romana foedera. Juvenem flagrantem cupidine regni, viamque unam ad id cernentem, si ex bellis*

sum audientium? Sed ut illam lectionem recipiamus, quaeso, quid est agere propter auctoritatem suam Hannonem, non propter assensum audientium? an Hanno saltim loco suo tuendo agebat, certus assensum non secuturum? Alia res est. Ille enim maximopere rem ad suam sententiam ducturum sperabat. Ego vero sensum hic olfacere videor non absurdum. Senatum adversatum de industria Hannoni, non item alios audientes, quibus magna erat ipsius auctoritas. Sic nihil intolerabile in hac scriptura. Credibile certe et confirmatum historicis, multos Carthagini foedifrago Annibali male cupivisse, rem futuram praespicientes. Tantam Hannoni, ait, fuisse auctoritatem, ut etiam adverso senatu plurimi audientium illi sint assensi. Atque haec ita sint. BARH. 14. Adv. 10. Placet Philippi Rubenii conjectura: *magno silentio propter auctoritatem suam, non adsensum audientium, egit.* quam plumbeo pugione oppugnans vir doctus nihil agit. *Audientium* vult esse aliorum praeter senatum. Quinam vero illi? Certe apud milites quoque et plebem factionis Barcinae plus, quam modicas opes, fuisse, testis ante Livius. Nec τὰ *cum adsensu audientium* interpretatio sunt τῶν *magno silentio*, ut credidit Gruterus. 3, [72, 1.] *Quum Scaptium non silentio modo, sed cum adsensu, audiri animadvertissent.* J. FR. GRON. Mihi quoque rem acu tetigisse Rubenius videtur, quamvis plerique et optimi mei, omnesque Hearnii Oxon. vulgatum tueantur. In solis enim Voss. et Harl. *non adsensum* fuisse videtur, si eorum excerptis (ipsos enim non vidi) fidem habere possum. Ne Barthius Rubenii conjecturam probaret, inde factum puto, quod per errorem omiserit voces *magno silentio.* Non enim interrogare debuerat *quid est agere propter auctoritatem suam* etc. sed *quid est agere magno silentio propter auctoritatem suam?* atque ita vidisset, non convenire, quae subjungit. Aliud itaque hic habemus exemplum, negationem perperam a librariis omissam esse, de quo ad §. praec. egimus.

§. 3. *Per Deos foederum arbitros ac testes monuisse, praedixisse se, ne Hamilcaris* etc.] Haec poëta [Silius] sic extulit in persona item Hannonis [2, 285.]

— — — anxia rupi
Pectora, ne castris innutriretur et armis
Exitiale caput monui, et, dum vita, monebo,
Ingenitum noscens virus, flatusque paternos.

ac mox [296.]

Exagitant manes juvenem furiaeque paternae.

Digitized by Google

bella serendo subcinctus armis legionibusque vivat, velut materiam igni praebentes, ad exercitus misistis. aluistis ergo hoc incendium, quo nunc ardetis. Saguntum vestri circumsident exercitus, unde arcen- 5 *tur foedere: mox Karthaginem circumsidebunt Romanae legiones, ducibus iisdem Diis, per quos priore bello rupta foedera sunt ulti. Utrum hostem, an* 6

MOD. Vossianus *ac testis. oratio Hannonis suadentis senatum. obtestantis, ne Romanum cum Saguntino suscitarent bellum. monuisse.* ubi partem esse insiticiam manifestum est. De reliquo ambigo, quia in Flor. legitur: *egit. Per Deos foederum arbitros ac testes obtestans, ne Romanum cum Saguntino suscitarent bellum. monuisse, praedixisse se, ne Hamilcaris* etc. Vix est, ut hoc non sit Livii. J. FR. GRON. Vossiano concinit Lov. 1. At Hearnius testis est, Oxon. N. in margine a Flor. non dissonare, nisi quod *obtestantes*, pro *obtestans*, habeat, et *monuisse* omittat. *Per Deos foederum arbitros memini praedixisse me* praefert Lov. 2. Voces *ac testes* exsulant etiam a Gaertn. *monuisset, praedixisset* est in Lov. 4. Pronomen *se* omittitur in edd. ante Aldum, quod intercepit vocis praecedentis syllaba finalis. V. ad 34, 11, 7. Mox *subsit*, pro *supersit*, habet Gaertn. Scriptum primo fuerat per compendium *supsit*, inde, omissa nota, *supsit*, et mox *subsit*.

§. 4. *Juvenem flagrantem cupidine regni*] Silius [2, 299.]

— *Ille novi caecus caligine regni*
Externas arces quatit.

MOD. Vox *regni* exsulat a Lov. 3. Mox *succinctis armis legionibusque vivat* Gaertn. *succinctus armis legionibus usque vivat* Lov. 1. *To vivat* non adparet in Cant.

Velut materiam igni praebentes, ad exercitus misistis] *velut victoriam igni praebentes* Cant. *velut materiam igitur praebentes* Lov. 5. Tum *ad exercitum misistis* Lov. 2. et Harl. *ad exercitum infestis* Gaertner. Mox *aluistis igitur hoc incendium*, pro *aluistis ergo*, idem Gaertn. V. hoc lib. ad c. 40, 6. *aluistis enim hoc incendium* Harl. *aluistis ergo hoc incendium, quo nunc Saguntum*, omissa una voce, Lov. 2.

§. 5. *Saguntum vestri circumsident exercitus*] *nostri circumsident* Lov. 3. et 4. *nostri nunc circumsident* Ber. *nostri circumsedent* Rec. *nostri circumsedeat* Gaertn. unde suspicio nasci posset, legendum esse *circumsedeant. vestri circumsedunt* Hav. a m. 1. *circumsidunt* a m. 2. *circumsedunt* Flor. a m. 1. *circumsedent* a m. 2. quod superest etiam in Voss. Lov. 1. 2. 5. Harl. et antt. edd. V. ad 9, 2, 3. Et ita mox *circumsedebunt* Flor. Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. Ber. Rec. Harl. Gaertn. et Hav. cum iisdem edd.

Ducibus iisdem Diis, per quos priore bello rupta foedera sunt ulti] *ducibus hiis iisdem Diis* Lovel. 3. *ducibus Diis iisdem*

Digitized by Google

vos, an fortunam utriusque populi, ignoratis? Legatos, ab sociis et pro sociis venientes, bonus imperator vester in castra non admisit, jus gentium sustulit. hi tamen, unde ne hostium quidem legati arcentur, pulsi ad vos veniunt, res ex foedere repe-

Lov. 1. et edd. usque ad Aldum. Deinde *priore anno* Lov. 4. Hinc *foedera ulti sunt* Hav.

§. 6. *Utrum hostem, an vos, an fortunam utriusque populi ignoratis*] Pal. sec. *Utrum hostes.* tert. *Utrum vos, an hostes, an fortunam utriusque populi ignoratis?* GEBH. *Stulti, utrum hostes* Hearnii D. Verum dubium non est, quin vox *stulti* perperam a librariis repetita sit ex praecedentibus *sunt ulti. Utrum hostes, an nos* Ber. a m. 1. *Utrum vos, an hostem, an fortunam populi utriusque ignoratis* Harl. *utriusque populi bello rupto ignoratis*, duabus vocibus insertis, Lovel. 5.

Legatos, ab sociis et pro sociis venientes] *Et legatos a sociis* Lovel. 5. *Legatos a sociis* Gaertn. Lovel. 2. 4. Hav. et edd. ante Aldum. *Legatos pro sociis et a sociis venientes* Ber. Mox *imperator noster* Gaertn. Sed vulgatum praestat. Ut ita clam indicet Hanno, eum Barcinae factionis imperatorem esse, non suum, quem ne senatus ad exercitum mitteret, antea monuerat.

Pulsi ad vos veniunt, res ex foedere repetunt] Pal. pr. *res ex foedere repetuntur, de re repetuntur.* (adscriptum *queruntur*) *publica fraus absit.* sec. *res ex foedere repetuntur, de re queruntur publica. Publica fraus absit.* In tert. quoque adnotatum vacuae membranae *et de re queruntur.* GEBH. Annotavit in ora pater: Voss. *res ex foedere repetuntur. de re repetuntur.* Gud. *repetunt. de re queruntur.* Ego etiam in Cant. inveni *repetuntur. de re repuntur.* In Oxon. vero *de re queruntur.* Nisi credimus sphalma esse scribentis, vide an Livius fecerit: *Res ex foedere repetunt; jure queruntur.* Hoc est, quod Florus [2, 5.] et Livius 1, 14, 1. dicebat, *jure gentium agunt.* 3, 26. [5, 36, 8.?] *Legati ab Roma venerunt questum injurias, postulatumque, ut pro jure gentium violato Fabii dederentur.* JAC. GRON. *pulsi ad nos venerunt* Flor. et Cant. Deinde *res ex foedere repetuntur. publica fraus* Rec. Lovel. 2. Gaertn. et edd. usque ad Vascos. *res ex foedere repetunt. de re publica fraus* Hav. *res ex foedere repetuntur. de re publica fraus* Voss. (ita enim, non, ut Gronov. refert, in excerptis meis inveni) et Lovel. 1. *res ex foedere repetunt, de re queruntur. publica fraus* Lovel. 3. *res ex foedere repetuntur, de re repetuntur. publica fraus* Flor. *res ex foedere repetuntur, de re queruntur. publica fraus* Lovel. 4. Harl. et Hearnii N. in quo tamen posteriore tres voces *de re queruntur* a manu altera deletae sunt. *res ex foedere repetuntur, de re queruntur publica. publica fraus* Hafn. Insignis lectionum varietas persuadet, verba illa a librariis addita, ac vulgatum verum esse.

Publica fraus absit, auctorem culpae et reum criminis depo-

Digitized by Google

tunt.. publica fraus absit; auctorem culpae et reum criminis deposcunt. Quo lenius agunt, segnius inci- 7
piunt; eo, quum coeperint, vereor, ne perseverantius saeviant. Aegates insulas Erycemque ante oculos proponite; quae terra marique per quatuor et viginti

scunt] Cl. Ant. Perizonius in marg. Livii volebat *ut publica fraus absit*. Sane facile particula illa elidi potuit ab ultimis literis vocis praecedentis *repetunt*, vel *repetüt*. V. ad 37, 24, 13. Quum tamen a codicibus constanter absit, iis invitis hic aliquid mutari necesse non est. Potest enim commode subintelligi τὸ *si*, quae vocula saepe reticetur. Infra hoc lib. c. 44, 7. *Parum est, quod veterrimas provincias meas, Siciliam et Sardiniam, adimis. Etiam Hispanias? Et inde cessero, in Africam transcendes.* V. Sanctii Minerv. 4, 7. p. 702. Gronov. 4. Obs. 20. p. 315. Broekh. ad Tibull. 1, 7, 43. et Cortium ad Plinii 1, 12, 4. Tum *ductorem culpae et reum criminis* Gaertn. V. ad 28, 28, 11. *auctorem culpae et rerum criminis* Lovel. 2. et 5. Similem errorem supra habuimus 4, 44, 7. V. ad 45, 37, 8. Denique *exposcunt* Rec. Mals. *deposcere* enim est ad poenam poscere. Liv. hoc lib. c. 18, 4. *Hannibalem, tamquam suo consilio Saguntum oppugnantem, deposcebatis.* et mox, *Hannibal et insimulabatur, et deposcebatur.* 38, 33, 2. *Legatos deinde misit ad deposcendos auctores defectionis.* V. ad 2, 13, 7. Plenius *ad supplicium deposcere* dixit infra hoc lib. c. 44, 4. *Ad supplicium deposcerunt me ducem.*

§. 7. *Quo lenius agunt*] *levius* Lovel. 3. 5. Gaertn. Hav. et primae edd. quod deinde ab insequentibus repudiatum Aldus revocavit. Inter errata tamen sententiam mutans *lenius* restituit. Et recte. Supra 3, 50, 12. *Leniter agentibus responsum non redditur.* 7, 31, 10. *Si leniter agendo parum proficerent.* Quibus locis v. quae notantur. Tum *perseveratius* Lovel. 4. Sed v. ad 9, 28, 1.

Aegates insulam Erycemque ante oculos proponite] Mirum, hoc nomen tam varie scriptum inveniri, alibi *Aegadas*, alibi *Aegates*, *Aegusam* etiam apud Graecos, ut Polybium, qui l. 1, [44.] eam insulam mediam inter Carthaginem ac Lilybaeum ponit. In eodem tamen libro paulo post [c. 60.] ait, non longe a Lilybaeo abesse, atque ita etiam posuit Ptolemaeus [3, 4.] L. autem Florus in sua Epitome [2, 2, 36.] de pugna Carthaginensium cum Luctatio consule ait, Carthaginensium *rates totum inter Siciliam Sardiniamque pelagus naufragio suo operuisse*, ut Aegates inter has duas insulas esse significaret. GLAR. Vet. lib. *insulam*. Sic Polybius τὴν Αἰγοῦσαν et τὰς Αἰγὰς appellat. Ad Aegates autem insulam priore bello navali proelio victus est Amilcar, idemque in foederibus jungendis Eryce, quem tenebat in Sicilia, praesidia deducere jussus est. auctor Polybius [l. 1.] SIG. Silius [2, 309.]

Respice, pro demens, pro pectus inane Deorum,
Aegates, Libyaeque procul fluitantia membra.

MOD. Unitatis numero censet

Digitized by Google

8 *annos passi sitis. Nec puer hic dux erat, sed pater ipse Hamilcar, Mars alter, ut isti volunt. sed Tarento, id est Italia, non abstinueramus ex foedere:*
9 *sicut nunc Sagunto non abstinemus. Vicerunt ergo Dii hominesque; et, id de quo verbis ambigebatur, uter populus foedus rupisset, eventus belli, velut ae-*

legendum Sigonius ex Polybio *insulam*. Pal. sec. *Hegatis*. tert. *Aegatis*. Andreae editio *Aegadas insulas*. GEBH. *insulas* antt. edd. Glareanus deinde adnotationi praescripsit *insulam*, quod postea Sigonius ex vet. lib. firmavit, sed in nullo meorum codd. inveni. Omnes enim servant *insulas*, nisi quod Flor. *Aegatis insula Sericemque ante oculos proponite* legat, eademque lectio supersit in Cant. praeterquam quod *proponit* praeferat; in quibus ultima litera vocis *insulas* inde divulsa adhaesit voci sequenti. Sane *Aegusam* vocari unam trium insularum contra Lilybaeum ac Drepanum, sed omnes tres ex ejus nomine *Aegades* adpellari, docet Cluverius 2. Sicil. antiq. 15. unde sequeretur *insulas*, non *insulam*, legendum esse. V. etiam ad 22, 56,7. Ceterum potius *Aegates*, quam *Aegades*, ut edd. ante Moguntinam praeferunt, legendum esse, docui ad Silii 1, 61. *ponite* est in Ber.

Quae terra marique per quatuor et viginti annos passi sitis] Cl. Ant. Perizonius conjicit in margine Livii *quaeque terra marique*. unus autem Hav. *et quae terra marique* obfert. Livium tamen innumeris locis copulas neglexisse, quas passim librarii addiderunt, saepius ante observavimus. Insuper *quae per quatuor et viginti annos terra marique passi sitis* Lovel. 4. *possidistis*, pro *passi estis*, Gaertn.

§. 8. *Nec puer hic dux erat, sed pater ipse Hamilcar*] *Nec hic puer dux erat* Ber. Deinde *sed pater ipsius* Ber. a m. 2. et Hearnii N. in contextu. *sed pater ejus* Rec.

Sed Tarento tum in Italia non abstinueramus] Hoc de Tarento apud neminem authorem invenio: sed Messana, Mamertinorum urbe, non abstinuere Carthaginenses, quae urbs principium fuit, aut caussa potius, primi belli Punici. Porro bello Tarentino cum Carthaginensibus quarto foedus renovatum est, ut idem Florus in Livii Epitome l. 13. fatetur. Mamertinis autem auxilio venere, apud eundem l. 14. et 16. quo facto ab iis foedus violatum est. Sunt autem Mamertini urbis Messanae injusti occupatores, quibus Romani non satis decore auxilium tulere, ut author est Polybius l. 1, [10.] GLAR. Vet. lib. *sed tunc Tarento et Italia*. Caeterum hic est locus, quem Glareanus male habere credidit, quia Tarentinis Poenos auxilio venisse numquam accepit. At supra in Epit. l. 14. *Carthaginiensium classis auxilio Tarentinis venit: quo facto ab iis foedus violatum est*. Orosius [4, 3.] *Tarentini, Pyrrhi morte comperta, nova arma sollicitant adversus Romanos, Carthaginiensium auxilia poscunt, atque accipiunt*. SIG. Pal. pr. pro *tum* repraesentat *idem*. sec. *tunc Tarento, id est Italia*,

Digitized by Google

quus judex, unde jus stabat, ei victoriam dedit. Karthagini nunc Hannibal vineas turresque admovet: 10 Karthaginis moenia quatit ariete. Sagunti ruinae (falsus utinam vates sim) nostris capitibus incident: susceptumque cum Saguntinis bellum, habendum cum Romanis est. Dedemus ergo Hannibalem? dicet ali- 11

non abstinueramus. A tert. omnino abest *tum.* GEBH. *Τὸ tum* non est in Pal. uno, nec Men. Gudianus *volunt. tunc Tarento atque Italia*: sed ita, ut appareat, et pro *tunc*, et pro *atque*, aliud primum fuisse, quod erasum est. Talem oportet fuisse, ex quo Sigonius: *sed tunc Tarento atque Italia.* Flor. Voss. Petav. Pal. alter, *sed Tarento, id est, Italia, non abstinueramus ex foedere.* Eodem tendit Pal. tert. ex quo annotatum *idem.* Sine dubio recte et eleganter, *Tarento, id est, Italia.* Quod eam vim habet, ac si dicerem *Italia.* Et hoc ideo, quia eam vocem significat in foedere expressam. Philinus scripsit, fuisse inter Romanos et Poenos *συνθήκας, καθ' ἃς ἐδει Καρχηδονίους ἀπέχεσθαι Ἰταλίας ἁπάσης.* Adversus quem etsi disputet Polybius [3, 26.] tamen, quasi fuissent, sive revera, sive interpretando hic loquitur Hanno. Ejusmodi est Flor. 4, 2. *De successione Caesaris senatus, id est, Pompejus, agitabat.* J. FR. GRON. *sed Tarento in Italia* Hearnius se invenisse testatur in L. 1. et D. *sed tunc Tarento atque Italia* in N. in cujus tamen margine *sed tunc Tarento in Italia* emendatur. *sed Tarento et Italia* Ber. a m. 1. *tunc Tarento et Italia* a m. 2. *tunc Tarento atque Italia* Lov. 2. *tum Tarento atque Italia* Lovel. 5. *tum Tarento et Italia* Hav. *sed tunc Tarento, id est Italia* Gaertn. *sed Tarento, id est Italia* Cant. et Harl. quod a Gronovio recte probatum in contextum recepi. Eamdem lectionem firmat codex Lovel. 1. *sed Tarento, idem Italia* praeferens. *idem* et *id est* passim in Mssis commutari, vidimus ad 10, 8, 10. Hinc *abstineamus* Voss. Lovel. 1. et Hav. *abstinebamus* Harl. Voces *ex foedere, sicut nunc Sagunto non abstinemus* desunt in Hav. cui errori vocis *abstinere* repetitio caussam dedit. V. ad 9, 11, 12. *Sagunti non abstinemus* Voss. et Cant. *Suguntinum abstinemus* Lovel. 1.

§. 9. *Id, de quo verbis ambigebatur*] V. Gronov. ad 5, 34, 6. DUK. *nobis ambigebatur* Rec. et Hav. *verbis ambigebant* Lov. 1. V. ad 38, 40, 1. Mox *et victoriam dedit*, pro *ei*, Harl.

Unde jus stabat] V. Gronov. 4. Obs. 2. p. 194. DUK.

§. 10. *Karthagini nunc Hannibal vineas turresque admovit*] Silius [1, 302.]

— *nunc hoc, inquam, hoc in tempore muros*
Oppugnat, Karthago, tuos; teque obsidet armis.

MOD. Pall. tres *admovet.* Non longe post Pal. tert. *cum Romanis habendum est.* GEBH. *Τὸ nunc* omittit Lovel. 2. Deinde *turres vineasque* legit Lovel. 3. *admovet* autem est in omnibus meis, idque jam Gronov. admisit.

§. 11. *Dedemus ergo Hanni-*

Digitized by Google

quis. Scio, meam levem esse in eo auctoritatem propter paternas inimicitias. Sed et Hamilcarem eo perisse laetatus sum, quod, si ille viveret, bellum jam cum Romanis haberemus; et hunc juvenem, tamquam furiam facemque hujus belli, odi ac detestor. 12 *Nec dedendum solum id piaculum rupti foederis;*

balem? dicet aliquis] *Dedamus ergo Hannibalem*, interrogatione amota, Bec. et Hearnii L. 1. et N. in margine. *Dedendum ergo Hannibalem* Lovel. 4. Sed interrogatio hic necessaria est, et vulgatum mutari nequit. Mox *levem meam esse in eo auctoritatem* Lovel. 4. et 5. *meam in eo levem esse auctoritatem* Ber. *Tà in eo* desunt in Lovel. 1.

Hamilcarem eo periisse laetatus sum. quod si ille viveret, bellum jam cum Romanis haberemus] Primo *τὸ eo* deest in Ber, et Hearnii N. sed utrobique am. 2. Deinde *perisse* Flor. Voss. Lovel. quinque, et Haverk. cum multis, quas vidi, edd. Aldina prioribus; quod recepi. V. ad 5, 8, 3. Insuper, quemadmodum huic adnotationi praemittitur, vulgo optimae atque ultimae edd. distinguunt, quum interpungendum sit *laetatus sum*, *quod, si ille viveret*, *bellum*. Dicit enim *eo*, id est ideo, (v. ad 5, 16, 3.) *eo* morte Hamilcaris gavisum esse, quod, si diutius vixisset, jam antea belli cum Romanis auctor exstitisset: odii vero in Hannibalem hanc caussam esse, quod belli Romani furia ac fax sit. Ad haec *τὸ jam*, in quo tamen emphasis est, non adparet in Lov. 3. *bellum cum Romanis jam haberemus* legunt Lov. 4. et 5. *bellum jam haberemus cum Romanis* Flor. Mox etiam *facemque ejus belli odio ac detestor* Recan. *facemque hujus belli odio ac detestor* Harl. *et facem hujus belli odi ac detestor* Ber. *facemque hujus odi belli ac detestor* Lovel. 3. *facemque hujus belli odi et detestor* Gaertn.

§. 12. *Nec dedendum solum ad piaculum rupti foederis*] Ab Aldo invaluit: nam Andreas, Tarvis. Ven. Beccar. Asc. Mog. *id piaculum*. hoc est, ipsum Hannibalem, ut sit pro piaculo. Malunt namque veteres in talibus epexegesi uti, quam praepositionem interponere, ut vulgo facimus. 6, [21, 7.] *Auctores defectionis ab Romanis metu, ne soli crimini subjecti piacula irae Romanorum dederentur*. 9, [10, 4.] *Ipsum se cruciatibus et hostium irae offerre, piaculaque pro populo dare Romano*. 22, [22, 4.] *Ibi obsides totius Hispaniae fama erat custodiri. Id unum pignus animos morabatur*. J. FR. GRON. Ante Aldum *ad piaculum* jam datum est in Mediol. ed. anni 1505. Eadem autem lectio superest in Lovel. 1. 2. Ber. Hafn. et Hearnii L. 1. ac D. Nihilominus cum Gronovio *id piaculum* praefero. Supra 8, 9, 10. *Conspectus ab utraque acie aliquanto augustior humano visu, sicut coelo missus, piaculum omnis Deorum irae*. Solent autem *ad* et *id* in Mstis commutari. V. ad Epit. Liv. 2. circa finem. ad 2, 11, 5. 3, 3, 5. c. 67, 4. 6, 20, 10. 7, 40, 8. 14. 8, 27, 9. aliisque locis. Mox *si nemo deposcit*, pro *deposcat*, Flor. Lovel. 1. 2.

Digitized by Google

sed, si nemo deposcat, devehendum in ultimas maris terrarumque oras, ablegandumque eo, unde nec ad nos nomen famaque ejus accedere, neque sollicitare quietae civitatis statum possit. Ego ita censeo, 13 *legatos extemplo Romam mittendos, qui senatui satisfaciant: alios, qui Hannibali nuncient, ut exerci-*

4. 5. Ber. a m. 1. et Gaertn. Et ita Aldus in contextu edidit, qui tamen inter errata *deposcat* restituit.

Ablegandumque eo, unde nec ad nos nomen famaque ejus accedere] An non potius *accidere*? 27, [50, 6.] *Tam sollicitae ac suspensae civitati fama incerta primo accidit, duos Narnienses* etc. 28, [7, 10.] *Inde quum fama accidisset, Prusiam Bithyniae regem in fines regni sui transgressum.* 32, [30, 3.] *Posteaquam fama accidit, alterum consulem Bojorum urere agros.* Hoc ipso libro inferius [c. 61, 1.] *Priusquam certa hujus cladis fama accideret.* J. FR. GRON. 27, 29, 7. *Quia repente fama accidit, classem Punicam adventare.* 45, 28, 8. *Postquam fama accidit, trajecisse jam mare decem legatos.* Ita *clamor, vox, sonus accidere* dicuntur, de quibus v. infra ad 40, 32; 2. Omnes tamen codd. constanter *accedere* servant. Verum saepissime librarii *accidere* et *accedere* confuderunt in Mstis. V. ad Livii 2, 2, 10. c. 45, 9. c. 50, 7. 4, 3, 17. c. 33, 9. 5, 2, 9. 10, 5, 2. c. 43, 7. 25, 32, 3. (* 34, 34, 6.) ad Epit. Liv. 55. Viros doctos ad Suet. Caes. 20. et Cort. ad Sallust. Jug. 107. Pari modo confunduntur *incidere* et *incedere*. V. supra ad 9, 24, 10. Praeterea *et ablegandum eo* Ber. *ablegandum eo* Flor. Lovel. 1. 2. 4. 5. Gaertn. Hav. et Ald. in contextu; altera lectione *ablegandumque* in erratis revocata. Tum *nec* deficit in Lovel. 4. Deinde *nomen ullum famaque* est in Ber.

Nec sollicitare quietae civitatis statum possit] Plenius Flor. *neque ille sollicitare quietae civitatis statum possit.* J. FR. GRON. *non sollicitare* Lovel. 5. *neque sollicitare* Cant. Voss. Lovel. 1. 2. Ber. Hafn. Harl. Hav. ac primae edd. quod postea mutatum Cl. Gronovius revocavit. *neque ille sollicitare* etiam unus apud Cl. Crevier. V. ad 9, 9, 14. *quietum civitatis statum* Harl. et Gaertn. *quietae statum civitatis* Lov. 2. Ber. et Hav.

§. 13. *Ego autem ita censeo*] Disparet in Pall. omnibus *autem*. GEBH. *Ego ita censeo*, sine τῷ *autem*, non modo Flor. sed et Gud. Voss. tres Pall. Mureti libri. J. FR. GRON. Nullus etiam meorum codd. ut nec Hearnii Oxon. hanc vocem agnoscunt. V. supra hoc lib. ad c. 3, 6. Est autem haec particula ex numero earum, quas passim librarii orationi Livianae interponere soliti sunt. V. infra hoc lib. ad c. 40, 11. Mox *a Saguntio* Lovel. 1. 3. Gaertner. et edd. vett. Insuper *ex foedere dedant*] Ber. a m. 1. *dedant* deest in Lovel. 2. Mox *res Saguntinas* edd. antt. Eamdem lectionem exhibet contextus Aldi, qui tamen in erratis mutata sententia *Saguntinis* probavit. . .

Digitized by Google

tum ab Sagunto abducat, ipsumque Hannibalem ex foedere Romanis dedant. tertiam legationem ad res Saguntinis reddendas decerno.

1 XI. Quum Hanno perorasset, nemini omnium certare oratione cum eo necesse fuit. adeo prope omnis senatus Hannibalis erat; infestiusque locutum arguebant Hannonem, quam Flaccum Valerium, le-
2 gatum Romanum. Responsum inde legatis Romanis est, *Bellum ortum ab Saguntinis, non ab Hannibale esse. populum Romanum injuste facere, si Saguntinos vetustissimae Karthaginiensium societati prae-*
3 *ponat.* Dum Romani tempus terunt legationibus mittendis, Hannibal, quia fessum militem proeliis

§. 1. *Quum Hanno perorasset, nemini omnium certare oratione cum eo*] *Quum haec Hanno perorasset* Gaertn. Tum *certare orationes cum eo* Lovel. 1. *certare cum oratione eo* Rec. *certare cum eo*, voce omissa, Ber. em. 1. Mox *senatus omnis* Harl. et Ber. Deinde *arguebat*, pro *arguebant*, Gaertn. Male. Livianum enim est *senatus arguebant*. V. ad 4, 58, 4.

§. 2. *Responsum inde legatis Romanis est*] *Tò est* abest a Pal. sec. GEBH. *Responsum insuper legatis* Rec. Tum *Romanis legatis* Harl. et edd. Aldina priores. *tò est* autem non adparet etiam in Cant. Mox *a Saguntinis* cum edd. Aldina antiquioribus, Lovel. 1. Ber. Rec. et Gaertner. quorum posterior etiam *ē*, sive *est*, pro *ēē*, sive *esse*, perperam praefert.

Populum Romanum injuste facere] Pal. sec. praefert *populum injuste facere*, excluso *τοῦ Romanum*. ut et in sequentibus tert. *praeponat*. GEBH. *praeponat*, quod Pal. 3. praeferre Gebhardus testatur, superest non tantum in omnibus editis, sed et in scriptis, nisi quod Hearne in D. invenerit *praeponant*. De eo v. supra ad 10, 13, 11. Vox autem *Karthaginiensium* deficit in Rec. Tum *praeponat societati*, inverso ordine, Harl.

§. 3. *Paucorum iis dierum quietem dedit*] Iterum Pal. sec. *paucis his diebus quietem dedit*. GEBHARD.

Animos eorum nunc ira in hostes stimulando] Etsi me deserat antiqua manus, ausim tamen, *interim animos eorum nunc ira in hostes stimulanda, nunc spe praemiorum accendit.* J. FR. GRON. Si hanc conjecturam recipimus, eadem erit locutio ac *divendenda praeda*, de qua v. ad 1, 53, 3. Verum neque codd. mei aliquid mutant, nisi quod *nunc animos eorum*, trans-

Digitized by Google

operibusque habebat, paucorum iis dierum quietem dedit, ſtationibus ad cuſtodiam vinearum aliorumque operum dispositis. interim animos eorum nunc ira in hoſtes ſtimulando, nunc spe praemiorum accendit. Ut vero pro concione praedam captae urbis 4
edixit militum fore, adeo accensi omnes sunt, ut, si extemplo signum datum eſſet, nulla vi resiſti videretur poſſe. Saguntini ut a proeliis quietem ha- 5
buerant, nec laceſſentes, nec laceſſiti per aliquot dies; ita non nocte, non die umquam ceſſaverant ab opere, ut novum murum ab ea parte, qua patefactum oppidum ruinis erat, reficerent. Inde obpu- 6
gnatio eos aliquanto atrocior, quam ante, adorta eſt:

positis vocabulis, legat Lovel. 2. et *animos aliorum nunc* Rec.

§. 4. *Pro concione praedam captae urbis edixit militum fore*] *in concione* Ber. *per concionem* Hav. Tum *captae urbis praedam* Ber. Deinde *militibus fore* Hearnii D. Mox *adeo omnes accensi sunt* Lovel. 3. *accensi adeo omnes sunt* Harl. Tandem *resisti posse videretur* Ber.

§. 5. *Ut a proeliis quietem habuerant, non lacessentes, nec lacessiti per aliquot dies*] Hujus loci mentem non cepere, qui *lacessiti* putant poni, pro sunt lacessiti, ac post *dies* ponunt τελεταν σιγμην. VOSS. 7. Gramm. 62. Quinam tamen sint, quos Vossius carpat, me nescire profiteor. Ceterum *ut* deficit in Lovel. 1. *habuerunt* eſt in Lovel. 4. qui et mox similiter praefert *cessarunt*, pro quo eſt *cessarant* in Lovel. 5. *cessaverunt* in Harl. et contextu Hearnii M. Insuper *aliquos dies* Flor. a m. 1. et Rec. V. ad 6, 37, 8. In verbis sequentibus *et ita non nocte, non die* Lovel. 3. *ita non die non nocte* Hearnii N. in margine. Eo ordine eſt supra 6, 4, 10. *Laborque continuus non die, non nocte remissus.* 32, 15, 2. *Obpugnatio continua non die, non nocte remissa.* 42, 54, 3. *Oppidanos diem, noctem, eosdem tuentes moenia continens labor conficiebat.* Sed et altero ordine eſt 3, 27, 7. *Quid quaeque nox aut dies ferat, incertum esse.* et alibi. *ita nec nocte, nec die* Lovel. 4. et 5. quorum codd. librariis copulam omiſſam eſſe displicuiſſe videtur; at ita Livium plerumque malle, quaedam ex laudatis exemplis probant. Et ita *non cedendo, non modestia* Livius inquit 40, 15, 5. Ubi plura vide.

§. 6. *Obpugnatio eos aliquanto atrocior, quam ante*] Pal. pr. exhibet, *oppugnatio eos aliquanto acrior, quam ante, adorta est.* GEBH. *quam antea*

Digitized by Google

nec, qua primum aut potissimum parte ferrent opem, (quum omnia variis clamoribus streperent)
7 satis scire poterant. Ipse Hannibal, qua turris mobilis, omnia munimenta urbis superans altitudine, agebatur, hortator aderat. quae quum admota, catapultis ballistisque per omnia tabulata dispositis,
8 muros defensoribus nudasset; tum Hannibal, occasionem ratus, quingentos ferme Afros cum dolabris ad subruendum ab imo murum mittit. nec erat difficile opus, quod caementa non calce durata erant,

Ber. a m. 1. Mox τὸ *aut* non adparet in Lovel. 1. Deinde *premerent*, pro *streperent*, Hearnii D. Infra 22, 14, 8. *Strepunt aures clamoribus plorantium sociorum.* 25, 25, 9. *Quum omnia terrore ac tumultu streperent.*

§. 7. *Ipse Hannibal, qua turris mobilis omnia munimenta urbis superans*] Pal. sec. *Inde Annibal, qua turris mobilis.* GEBH. *qua turris nobilis* Flor. V. ad 10, 20, 8. De mobilibus turribus v. Lips. 2. Poliorc. 4. *quadam turri mobili* Lovel. 4. Mox *ortator aderat* Rec. *orator aderat* Lovel. 2. eodem errore, quo *hortans* et *orans* confundi solent; de quo v. ad 30, 7, 7. *hortatur, aderat* Lovel. 5.

Muros defensoribus nudasset] *custodibus* edd. antt. pro quo Aldus dedit *defensoribus*, consentientibus omnibus scriptis. Deinde *denudasset* Hearnii N. cujus tamen margo alterum *nudasset* obfert. Et recte. 9, 39, 7. *Ne nudentur propugnatoribus signa.* hoc lib. c. 8, 8. *Saguntinis pro nudata moenibus patria corpora obponentibus.* c. 14, 2. *Nudatam stationibus custodiisque solitis hostium esse urbem.* 32, 39, 3. *Ut eo quoque praesidio Philippum nudaret.* 37, 6, 3. *Jam enim magna parte nudata moenibus erat.* 38, 27, 8. *Nudati omnibus rebus oratores de pace ad consulem miserunt.* 44, 6, 17. *Nudatis omnibus praesidiis patefactisque bello ad Pydnam refugit.* Scripsi etiam cum duplici liquida *ballistisque*, non tantum ob cod. Flor. auctoritatem, sed quia id jubet vocis origo. V. Voss. in Etymol. ea voce, et Dausq. in Orthogr. parte 2. in v. *Ballistarius.* Adde Lipsium 3. Poliorc. 3.

§. 8. *Structurae antiquae genere*] *antiquae structurae genere* Ber. *structurae antiquo genere* Lovel. 5. ultima vox non adparet in Lovel. 2.

§. 9. *Itaque, antequam caederetur, ruebat*] Pall. tres *Itaque latius, quam caederetur, ruebat.* quod verissimum est. GEBH. Ridiculum. Quanto verius tres Pall. *Itaque latius, quam caederetur, ruebat.* Eadem nempe labes continentia dissolvebat, et trahebat in suam ruinam. Ammianus 24, [4.] *Sternitur altior turris, latere ce-*

Digitized by Google

sed interlita luto, ſtructurae antiquae genere. Ita- 9
que latius, quam caederetur, ruebat: perque paten-
tia ruinis agmina armatorum in urbem vadebant.
Locum quoque editum capiunt: conlatisque eo ca- 10
tapultis balliſtisque, ut caſtellum in ipsa urbe velut
arcem inminentem haberent, muro circumdant: et
Saguntini murum interiorem ab nondum capta urbis
parte ducunt. Utrimque summa vi et muniunt, et 11
pugnant: sed, interiora tuendo, minorem in dies
urbem Saguntini faciunt. Simul crescit inopia om- 12

etili firmissime structa: cujus ruina muri contiguum latus secum immani fragore protraxit. J. FR. GRON. Lectioni, quae ante Gronovium obtinuit, adhaerent Voſſ. Lovel. 1. Hav. et Exc. Pithoei. *Itaque latius, quam caederetur* eſt in Cant. Harl. Lovel. 2. Rec. et Hearnii L. 1. D. ac N. Neque multum hinc abeunt reliqui. *Itaque ante latius, quam caederetur* Lovel. 3. *Itaque ante latius, quam crederetur* Hafn. *Itaque latius, quam crederetur* Lovel. 4. 5. et Ber. *Itaque latius, quam qui caederetur* Flor. *Ita ante latius, quam crederetur, ruebat. Itaqae, etiam antequam cederetur, ruebat* Gaertn. *caedere*, vel *cedere*, (ita enim neglecta diphthongo scribebant) et *credere* saepe commutantur. V. ad 3, 21, 3.

Perque patentia ruinis] *per quae patentia* Lovel. 4. Cl. Anton. Perizon. ad marginem Livii scribendum conjecit vel *perque patentes ruinas*, vel *perque patentia ruinarum*. quod poſterius eo modo dictum foret, quo *tarda nominum*. V. ad 7, 21, 8. *perque patentia nimis* Hav. Sed similitudo partim literarum *ru* et *ni*, partim *in* et *m* librarium in errorem perduxit. De prioribus v. ad 2, 20, 9. de poſterioribus ad 36, 6, 4.

§. 10. *Locum quoque editum capiunt: conlatisque eo catapultis ballistisque*] *Locumque editum* Ber. V. ad 5, 27, 1. Tum *eo* deeſt in Lovel. 1. Male. V. ad 7, 30, 15. Deinde *catapultis, lagiptis, ballistisque* Hearnii D. et N. a m. 1. pro quo *sagittis* scribendum conjecit, quod ipsum supereſt in Lovel. 3. et Gaertn. An tamen hic admitti debeat, admodum incertum puto. Mox *circumdabant*, pro *circumdant*, Cant. Dein *ab non capta urbis parte* Rec. *ab nondum captae urbis parte* Ber. et Gaertn. *ab nondum capta parte urbis* Flor.

§. 11. *Utrimque summa vi et muniunt, et pugnant*] *Utrumque* Lovel. 5. et Gaertn. *Utrique* Lovel. 2. Ber. et Hav. V. ad 6, 31, 8. Deinde *summa vi muniunt* Ber. V. ad 2, 44, 3.

Minorem in diem urbem Saguntini faciunt] Credo legendum *in dies*, ut in Elegantiis. VALLA. *in dies* quidem emendavit Valla, secutusque Andreas. At Pall. tres *in diem*. GEBH. Valla 3. Elegant. 69. ita inter *in diem* et *in*

Digitized by Google

nium longa obsidione, et minuitur exspectatio externae opis; quum tam procul Romani, unica spes,
13 circa omnia hostium essent. Paullisper tamen adfectos animos recreavit repentina profectio Hannibalis in Oretanos Carpetanosque. qui duo populi, delectus acerbitate consternati, retentis conquisitoribus, metum defectionis quum praebuissent, obpressi celeritate Hannibalis, omiserunt mota arma.

XII. Nec

dies distinguit, ut illud plerumque cum verbo *vivit*, aliquando, sed raro, cum alio jungatur verbo, *in dies* autem idem sit, quod quotidie, sed proprie cum quodam incremento, ideoque plerumque cum comparativo. Quod quum verum esse crederet, inde sequebatur, hic legendum esse *in dies*, quae lectio apud me non superest, nisi in Hav. et forte Lovel. 1. Reliqui omnes *in diem* servant. *mutabiles in diem caussae* Livius infra dicit 31, 29, 15. Similiter variant codd. inter *in diem* et *in dies* supra ad 7, 38, 7.

§. 12. *Simul crescit inopia omnium*] *inopia rerum omnium* Ber. quod quin ex interpretis glossa natum sit, quum codd. additam vocem respuant, dubium non est. V. ad 37, 18, 1. Mox *alienae opis*, pro *externae*, idem cod. ex eodem fonte.

Quum tam procul Romani, unica spes, circa omnia hostium essent] Pal. pr. *cum jam procul Romani.* tert. *cum jam procul Romana unica spes.* GEBH. *quum jam procul* Voss. Lovel. 1. 3. 4. Hafn. Gaertn. Hav. et Hearnii D. prono librariorum errore, qui saepius has voces inter se commutarunt. Exempla v. ad 2, 45, 11. 3, 28, 8. 5, 54, 5. 6, 21, 2. c. 26, 7. 8, 6, 12. 9, 2, 4. 10, 19, 7. 23, 22, 4. 24, 42, 9. 25, 37, 13. 26, 12, 15. 35, 8, 3. 38, 31, 4. 40, 35, 14. Adde N. Heinsium ad Nason. 3. Her. 67. et quae notavi ad Silii 14, 427. Quod vero *Romana unica spes* dederit librarius Pal. 3. apud Gebhard. inde factum est, quoniam haec per adpositionem diei non intelligebat. Tum *erant*, pro *essent*, Gaertn.

§. 13. *Profectio Hannibalis in Oretanos Carpetanosque*] *Horetanos, Carpetanosque*, Voss. *Horetanos Carpentanosque* Lovel. 3. et 5. *Orentanos Carpentanosque* Lovel. 2. et Ber. *Oretanos Carpentanosque* Cant. et Hav. *Horentanos Carpentanosque* Lovel. 4. et Gaertn. quorum posterior etiam *Paullisper tum adfectos*, pro *tamen adfectos*, obfert. In sequentibus *compressi celeritate*, pro *oppressi*, Hearnii D.

§. 1. *Maharbale Himilconis filio*] Pal. pr. *Maharmale Hilmiconis filio.* GEBH. *Mahermale Hamilconis filio* Flor. a m. 1. *Hemilconis* a m. 2. In reliquis varie admodum haec nomina scribuntur, et prius quidem *Mahermale, Maharmele, Maharmale, Maharnale, Maber-*

Digitized by Google

XII. Nec Sagunti oppugnatio segnior erat, Maharbale, Himilconis filio, (eum praefecerat Hannibal) ita inpigre rem agente, ut ducem abesse nec cives, nec hostes sentirent. Is et proelia aliquot secunda fecit, et tribus arietibus aliquantulum muri discussit; strataque omnia recentibus ruinis advenienti Hannibali ostendit. Itaque ad ipsam arcem extemplo ductus exercitus, atroxque proelium cum multorum utrimque caede initum, et pars arcis ca-

1 2 3

bale, Mabarmale, in Aharmale: posterius autem *Hymilconis, Hilmiconis, Hilmilconis, Hamilconis, Amilconis, Hamachonis, Humiconis.* Sed *Maharbal* et *Himilco* inter Poenos nota sunt nomina. In principio cap. *Nec Saguntini oppugnatio* Ber.

Quem praefecerat Hannibal] Flor. *eum ἀντὶ τοῦ quem.* Scribe *Maharbale Himilconis filio (eum praefecerat Hannibal) ita impigre rem agente.* J. FR. GRON. Lectionem a Gronovio probatam firmat Cant. quare eam recepi.

§. 2. *Tribus arietibus aliquantulum muri discussit*] *aliquantulum* praeferunt edd. antt. *aliquantum* deinde substituit Froben. anno 1531. quod, a secutis editoribus servatum, iterum ejecit Gronov. priori lectione revocata. Hinc in animum inducere non possum, *aliquantulum* incuria operarum in edd. Gronovianas inrepsisse: sed potius credo, Gronovium ita dedita opera vulgasse: praesertim quum id, nisi excerpta mea fallant, in plerisque supersit codd. et *aliquantum* tantum exstet in Ber. et forte Flor. Saepius ita variant librarii. V. ad 7, 36, 5. Hic eam non video, cur, reliquis omnibus spretis, paucorum auctoritatem sequerer. V. infra hoc lib. ad c. 28, 11. Deinde legendum videtur *decussit.* Ita Tarquinius Superbus *summa papaverum capita dicitur baculo decussisse* 1, 54, 6. V. Doct. Oudendorp. ad Front. 1, 1, 4. Similiter quaecumque fulmine icta ejus vi a reliquo corpore avelluntur, dicuntur *decuti.* Infra 25, 7, 8. *Muri turresque quaedam Cumis non ictae modo fulminibus, sed etiam decussae.* 26, 23, 4. *Victoria, fulmine icta decussaque, ad Victorias, quae in antefixis erant, haesit.* 40, 45, 4. *Muri pinnae aliquot locis decussae erant.* Quin et ipsa, quae hic obcurrit, locutio, ut muri dicantur *decuti arietibus*, saepius ad Livium obvia est. Ut 32, 17, 6. *Postquam, parte muri arietibus decussa, per ipsas ruinas transcenderunt in urbem armati.* 33, 17, 9. *Multis simul locis aut subruti, aut arietes decussi ruebant muri.* 37, 6, 11 *Multis tamen locis murus decussus erat.* 44, 8, 5. *Pinnas moenium decussas reponit, ab omni parte muros firmat.* Solent autem *discutere* et *discutere* a librariis confundi. V. Scheff. ad Jul. Obseq. de Prodig. c. 71. et Broekhus. ad Prop. 4, 1, 141. Et

Digitized by Google

pta est. Tentata deinde per duos est exigua pacis spes, Alconem Saguntinum, et Alorcum Hispanum.
4 Alcon, insciis Saguntinis, precibus aliquid moturum ratus, quum ad Hannibalem noctu transisset, postquam nihil lacrimae movebant, conditionesque tristes, ut ab irato victore, ferebantur, transfuga ex oratore factus, apud hostem mansit; moriturum adfirmans, qui sub conditionibus his de pace ageret.
5 Postulabatur autem, redderent res Turdetanis; tra-

ita passim pleraque verba, quae cum *de* et *di* vel *dis* componuntur. V. quae notavi ad Livii 7, 23, 6. Paullo ante *Isque proelia*, pro *Is et proelia*, Lovel. 3. 4. 5.

§. 3. *Tentata deinde per duos exigua pacis spes*] Pall. pr. ac sec. *per duos est exigua pacis spes*. Tert. vero. *Tentata est inde per duos exigua pacis spes*. GEBH. Quemadmodum Gebhardus in duobus Pall. deprehendit, Cl. Jac. Gronovius edidit: eamque lectionem tantum non in omnibus meis codd. inveni, nisi quod alio ordine *tentata est deinde per duos* supersit in Harl. In praecedentibus *Ita ad ipsam arcem*, pro *Itaque*, Cant. *Itaque ad ripam arcemque* Harl. Deinde *atrox proelium*, pro *atroxque*, idem Harl. In sequentibus *Calorcum* hic et mox §. 6. Cant.

§. 4. *Alcon, insciis Saguntinis, precibus aliquid moturum ratus*] Pal. tert. cum pr. ut et prima ed. habet *Alcon in consciis*. GEBH. Inferius, ubi in oratione Alorci hoc nomen repetitur, notavit pater ex Flor. *Alco*, et in exemplari literam *n* induxit, ut videatur id praetulisse. Me quoque illic notasse cerno ex Cantabr. *Alco*, hoc loco praeterito: utrobique tamen id reor usurpatum ab Livio. JAC. GRON. Se etiam hoc loco *Alco* in vet. lib. invenisse, Sigonius in prima Scholiorum ed. monuit, itaque edidit. Verum quum postea operarum errore in seq. ed. *Alconsciis Saguntinis* excusum esset, in ultima tandem id totum Scholion omissum est, licet eadem lectio *Alco* in contextu servata sit. Ceterum licet Flor. et Cant. cap. seq. *Alco* praeferant, eosdem tamen hic *Alcon* legere, excerpta eorum, quibus utor, fidem faciunt. Si tamen *Alco* praeferendum quis existimet, id eodem modo formatum putabo, quo *Agamemno*, pro *Agamemnon*, de quo consule J. Fr. Gronovium ad Senec. Agamemn. 514. Adde quae notantur infra ad 34, 61, 10. Praeterea *consciis Saguntinis* Cant. *commotus insciis Saguntinis* Ber. *inde consciis Saguntinis* Hearnii L. 1. *inconsiis Saguntinis* Lovel. 1. *inconsciis Saguntinis* Lovel. 2. 4. 5. Harl. Hafn. Gaertn. Hearnii D. N. in margine, et vett. edd. quod ex duarum lectionum, *insciis* et *consciis*, conjunctione natum esse videtur: quomodo infra 22, 20, 5. *inconjuncta* dedisse librarios videbimus. *insciis Saguntinis* primus edidit Sigonius, et quidem, ut in omisso Scholio testatur, ex vet. cod. quomodo

Digitized by Google

ditoque omni auro atque argento, egressi urbe cum singulis vestimentis ibi habitarent, ubi Poenus jussisset. Has pacis leges abnuente Alcone accepturos Saguntinos, Alorcus, vinci animos, ubi alia vincantur, adfirmans, se pacis ejus interpretem fore pollicetur. Erat autem tum miles Hannibalis; ceterum publice Saguntinis amicus atque hospes. Tradito palam telo custodibus hostium, transgressu munimenta, ad praetorem Saguntinum (et ipse it

etiam reliqui mei servant. At unus Hearnii N. in contextu legit *inscientibus Saguntinis*. Quod, si plurimum ac graviorum codd. auctoritas accederet, non displiceret, et, tamquam minus obvium, ab indoctis librariis in notius *insciis* mutatum crederem: praesertim quum *insciens* etiam obcurrat supra 7, 5, 3. *Inscientibus cunctis cultro subcinctus ad M. Pomponium tribunum pergit.*

Conditionesque tristes, ut ab irato victore, ferebantur] Pall. tres *ab irato auctore*. GEBH. *conditionesque tristes ab irato*, omissa vocula *ut*, Lovel. 2. Male. V. ad 10, 43, 15. Tum *ab irato auctore* Flor. Cant. Voss. Lov. 1. 4. 5. et Harl. *ab auctore irato* Rec. V. infra ad c. 43, 5. pro eo deinceps *ab irato actore* datum est in Lovel. 2. et Gaertn. Paullo ante *et postquam*, addita vocula, Cant.

Moriturum adfirmans, qui sub conditionibus his de pace ageret] *confirmans* Ber. Hinc vocula *his* deficit in Lovel. 4. Deinde *agebat* est in Gaertn.

§. 5. *Postulabatur autem, redderent res Turdetanis*] *Postulabant autem* Voss. sed penultimae literae adscripta est nota, qua librarius aliquid delendum esse indicare solet, ut volueri *Postulabat autem*, nempe Han nibal; quod ipsum exstat i Gaertn. Tum *ut redderent* Be Rec. et Hearnii D. atque N. a m 1. Reliqui voculam *ut* omittunt quae etiam non necessario requi ritur. V. ad 3, 45, 10. Deind *Tudertanis* Rec. *Turditanis* Flo rent. Voss. Lovel. 2. et Gaertn V. ad c. 6, 1.

Traditoque omni auro atqu argento] *omni auro et argent* Pal. tert. GEBH. *omnium aur atque argento* Rec.

§. 6. *Vinci animos, ubi ali vincantur*] Quae *alia*? Forte *ub arma vincantur*. J. FR. GRON *ut alia vincantur* Ber. a m. 2 Roganti autem Gronovio qua *alia*? respondet Doujatius, in telligi muros, munimenta, ar ces; non itaque necesse esse, re scribi *arma*. Similiter etiar Ampl. Cuperus Livium in margi ne exemplaris, quo uti soleba exposuit: quorum etiam senten tia vera videtur.

Se pacis ejus interpretem fo re pollicetur] *sese pacis* Lovel 4. et 5. Tum in margine Flor pro varia lectione adscriptur erat *profitetur*. Mox *Erat au tem tunc miles* Lovel. 3. Sed *tum* exsulat a Ber.

§. 7. *Ad praetorem Sagunti*

Digitized by Google

8 jubebat) est deductus. quo quum extemplo concursus omnis generis hominum esset factus, submota cetera multitudine, senatus Alorco datus est: cujus talis oratio fuit.

1 XIII. *Si civis vester Alcon, sicut ad pacem petendam ad Hannibalem venit, ita pacis conditiones ab Hannibale ad vos retulisset, supervacaneum hoc mihi fuisset iter, quo nec orator Hannibalis, nec*
2 *transfuga ad vos venissem. Quum ille, aut vestra, aut sua culpa, manserit apud hostem, (si metum simulavit, sua; vestra, si periculum est apud vos vera referentibus) ego, ne ignoraretis, esse aliquas*

num (et ipse ita jubebat) est deductus] et ipse praetor ita jubebat Lovel. 3. et Hafn. Vox addita est ex glossa interpretis, qui tamen erravit; non enim ipse praetor, sed ipse Alorcus intelligendus est. *et ipse ita videbat* Harl. V. ad 27, 5, 16. *Tò est* non adparet in Gaertn.

§. 8. *Senatus Alorco datus est*] Nescio, unde evenerit, ut *Alorci* sit in Flor. Cant. Vass. et Lovel. 1. apertissimo errore. Paullo ante *omnis concursus generis hominum* Lovel. 4. et 5. quorum posterior etiam *fretus* legit, pro *factus*.

§. 1. *Conditiones ab Hannibale ad vos retulisset, supervacaneum hoc mihi fuisset iter*] *conditiones retulisset*, mediis omissis, Ber. a m. 1. Tum *item*, pro *iter*, Gaertn. In initio autem cap. *Si civis ipse Alcon* praeferunt edd. antt. pro quo Aldus dedit *civis vester*, consentientibus omnibus scriptis, nisi quod male *civis nr* sit in Gaertn. Alorcus enim non erat civis Saguntinus, sed iisdem amicus et hospes. Insuper *sicuti ad pacem* etiam priscae edd. pro quo Gruterus substituit *sicut*: quod servant codd.

Nec transfuga ad vos venissem] Praestans ille Cant. *nec transfugasset ad*. Apparet fuisse, *nec transfuga sic ad vos venissem*. JAC. GRON.

§. 2. *Quum vero ille* etc.] *Tò vero* deficit in Pall. pr. et sec. GEBH. MSS. *Quum ille*, non *Quum vero ille*. Itaque adversativam delevimus, sed praeeunte patris manu. JAC. GRON. Eamdem particulam, si unum excipias Gaertn. nullus meorum codd. agnoscit, quam etiam ab suis exsulare refert Hearnius. Passim soliti fuerunt librarii hanc similesque particulas connectendae orationi Livianae interponere. V. supra ad 1, 5, 7. 2, 54, 5. 6, 4, 1. et 7, 40, 12. Adde, quae notantur ad 10, 39, 4. (*35, 25, 2.)

Si metum simulavit, sua; vestra, si periculum est apud vos

Digitized by Google

et salutis et pacis vobis conditiones, pro vetusto hospitio, quod mihi vobiscum est, ad vos veni. Vestra 3
autem caussa me, nec ullius alterius, loqui, quae loquor apud vos, vel ea fides sit, quod, neque dum vestris viribus restitistis, neque dum auxilia ab Romanis sperastis, pacis umquam apud vos mentionem feci. Postquam nec ab Romanis vobis ulla spes est, 4
nec vestra jam aut arma vos, aut moenia satis defendunt, pacem adfero ad vos magis necessariam, quam aequam. cujus ita aliqua spes est, si eam 5
quemadmodum ut victor fert Hannibal, sic vos ut victi audiatis: si non id, quod amittitur, in damno,

vera referentibus] *Tò sua* a m. 1. deerat in Flor. Postea manu alia *et sua si metum simulavit* subpositum est. *sua, si culpa metum simulavit* Gaertn. *sua, si metum simulavit* Ber. et Rec. Deinde *ad vos verum referentibus* primae edd. usque ad Aldum, vulgatae lectionis auctorem, cui scripti concinunt. (*v. ad 34, 2, 14.)

Ego, ne ignoretis, esse aliquas et salutis et pacis vobis conditiones] Vet. lib. *ne ignoraretis.* SIG. *ergo*, pro *ego*, Flor. V. ad 37, 53, 11. Tum *ignoretis* Lovel. 1. 2. Rec. et Flor. a m. 1. in quo a manu rec. repositum est *ignoraretis*, quod superest in reliquis scriptis et edd. usque ad Froben. qui demum anno 1531. *ignoretis* dedit. Praeterea *et pacis* non adparet in Lovel. 4.

§. 3. *Neque dum vestris viribus restitistis, neque dum auxilia ab Romanis sperastis*] *nondum vestris viribus* Lov. 5. Hinc *auspicia ab Romanis* Lovel. 4. *auxilia a Romanis* Ber. Rec. Gaertn. et edd. ante Aldum. Tum *superastis* Cant. obvio scribarum errore. V. ad 6, 2, 12. et 10, 6, 11. In praecedentibus, *Vestra autem caussa me, nec cum ullius alterius loqui* Cant. *Vestra autem caussa, nec me ullius alterius loqui* Ber. at *tò me* non adparet in Harl.

§. 4. *Postquam nec ab Romanis vobis ulla spes est*] Pall. pr. ac tert. *ulla est spes.* sec. *ulla est vobis spes.* GEBH. *a Romanis* Ber. Gaertn. et edd. Aldo priores. Deinde *ulla est spes* Flor. Ber. et Harl. Insuper *mentionem feci. Postquam* etc. *nec vestra jam*, et mox vocula *vos* desunt in Cant. *nec vestra jam* etc. *ita aliqua spes est* in Gaertn. Praeterea *nec vestra vos jam aut arma* habent Flor. et Harl. qui insuper *pacem defero* legunt, pro *affero*; ita tamen, ut prima syllaba *de* addatur in Flor. a manu recentiori. Sed *adferre pacem*, ut *adferre bellum* 3, 2, 3. et similia passim.

§. 5. *Quemadmodum ut victor fert Hannibal, sic vos ut victi*

Digitized by Google

(*quum omnia victoris sint*) *sed, quidquid relinqui-*
6 *tur, pro munere habituri estis. Urbem vobis, quam ex magna jam parte dirutam, captam fere totam habet, adimit, agros relinquit, locum adsignaturus, in quo novum oppidum aedificetis: aurum argen-*

audiatis] Lege *audietis*. J. FR. GRON. Utroque loco voculam *ut* omittit Ber. reliqui omnes recte servant, nisi quod pro ea priori loco sit *et* in Gaertn. ubi eamdem Aldo vetustiores typis descripti neglegunt. Contra, vocula addita, *sic vos et ut victi audiatis* est in Rec.

Si non id, quod amittitur] *et si non id* Lovel. 4. Sed conjunctione facile carere possumus. Solet enim Livius τὸ *si*, non addita simili copula, in eadem periodo repetere. V. ad 3, 17, 3. *sic non id, quod amittitur* Lov. 3. Sed solent hae particulae confundi. V. Bentl. ad Horat. 3, 24, 5. *sed non id, quod amittitur* Flor. Cant. et Harl. Sed et hae particulae in Mstis commutantur. Exemplum habuimus 5, 52, 12. V. etiam infra ad 22, 60, 4. *si non, quod amittitur* Lov. 1. Saepe pronomen demonstrativum omitti, videbimus ad 23, 15, 4. Hic tamen temerarium foret, unum codicem audire. *si non id quidem amittitur* Gaertn. *si non id, quod dimittitur* Lov. 2. Mox *victoris sunt*, pro *sint*, Gaertn. Deinde *sed si quidquam relinquitur* Lov. 2. *sed quidquid delinquitur* Ber.

§. 6. *Urbem vobis, quam ex magna jam parte dirutam, captam fere totam habet, adimit*] Pal. tert. *Urbis vobis, quam magna ex parte dirutam*. GEBH. *Urbem jam vobis* Gaertn. Contra τὸ *jam* in verbis proximis omittit Ber. a m. 1. Praeterea *diruptam* vel *dirruptam* est in Lov. 1. Rec. Ber. et Hav. V. ad 9, 45, 17. Tum *captam totam fere habet, adimit* Ber. *captam habet, adimit* Harl. *captam fere totam habet, adimitque* Hav.

Aurum argentumque omne, publicum privatumque, ad se jubet deferri] *aurum et argentum omne* Flor. *aurum argentum omnium* Gaertn. Dein *publicum et privatum* edd. Aldina priores. *ad se jubet adferri* Hearnii D. *deferre* et *adferre* etiam supra confundebantur hoc cap. §. 4.

§. 7. *Conjugum vestraque corpora ac liberorum vestrorum*] Cantabr. *corpora vestra, conjugum ac lib.* qui ordo decentior est, et ita servatur ab Livio, ut interdum inverti satis agnoscas. JAC. GRON. Non aliter etiam Flor. Sane ordinem hunc magis naturalem esse, omnino confiteor; utrum tamen verior sit, dubito. Primo enim magis Livianum videtur, ut in conjungendis tribus duae potius conjunctiones adhibeantur, quam una; et quidem primo *que*, tum *et*. V. ad 2, 31, 1. et ad 5, 17, 8. Quamvis autem etiam aliter interdum Livius loquatur, ubi tamen hanc compositionem orationis in Mstis invenio, eam haud temere, tamquam a librariis profectam, mutandam censeo. Praeterea decentiorem ordinem non ubique Livius observavit. Certe decentius esse videtur, ut uxor praecedat liberos, et ante eos

Digitized by Google

tumque omne, publicum privatumque, ad se jubet deferri: conjugum vestraque corpora ac liberorum 7
vestrorum servat inviolata, si inermes cum binis ve-
stimentis velitis ab Sagunto exire. Haec victor ho- 8
stis imperat. Haec, quamquam sint gravia atque

memoretur, quemadmodum etiam fit hoc loco, et 4, 28, 5. At contrarium observatur 3, 47, 2. *Se pro liberis eorum ac conjugibus quotidie in acie stare.* et c. 50, 7. *Illis quoque enim filias, sorores, conjugesque esse.* Ita *equi virique* infra hoc lib. c. 27, 5. *pedites equitesque* 34, 26, 2. V. etiam ad 40, 10, 5. Ceterum *vestrorum* exsulat a Ber. *ac liberorum vestrorum* a Lov. 4.

Si inermes cum binis vestimentis velitis ab Sagunto exire] Non dubito legere *cum privis vestimentis.* Nam aliquot lineis supra [c. praec.] in iisdem conditionibus est, *traditoque omni auro atque argento, egressi urbe cum singulis vestimentis.* Restituo hanc vocem in Quadrigario apud Nonium *Reticulum. Claud. lib.* 1. *Privisque ductoribus indit reticula galearia.* Vulgo, *prius hisce auctoribus inde.* LIPS. 1. Epist. Quaest. 9. Lipsii correctionem nullus MS. codicum Pall. agnoscit, nisi quod sec. pro *exire* ostentet *abscedere.* GEBH. Voce *privus* utitur etiam Livius supra 7, 37, 2. *In praesentia singulis bubus, binisque privis tunicis donati.* 30, 43, 9. *Ut privos lapides silices, privasque verbenas secum ferrent.* Ad priorem autem locum docui, librarios vocem hanc minus obviam saepius corrupisse. Similiter *privis vestimentis*, pro *binis*, Lipsius Valerio Max. reddere conatus est in notis ad 9, 6. ext. 2. quod tamen Periz. ibi displicet, qui contendit, Valerium, si id voluisset, dicturum fuisse *unis vestimentis.* Quomodo etiam Doujatius, si quid mutandum, hic legere malebat. Vide tamen, num potius vulgatum servandum, ac conjiciendum sit, Hannibalem, quum videret, Alconem dictas pacis leges tantopere abnuisse, Alorco Saguntum abeunti mandasse, ut pro singulis bina vestimenta offerret, et rerum Turdetanis reddendarum, quod ab Alcone etiam exegerat, nullam mentionem faceret: insuper etiam promitteret, si has leges probare vellent, fore, ut sua, conjugumque ac liberorum corpora inviolata haberent. Fateor tamen, ex Livio vix probari posse, Alorcum conscio Hannibale Saguntum abiisse, aut antea ea de re cum Hannibale conlocutum esse; nisi eo referre velis verba cap. praec. *se pacis ejus interpretem fore pollicetur:* licet hoc cap. praetexere videatur *se nec oratorem Hannibalis, nec transfugam ad Saguntinos venisse.* quae tamen verba et aliter accipi possunt. Praeterea *velitis a Sagunto exire* Lov. 1. 2. 3. Ber. Rec. et Hav. *a Sagunto velitis exire* Lovel. 4. et edd. usque ad Cl. Jac. Gronov. *ab Sagunto velitis exire* Lov. 5. *velitis Sagunto exire* Gaertn.

§. 8. *Haec victor hostis imperat. Haec, quamquam sint gravia*] *Hoc victor hostis* Rec. Posterius autem *Haec* deficit in Lov. 3. Deinde *quamquam sunt gravia* Flor. Lov. 1. 4. Ber. et Gaertner.

Digitized by Google

acerba, fortuna vestra vobis suadet. Equidem haud despero, quum omnium potestas ei facta sit, aliquid
9 *ex his rebus remissurum. Sed vel haec patienda censeo potius, quam trucidari corpora vestra, rapi trahique ante ora vestra conjuges ac liberos belli jure sinatis.*

1 XIV. Ad haec audienda quum, circumfusa paullatim multitudine, permixtum senatui esset populi concilium; repente primores, secessione facta, (priusquam responsum daretur) argentum aurumque omne, ex publico privatoque in forum conlatum, in ignem ad id raptim factum conjicientes, eodem
2 plerique semet ipsi praecipitaverunt. Quum ex eo pavor ac trepidatio totam urbem pervasisset, alius insuper tumultus ex arce auditur. Turris diu quassata prociderat: perque ruinam ejus cohors Poeno-

Haud despero, quum omnium potestas ei a vobis facta sit] Exsulat ab tribus omnibus Pall. *a vobis*, ut paullo ante *vestra* a Pal. tert. GEBH. *Tà a vobis* exsulant omnibus scriptis. Velim autem, *quum omnium potestas ei facta erit.* Vel, *potestatem ei feceritis.* J. FR. GRON. *haud spero* Lov. 1. 3. et Hav. Tum *omnium ei potestas* Lov. 2. Denique *tà a vobis* exsulant a Flor. Cant. Voss. Lov. 2. 3. 4. 5. Harl. Ber. Rec. Gaertn. Hav. Hearnii D. et omnibus Crevier.

§. 9. *Sed haec patienda censeo potius, quam trucidari*] *Sed vel haec patienda censeo potius* Flor. id est, etiam haec patienda. Quod recepi. V. infra ad 24, 22, 7. *potius* autem non adparet in Ber. cujus loco *prius* est in Lov. 4. V. ad 9, 14, 16.

§. 1. *Permixtum senatui esset populi concilium*] Pal. sec. *senatui foret.* GEBH. *senatui populi concilium esset* Ber. *populi consilium* Lov. 5. Gaertn. et quaedam edd. antt. Male. V. Gronov. ad 44, 2, 5. Mox *priores*, pro *primores*, Lov. 4. V. ad 37, 43, 10. Tum *daretur responsum* Ber.

Argentum aurumque omne, ex publico privatoque in forum conlatum] *aurum argentumque omne* Lov. 3. *argentum aurumque ĕĕ*, id est *esse*, Gaertn. V. ad 5, 50, 6. (* 36, 4, 6.) Tum *in forum* deficit in Lov. 1. Mox *raptum*, pro *raptim*, Lov. 5.

Eodem plerique semet ipsi praecipitaverunt] Ita MSS. optimi, non *semet ipsos*. J. FR. GRON. Inter optimos ita praeferentes sunt Flor. et Cant. V. ad 2, 19,

Digitized by Google

rum inpetu facto quum signum imperatori dedisset, nudatam stationibus custodiisque solitis hostium esse urbem; non cunctandum in tali occasione ratus 3 Hannibal, totis viribus adgressus urbem, momento cepit, signo dato, ut omnes puberes interficerentur. quod imperium crudele, ceterum prope necessarium cognitum ipso eventu est. Cui enim parci potuit ex 4 iis, qui aut inclusi cum conjugibus ac liberis domos super se ipsos concremaverunt, aut armati nullum ante finem pugnae, quam morientes, fecerunt?

XV. Captum oppidum est cum ingenti praeda. 1 Quamquam pleraque ab dominis de industria corrupta erant, et in caedibus vix ullum discrimen aetatis ira fecerat, et captivi militum praeda fuerant; tamen et ex pretio rerum venditarum aliquantum pe- 2 cuniae redactum esse constat, et multam pretiosam

5. Praeterea *eos plerique* Gaertner. Tum *praecipitarunt* Lov. 4. *praecipitaverant* Harl.

§. 2. *Pavor ac trepidatio totam urbem pervasisset, alius insuper tumultus*] *pavor et trepidatio* Gaertn. *pavor atque trepidatio* Ber. Vox autem *insuper* neglegebatur a librario Lov. 1.

Quum signum imperator dedisset] Credo legendum *imperatori*. VALLA. Ut emendandum censuit Valla, imitata est prima editionum. Caeterum Pall. tres *imperator*. GEBH. Vallae emendationem probo. Alterum tamen superest in Flor. Lov. quinque, Voss. Harl. Gaertn. et Hearnii D. ac N. cujus posterioris margini tamen *imperatori* adscribitur.

§. 3. *Esse urbem, non cunctandum in tali occasione ratus Hannibal*] Pal. tert. *urbem esse non cunctandum in tali occasione esse: Hannibal ratus*. GEBH. *urbem esse* etiam Lov. 2. Mox *viribus totis* Harl. Deinde *occiderentur*, pro *interficerentur*, Lov. 4. et 5. *interficerent* Harl. V. ad 10, 10, 1.

Necessarium cognitum in ipso eventu est] Flor. et Gud. praepositione carent. J. FR. GRON. Carent etiam Cant. et unus Crevier. Horum itaque codicum auctoritate expunxi.

§. 1. *Captum oppidum est*] *Captum est oppidum* Ber. Sed τὸ *est* exsulat ab edd. Aldina antiquioribus, quae eaedem etiam mox legunt *a dominis*. Ber. autem *de industria a dominis corrupta fuerant*.

§. 2. *Tamen ex pretio rerum venditarum*] *tamen et ex pretio*

Digitized by Google

3 supellectilem vestemque missam Karthaginem. Octavo mense, quam coeptum obpugnari, captum Saguntum, quidam scripsere: inde Karthaginem novam in hiberna Hannibalem concessisse: quinto deinde mense, quam ab Karthagine profectus sit, in
4 Italiam pervenisse. Quae si ita sunt, fieri non potuit, ut P. Cornelius, Ti. Sempronius consules fuerint, ad quos et principio obpugnationis legati Sa-

tio rerum Pall. tres. GEBH. Flor. et Gud. *tamen et ex pretio.* J. FR. GRON. Similiter Cant. Lov. 4. 5. Rec. et Hearnii Oxonienses. In reliquis conjunctio excidit ob similitudinem sequentis *ex.* V. ad 44, 43, 3. Certe contrario errore *tamen et pretio* erat in Ber. V. ad 5, 32, 4. *tum ex pretio* legit Gaertn. V. ad 22, 17, 5. Mox voces *et multam pretiosam supellectilem vestemque missam Karthaginem* desunt in Lov. 5. *multum pretiosam* legunt Lov. 4. et Harl.

§. 3. *Octavo mense, quam coeptum obpugnari, captum Saguntum, quidam scripsere*] Polybius [3, 17.] *τέλος ἐν ὀκτὼ μησὶ κατὰ κράτος εἶλε τὴν πόλιν.* SIG. *Octavo mense coeptum oppugnari* Rec. *Octavo mense, quam coeptum oppugnare* Hav. Deinde *captam Saguntum* Ber. quod probum esse posset. V. ad c. 21, 1. Verum ita etiam dicendum *quam coepta obpugnari.* Reliquis igitur codd. nihil mutantibus adsentior. Ceterum omnia haec verba cum duobus seqq. *inde Karthaginem* omittuntur in Lov. 2. et Gaertn. cespitantibus scribis ob vocis *Karthaginem* repetitionem. V. ad 9, 11, 11.

Quinto deinde mense, quam a Karthagine profectus sit, in Italiam pervenisse] Polybius item [3, 56.] *Τὴν μὲν πᾶσαν πορείαν ἐκ καινῆς πόλεως ἐν πέντε μησὶ ποιησάμενος.* SIG. *quinto dein mense* Gaertn. V. ad 3, 3, 6. Deinde *ab Karthagine* edidit Cl. Jac. Gronovius, concinentibus Flor. Cant. Lov. 1. 2. 3. 4. Voss. Harl. Hafn. et Hav. Tum *in Italiam venisse* Cant. et Ber.

§. 4. *Ut P. Cornelius, Ti. Sempronius consules fuerint*] Sigonius ediderat *et Ti. Sempronius,* quod reliqui servarunt usque ad Cl. Jac. Gronovium, qui copulam *et,* in nullo etiam cod. a me visam, expunxit. V. ad 2, 17, 1. et mox h. cap. ad §. 5. *T. Sempronius Longus consules fuerint* legit Ber. sed cognomen, quod in collega Cornelio omittebatur, a librario additum est; quemadmodum eamdem ob caussam ab eo potius, quam a Livio, omissum est ejusdem praenomen in Lov. 3. Paullo ante *Quod si ita est* legunt Lovel. 4. et Hearnii L. 1.

Ad quos et in principio obpugnationis legati Saguntini missi sint] Pall. tres *τὸ in* omittunt: *ad quos et principio oppugnationis.* GEBH. *ad quos et in principio* in prima exstitit ed. Aldina, idque unus servat Harl. Edd. ante eum praeferunt *ad*

Digitized by Google

guntini missi sint, et qui in suo magistratu cum Hannibale, alter ad Ticinum amnem, ambo aliquanto post ad Trebiam, pugnaverint. Aut omnia breviora 5
aliquanto fuere, aut Saguntum principio anni, quo P. Cornelius, Ti. Sempronius consules fuerunt, non coeptum obpugnari est, sed captum. Nam excessisse pugna ad Trebiam in annum Cn. Servilii et C. 6
Flaminii non potest: quia Flaminius Arimini con-

quos in principio. Sed *ad quos principio* inveni in Gaertn. *ad quos et principio*, id est *etiam*, in Ber. V. ad 22, 47, 9. *ad quos et principio*, quod J. Fr. Gronovius recepit, in reliquis omnibus Mstis. V. ad 2, 30, 14. Deinde *missi sunt* Lov. 4. 5. Harl. Ber. Gaertn. et edd. antt. Mox in verbis sequentibus *ad Ticinium* Ber. Harl. et Hav. Tum *ad Trebiam pugnaverunt* Lov. 2. et 3. *ad Trebiam oppugnav'e*, id est *oppugnavere*, Ber. a m. 1. *pugnavere* a m. 2.

§. 5. *Quo P. Cornelius, Ti. Sempronius consules fuerunt*] *in quo P. Cornelius* Hav. Deinde hic iterum *et Ti. Sempronius* Sigonius edidit, ac similiter J. Fr. Gronovius particulam *et*, quam vetustiores edd. ignorant, et unus tantum codicum meorum Ber. agnoscit, expunxit: attamen et Lov. 3. *Titusque Sempronius* habebat. at Sempronii praenomen omittebatur in Hearnii D. Deinde *fuerint* Flor. a m. 2. Lov. 2. 4. 5. Harl. et Hav. In praecedentibus *breviora aliquanto fuerunt* Ber. in sequentibus *non coeptum obpugnari, sed captum est*, trajectis vocabulis, Rec. et edd. ante Aldinam omnes, quas vidi.

§. 6. *Excessisse pugna ad Trebiam in annum Cn. Servilii et Flaminii non potest*] Notavi ex Cantabr. *et conflammini*, ex Oxon. *et cons. flam.* idemque in Voss. vidit pater. Quae eo ducunt, ut cum Flor. et Gud. scribendum censeamus *Cn. Servilii et C. Flaminii.* JAC. GRON. *et C. Flaminii* etiam, praeter codd. memoratos a Gronovio, legunt Lov. 3. 4. Ber. Hafn. et optimi Crevier. *et Cajus Flaminii* Hav. *et T. Flaminii* Lov. 5. et Gaertn. *Gn. Servilius et Cons. Flaminius* Hearnii N. in cujus margine *Gn. Servilii et G. Flaminii* emendatur. Si Cl. Gronovius priores edd. consuluisset, Flaminii praenomen demum a Grut. in ed. ult. omissum esse invenisset, atque iterum contextui reddere non dubitasset, quod exemplo Crevier. feci. Ad haec *C. Servilii* Lov. 3. V. ad 7, 3, 3. *Cornelii Servilii* Lov. 4. *consulis Servilii* Lov. 5. et Rec. *consules Servilii* Gaertn. Tum *Flaminii consulum non potest* Hearnius in L. 1. *Flaminii cons. non potest* in D. invenit. *Tà non potest* praefert Gaertn. qui in principio hujus §. legebat, *Non excessisse*, pro *Nam*. Antiquiores edd. corruptissime habent: *Nam excessisse pugna ad Trebiam T. Sempronius in annum M. Servilii et C. Flaminii non potest;* quod primus Aldus in erratis emendavit, substituens id, quod nunc exstat.

Digitized by Google

sulatum iniit, creatus ab Ti. Sempronio consule; qui, post pugnam ad Trebiam ad creandos consules Romam quum venisset, comitiis perfectis ad exercitum in hiberna rediit.

1 XVI. Sub idem fere tempus et legati, qui redierant a Karthagine, Romam retulerunt, omnia hosti-
2 lia esse, et Sagunti excidium nunciatum est: tantusque simul moeror Patres, misericordiaque sociorum peremtorum indigne, et pudor non lati auxilii, et ira in Karthaginienses, metusque de summa rerum

Flaminius Arimini consulatum iniit, creatus ab Ti. Sempronio consule] *Flaminius consulatum iniit Arimini* Hav. *consulatum iniit Flaminius Arimini* Hafn. *Flaminius Arvami consulatum iniit* Gaertn. Sed vox *Arimini* deficit in Voss. et Lov. 1. 2. 3. ac 4. Deinde *creato T. Sempronio consule* Lov. 4. *creatus Titus Sempronius consul* Lov. 5. Harl. et Hav. *creatus est Sempronius consul* Gaertn. *creatus T. Sempronius cons.* Lov. 1. et 2. *creatus. Et Sempronius*, omissa voce sequenti, Rec. *creatus T. Sempronio consule* quaedam edd. antt.

§. 1. *Et Sagunti excidium nuntiatum est*] Ita hic et mox §. 5. edidit Clericus contra codd. et vett. edd. auctoritatem, qui uno ore *excidium* legunt, nisi quod *exercidium* sit in Lov. 5. V. ad 5, 15, 9. Paullo ante *ab Carthagine* Flor. Lov. 1. 2. 3. et Hav. Tum *Romam redierunt* Cant.

§. 2. *Tantusque simul moeror Patres, misericordiaque sociorum peremtorum indigne*] Vocem *simul* edd. ante Aldum omiserunt; quae ideo primis editoribus displicuisse videtur, quod semel tantum ponatur. Id tamen Livio frequens esse, videbimus ad 33, 12, 2. Praeterea *Patres* exsulat ab edd. vett. quam vocem primi restituerunt Moguntini. *miseria sociorum* Rec. *et midq; sociorum* Gaertn. *unaq; sociorum* Hav. *misericordiaque peremtorum sociorum indigne* edd. Aldina priores. *misericordia sociorum indigne peremtorum* Rec. Mox *in Carthaginiensem* Ber. et edd. vett. Tum *summa rerum accepit* Lov. 3. Deinde *veluti si jam ad portas hostis esset*, pro *velut*, Ber. *velut si jam ad portas hostis essent* Gaertn.

Trepidarent magis, quam consulerent] Vet. lib. *consultarent.* SIG. Temere mutavit Sigonius: quippe Pall. tres et vetusta ed. *quam consulerent.* GEBH. *consultarent* ab unico Sigonii libro: caeteri, ut olim editi, *consulerent.* Quod non intellexit, qui mutavit. Est enim, quam rem bene gererent, consulto agerent. Terentius [in Heaut. 5, 2, 9.]

Ubi te vidi esse animo omisso,
et suavia in praesentia
Quae essent, habere, neque consulere in longitudinem.

Digitized by Google

cepit, velut si jam ad portas hostis esset; ut, tot uno tempore motibus animi turbati, trepidarent magis, quam consulerent. Nam neque hostem acriorem 3 bellicosioremque secum congressum; nec rem Romanam tam desidem umquam fuisse atque inbellem. Sardos, Corsosque, et Istros, atque Illyrios, 4 lacessisse magis, quam exercuisse, Romana arma: et cum Gallis tumultuatum verius, quam belligeratum. Poenum, hostem veteranum, trium et viginti anno- 5 rum militia durissima inter Hispanas gentes semper

Sallustius ad Caesarem [de Rep. ordin. ep. 1, 1.] *Id evenit, quia plerique rerum potentes perverse consulunt.* Cato [5. Orig. apud Gell. 7, 3.] *Mihi magnae curae est, quod haec res tam secunda processerit, ne quid in consulendo adversi eveniat.* J. FR. GRON. Nulli etiam meorum codd. adsentiuntur Sigonii vet. lib. cujus librarius more sollemni *consulere* et *consultare* confudit. Hujus erroris, qui in membranis frequens est, alia exempla v. ad 2, 57, 2. 5, 25, 8. 9, 3, 1. 23, 32, 3. 26, 10, 2. 35, 47, 2. (*36, 3, 9.) et ad Epit. Liv. 54.

§. 3. *Hostem acriorem bellicosioremque*] Restat in Pal. sec. *Nam neque hostem acriorem esse bellicosioremque secum congressum.* GEBH.

§. 4. *Histros atque Illyricos*] *Istros atque Illyrios* Capit. Triumphi. Nominat bella, inter primum et secundum Punicum bellum gesta cum Sardis, Corsis, Istris, Illyriis et Gallis, de quibus triumphi aliquot acti sunt. SIG. Pal. tert. *Sardos, Corsosque, atque Istros et Illyricos.* GEBH. Recte Sigonius *Istros et Illyrios.* De priori v. ad 41, 1, 1. de posteriori supra ad Epit. Liv. 20. Quod tamen Fast. Capit. Triumph. testes advocet, ad soloa Illyrios pertinere potest. Illa enim pars, qua triumphi de Istris referuntur, hodie periit.

Tumultuatum magis, quam belligeratum] Pulere Flor. *et cum Gallis tumultuatum verius, quam belligeratum.* praesertim quum *τὸ magis* proxime praecedat. V. ad 4, 33, 3. 5, 25, 5. *Nihil de collatione dicere stipis verius, quam decimae.* 40, [27, 10.] *Ab Liguribus, latronibus verius, quam hostibus justis, Romanum exercitum obsideri.* 41, [18, 3.] *Pecora in fanis trucidant verius passim, quam rite sacrificant.* J. FR. GRON. Similiter etiam Cant. et Voss. Supra 2, 26, 1. *Tumultus enim fuit verius, quam bellum.* Infra 22, 19, 11. *Tentata verius pugna, quam inita, in fugam averterunt classem.* V. etiam Gronov. ad 22, 23, 3.

§. 5. *Poenum, hostem veteranum, trium et viginti annorum militia*] Lege *XVIII. annorum,* non *XXIII.* † „Hic omittit V. „annos belli Africi pudendo er„rore. rite igitur legitur *XXIII.* „non *XVIII.*" † Amilcar enim

Digitized by Google

victorem, primum Hamilcare, deinde Hasdrubale, nunc Hannibale duce acerrimo adsuetum, recentem ab excidio opulentissimae urbis, Iberum transire: 6 trahere secum tot excitos Hispanorum populos: conciturum avidas semper armorum Gallicas gentes. cum orbe terrarum bellum gerendum in Italia ac pro moenibus Romanis esse.

novem imperavit annos, Asdrubal octo, unum Annibal, auctore Livio: si quidem intelligendum est, octavum annum Asdrubalis primum esse Annibalis. Error ex notis natus. *V* enim in *X* mutatum est. SIG. Sigonius *XVIII*, vel *duodeviginti*. Amilcarem enim novem imperasse annis, Hasdrubalem octo, Hannibalem uno. Scilicet haec imperia illorum ducum in Hispania sunt. At Livius Poenum militem veteranum tot annorum vocat, quot intersunt inter bellum Punicum primum et secundum. Vult enim nos cogitare, partem earumdem legionum bellum Africum, quod pacem Romanam statim secutum est, confecisse. J. FR. GRON. *XXIII annorum* Ber. *trium et triginta annorum* Lov. 3. Fateor notas numerales *V* et *X*, adeoque *XVIII* et *XXIII*, facile commutari potuisse. V. ad 89, 29, 7. Conjecturam tamen Sigonii probare nequeo. Ex iis enim, quae ipse notavit supra hoc lib. c. 6, 2. patet, vel secundum Livii calculum hunc non primum, sed tertium annum Hannibalis esse, qui, additi novem Hamilcaris, et octo Hasdrubalis annis, efficiunt viginti annos.

Semper victorem etc. *adsuetum*] Vellem, aliquis liber haberet *vincere*. 4, [31, 4.] *Moesta civitas vinci insueta*. 10, [6, 11.] *Minus autem tetendere, adsueti jam tali genere certaminum vinci*. 23, [40, 10.] *Diu pugnam ancipitem Poeni, Sardis facile vinci adsuetis, fecerunt*. 27, [39, 8.] *Nec videre ipsi advenam in sua terra adsueti*. J. FR. GRON. 10, 41, 2. *Per aliquot jam annos vinci adsueti*. Sed et nostri omnes *victorem* servant.

Primum Hamilcare, deinde Hasdrubale, nunc Hannibale] Horum omnium nec vola nec vestigium in Flor. Voss. Gud. Men. membranis. J. FR. GRON. Desunt eadem in Cant. Lovel. quinque, Ber. Hafn. Hav. omnibus Crevier. et Hearnii L. 1. ac N. in cujus tamen postremi margine adscripta visuntur. Praeterea *duci acerrimo adsuetum*, pro *duce*, Flor. Lovel. 1. 2. 3. 4. Voss. Ber. Hafn. Hav. et codd. Crevier. Verum, si verbis praecedentibus *vincere*, pro *victorem*, quis probet, is vulgatum *duce* hoc loco tueri debet; at, qui ibi *victorem* praefert, et a manuscriptis omissa delenda putat, hic utrumvis *duce* vel *duci* admittere potest: Livium enim utroque modo locutum esse, videbimus ad 31, 35, 3. Verisimilius tamen videtur, *duci*, quam *duce*, a manu librarii esse. Praeterea *recenter ab excidio*, pro *recentem*, Lovel. 4. Denique perperam iterum *exscidio* Clericus. V. ad §. 1.

§. 6. *Trahere secum tot ex-*

Digitized by Google

XVII. Nominatae jam antea consulibus provin- 1
ciae erant; tum sortiri jussi. Cornelio Hispania,
Sempronio Africa cum Sicilia evenit. Sex in eum 2
annum decretae legiones, et sociûm quantum ipsis
videretur, et classis quanta parari posset. Quatuor 3
et viginti peditum Romanorum millia sunt scripta,
et mille octingenti equites: sociorum quadraginta

citos Hispanorum populos] Vocula *tot* deerat a m. 1. in Ber. Tum *exercitus Hispanorum populos* legit Gaertn. *excitos Hispanos populos* Ber. qui cum Gaertn. mox alio ordine *semper avidas* exhibet.

Bellum gerendum in Italia ac pro moenibus] *belligerandum* Lovel. 3. quod librarii esse puto, cujus memoriae illa vox adhuc inhaerebat ex praecedentibus verbis hujus cap. *Tumultuatum verius, quam belligeratum.* Certe nulli codd. alii consentiunt. Tum *in Italia pro moenibus* Ber.

§. 1. *Tum sortiri jussi. Cornelio*] Et hic suspicor fecisse Livium, *erant: tum sortiri jussis Cornelio Hispania, Sempronio Africa cum Sicilia evenit.* J. FR. GRON. V. supra ad 3, 22, 3. Ceterum *P. Cornelio* Ber. *T. Cornelio* Hearnii N. in margine. In verbis praecedentibus *Nominatae jam ante*, pro *antea*, Lovel. 2. 3. 4. Harl. Gaertn. et Hav. V. ad 40, 12, 3. In sequentibus autem *cum Sicilia venit* Hafn. et Lovel. 3.

§. 2. *Et sociorum quantum ipsis videretur, et classis*] Pall. pr. et sec. *et sociûm.* GEBH. Similiter Flor. Cant. Voss. a m. 1. Lov. 1. 4. Harl. Hafn. Rec. Hav. et Hearnii N. in margine. Et amat hanc contractionem Livius. Infra 22, 27, 11. *Sociûmque et Latini nominis auxilia diviserunt.* ubi unus etiam *sociorumque.* 40, 6. *Legioni Romanae et sociûm peditum equitumque duobus millibus praeficiunt.* 26, 18, 6. *Tribunis militum ac praefectis sociûm imperavit.* V. etiam ad 23, 24. 8. 27, 41, 7. 32, 33, 4. Et ita in aliis etiam vocibus contrahere Livius amavit. V. infra ad 22, 22, 5. ubi se ex suis *sociûm* dedisse Gronovius testatur. Tum *videtur* Gaertn. Vide ad 40, 14, 3. Deinde vocula *et* secundo loco deest in Ber. *et classis quanta parari posset* Lovel. 3. *et classe quanta parari posset* Lovel. 4. *et classis quantum parari posset* quaedam ex vett. edd.

§. 3. *Sunt scripta, mille et octingenti equites*] Ab omnibus libris abest τὸ *mille.* GEBH. Abest etiam a Cant. Voss. Lovel. quinque, Harl. Ber. Gaertn. Hav. Hearnii L. 1. D. N. Exc. Pithoei, et edd. antt. Primus Aldus in erratis id adscivit, legens *mille et octingenti*, quod deinceps servatum est usque ad Cl. Jac. Gronov. qui substituit *et mille octingenti.* Numerus millenarius omnino est necessarius. Legio enim Romana constabat ex quatuor millibus peditum et trecentis equitibus. V. quae notantur ad 8, 8, 14. et ipsum Livium mox hoc ipso cap. §. 5. Hoc au-

Digitized by Google

millia peditum, quatuor millia et quadringenti equites: naves ducentae viginti quinqueremes, celoces
4 viginti deductae. Latum inde ad populum, *vellent, juberent, populo Karthaginiensi bellum indici.* Ejusque

tem anno scriptae erant sex legiones, ut Livius modo dixit; eae vero efficere debent viginti quatuor millia peditum, et mille octingentos equites. Reliquis igitur corruptior est Lovel. 5. qui non modo *mille* omisit, sed etiam pro *Decc* legit *Decē* sive *decem*. qui error ex ductuum similitudine natus est. In plerisque autem codd. *τὸ mille* excidit, quod forte scriptum foret hac *M*. vel hac ∞ nota, quam librarius non intellexit, et ideo omisit. V. ad 39, 42, 3. Sane in Flor. exstat *et* ∞ *DCCC equites.* Unde patet, idoneo satis auctore Cl. Jac. Gronov. ordinem verborum mutasse. Praeterea *subscripta*, pro *sunt scripta*, Voss. Lovel. 2. 3. et Hafn. At *subsunt scripta*, utraque lectione juncta, Gaertn. *Τὸ sunt* deficit in Flor. et Cant. Insuper in verbis praecedentibus *millia peditum Romanorum*, trajectis vocibus, Gaertn.

Sociorum quadraginta quatuor peditum, et quatuor equitum millia] Quantis copiis primo Punici secundi belli anno Romani dimicarint, adhuc male traditum est. In sociorum numero non conveniunt scripti cum editis. Florentinus, *sociorum XL peditum IIII et CCCC equites.* Ubi duo numeri ita sunt pronunciandi, ut addas *millia.* Petav. *sociorum LIIII millia peditum, et quadringenti equites.* Gudianus, *sociorum quadraginta millia peditum, quatuor millia et quingenti equites.* Vera est omnino Florentina lectio. Nam infra (hoc cap.) ubi de Cornelii copiis agit, pro eo, quod editur, *equitibus mille ducentis*, Flor. Voss. Gud. Pet. *equitibus mille sexcentis.* Editiones antiquae ab Andrea usque ad Moguntinos, *equitibus sexcentis.* Aldus quoque *equitibus mille sexcentis.* Sed in corrigendis, inito scilicet, quem putabat, numero, *mille ducentis*: idque primus expressit Juntas. Quod autem Manlius dicitur habuisse *quatuordecim millia sociorum peditum*, Aldo debetur. Andreas, *duas legiones Romanas et quadringentos quinquaginta sociorum peditum.* Retinuerunt Mediolanensis et Tarvisina. At duae Venetae, Ascensius, Moguntini, Saveterius, *duas legiones Romanas et quatuordecim millia et quadringentos quinquaginta sociorum peditum.* Becharius, *quatuordecim millia et sexcentos sociorum peditum.* Haec omnia ludibria sunt lascivientium ingeniorum. Florentinus *duas legiones Romanas et CCLCC sociorum peditum.* Vossianus *et CCICC soc. ped.* Gudianus *et CCCCL. soc. ped.* en fontem illorum *quadringentorum quinquaginta.* Petav. *CCLX. sociorum peditum.* Ea monstra genuit ignoratio Latinorum numerorum. Nam Flor. et Vossianus significabant *CCIↃↃ*, hoc est decem millia. Jam collige numeros. Dictum est, in universum fuisse sociorum quadraginta millia peditum, equitum quatuor millia quadringentos. Ex his Sem-

Digitized by Google

que belli caussa supplicatio per urbem habita, atque adorati Dii, ut bene ac feliciter eveniret, quod bellum populus Romanus jussisset. Inter consules ita copiae divisae. Sempronio datae legiones duae, (ea quaterna millia erant peditum, et trecenti equi-

pronius habuit peditum 16000, Cornelius 14000. junctim 30000: adde decem millia Manlii: conficiuntur quadraginta millia. Equitum Sempronius habuit 1800, Cornelius 1600: qui sunt 3400: adde Manlianos mille: existunt quatuor millia quadringenti. J. FR. GRON. *sociorum quadraginta quatuor peditum, et CCCC equites* Lovel. 2. 5. Gaertn. Hafn. et Hearnii D. ac N. *sociorum quadraginta quatuor millia peditum, et CCCCti equites* Ber. At Flor. consentiunt Cant. Harl. et Exc. Pithoei. Gronovii libris suos consentire, Crevier. monuit. Probo itaque sententiam Gronovii, scribentis *sociorum quadraginta millia peditum, quatuor millia et quadringenti equites.* Hanc scripturam firmant non parum Voss. Lovel. 1. 3. 4. Hav. et Hearnii L. 1. qui, licet corrupti, omnia haec vocabula, consentiente ed. Rom. anni 1472. omiserunt: quod accidit, quia proxime praecedens vox eadem erat atque ultima hujus periodi. V. ad 9, 11, 11. Haec autem omissio non ita facile accidere potuisset, si ultima vox hujus diversa fuisset ab ultima praecedentis periodi. Posset tamen etiam *τὸ millia* priori loco omitti. V. quae notantur ad 36, 14, 1.

Naves ducentae viginti quinqueremes, celoces viginti deductae] Flor. *naves CCXXV remes quinque, celoces viginti deducti.* Cant. etiam *deducti.* At *naves quinqueremes CCXX* Rec. *naves ducentae et viginti quinqueremes* Ber. Deinde *calones viginti* Lovel. 3. *celotes viginti* Lov. 4. quomodo iidem codd. etiam mox legunt §. 5. De celocibus v. Scheff. 2. de Mil. Nav. 2.

§. 4. *Latum inde ad populum, vellent, juberent, populo Karthaginiensi bellum indici*] Hanc elegantissimam formulam commutant Pall. duo, quorum primus *juberent quoque.* sec. *juberentne.* GEBH. *Latum deinde ad populum* Ber. et Hav. Hinc *vellent et juberent* Hearnii N. in margine. *vellent jubere* Lov. 3. *vellent juberentne* Ber. Sed recte Gebhardus censuit, nihil mutandum esse. V. Brisson. 2. de Form. in princ. Deinde *populo Carthaginiensium* Hearnii D. V. ad 45, 23, 15.

Adorati Dii, ut bene ac feliciter eveniret] *adorti Dii* Hav. Tum *bene feliciterque* Ber.

§. 5. *Ea quaterna millia erant peditum, et trecenti equites*] Hic numerus unius est legionis, non duarum. Itaque scribendum: *eae* (puta singulae) *quaterna millia habebant peditum, et trecentos equites.* Aut *ea octo erant millia peditum et sexcenti equites.* Nam et infra L. Manlio in Gallia, cui duas item legiones, sexcentos assignat equites: et 24000 peditum, 1800 equites Romani sic fuerunt descripti inter Sempronium, Cornelium, Manlium, ut singuli 8000. peditum, sexcentos equites haberent. J. FR. GRON. *eae* est etiam in Lipsio 2. de Milit.

Digitized by Google

tes) et sociorum sexdecim millia peditum, equites mille octingenti: naves longae centum sexaginta, ce-
6 loces duodecim. Cum his terrestribus maritimisque copiis Ti. Sempronius missus in Siciliam; ita in Africam transmissurus, si ad arcendum Italia Poenum
7 consul alter satis esset. Cornelio minus copiarum datum, quia L. Manlius praetor et ipse cum haud

Rom. 5. hunc locum citante. DUK. Codd. nihil mutant, nisi quod, trajectis vocabulis, *millia peditum erat* legat Lovel. 4. tum *et equites trecenti* Harl. et Gaertn. Ultima itaque Gronovii conjectura longius a Mstorum lectione abit, quam ut probari possit. Neque etiam caussam satis justam habere potuit, cur τῷ *erant* subponeret *habebant*. Livius enim, ut hoc loco, etiam infra locutus est 33, 4, 3. *Macedonum vero phalangem* etc. *mansuram invictam. Decem et sex millia militum haec fuere.* Minori mutatione Doujatius ita legi posse opinatur: *eae quaternûm millium erant peditum, et trecentorum equitum*, caussatus, facile errari potuisse, siquidem numeri per notas plerumque scribebantur. Id non nego; verum ita tamen ex *equites* faciendum erit *equitum*. Vide igitur, num minori adhuc mutatione legendum sit *eae quaterna millia erant peditum, et treceni equites*. Ita secundum vim numeri distributivi Livius dicet, quamque duarum legionum fuisse quatuor millia peditum, et trecentos equites. Saepissime vero librarios numerum distributivum in cardinalem mutasse, infra videbimus ad 32, 28, 11. Similiter et Crevier. conjecisse animadverto. Quamvis autem Gronovii conjectura *eae* pro *ea*, quam etiam Doujatius probavit, non displiceat, puto tamen, Clericum malo exemplo, et contra fidem in praefatione datam, eam in contextum admisisse, non monito lectore.

Sociorum sedecim millia peditum, equites mille octingenti] *et sociorum* Flor. Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. Ber. Gaertn. Hav. Hearnii N. et priscae edd. Primus deinde Aldus copulam omisit; quam loco restitui, et verba proxima per parenthesin dicta accipio hoc modo: *Sempronio datae legiones duae, (eae quaterna millia erant peditum, et treceni equites) et sociorum* etc. Insuper *et equites mille* Gaertn. et Hearnii N. in quo posteriore tamen τὸ *et* iterum a m. 2. deletum est.

§. 6. *Consul alter satis esset*] *consulum alter* Lovel. 1. Ita saepissime Livium locutum esse, dictum est ad 9, 32, 2. Hic tamen reliquorum codd. in vulgatum consensus efficit, ne quid mutandum censeam. Paullo ante *Cum terrestribus*, omissa media voce *his*, Rec.

§. 7. *Quia L. Manlius praetor et ipse cum haud invalido praesidio in Galliam mittebatur*] Meminit hujus praetoris etiam Polybius [3, 40.] Caeterum hoc anno L. Manlius, C. Terentius Varro, M. Aemilius, C. A-

Digitized by Google

invalido praesidio in Galliam mittebatur. Navium 8
maxime Cornelio numerus deminutus. sexaginta quin-
queremes datae (neque enim mari venturum, aut ea
parte belli dimicaturum hostem credebant) et duae
Romanae legiones cum suo justo equitatu, et qua-
tuordecim millibus sociorum peditum, equitibus
mille sexcentis. Duas legiones Romanas, et decem 9

tilius Serranus praetores a Livio memorantur: L. Manlius Galliam, C. Atilius Ligures, M. Aemilius Siciliam, C. Terentius urbanam jurisdictionem obtinuisse videtur. SIG. V. etiam Pighium in Annal. ad ann. DXXXV. p. 149. Ceterum *Q. Lutius Manlius* legit Lovel. 3. *quia Manlius* Rec. Deinde *ipse secum haud invalido praesidio* Voss. Lovel. 1. 2. 3. Hafn. et Gaertn. At syllaba prima *τοῦ secum* perperam ex voce praecedenti est repetita. *ipse secum haud invalido praesidio et ipse secum mittebatur* Ber. a m. 1. pro quo postea datum est *ipse cum haud.* Paullo ante addita voce *Cornelio Scipioni minus copiarum* Rec.

§. 8. *Cornelio numerus deminutus*] Ita semper edidit Gronovius in Livio; quem secutus Hearnius observat, *diminutus* esse in suo N. Ipse etiam id in plerisque Mstis reperi. At *deminutus* exhibet optimus Flor. Similiter infra 22, 60, 15. et alibi. V. supra ad 2, 1, 7. Adde Gebhard. ad Cic. 4. ad fam. 5. Cel. Burmann. ad Suet. Caes. 5. et 11. et ad Aug. 41.

Aut ea parte belli dimicaturum hostem credebant] Aliquot libri veteres non habent vocem *belli*, nec necessaria ea est. SIG. Id est, eo genere belli. Sigonius notat, aliquot libros veteres non habere *belli*, nec necessariam eam vocem esse. Aliter judicavit Livius: a quo hoc ipse libro habes [c. 22, 4.] *Classis praeterea data est ad tuendam maritimam oram, quia, qua parte belli vicerant, ea tum quoque rem gesturos Romanos credi poterat.* Iterumque [c. 41, 4.] *Equestri proelio, qua parte copiarum conserendi manum fortuna data est.* 22, [19, 3.] *Navibus prope terram, exercitum in littore ducebat, paratus confligere, quacumque parte copiarum hostis occurrisset.* Rursum [c. 44, 4.] *Locis natis ad equestrem pugnam, qua parte virium invictus erat.* 23, [26, 2.] cum dixisset, Cn. Scipionem terra, Publium navibus rem gessisse, *Hasdrubal, Poenorum imperator, neutri parti satis fidens.* Justinus 6, [2.] *Inferioremque eum ea parte virium inveniri, qua longe superior sit.* Tacitus in vita soceri [25.] *Classe quae ab Agricola primum assumpta in partem virium sequebatur.* J. FR. GRON. Hoc lib. c. 53, 1. *Gaudio efferri, qua parte copiarum alter consul victus foret, ea se vicisse.* c. 54, 6. *Primum omnem equitatum ferox ea parte virium*, etc. *eduxit.* 22, 15, 9. *In proelium rediit, omni parte virium inpar.* 37, 18, 5. *Per levia certamina expertus, nulla parte virium se parem esse.* Ex nostris unus

Digitized by Google

millia sociorum peditum, mille equites socios, sexcentos Romanos Gallia provincia eodem anno versa in Punicum bellum habuit.

XVIII. His ita comparatis, ut omnia justa ante bellum fierent, legatos majores natu, Q. Fabium, M. Livium, L. Aemilium, C. Licinium, Q. Baebium, in Africam mittunt ad percunctandos Karthaginienses, publicone consilio Hannibal Saguntum obpu-

Rec. libris Sigonii adsentitur. Praeterea *putabant* edd. antt.

Equitibus mille ducentis] Gronov. supra hoc cap. ad §. 3. ex quatuor Mstis, quibus et suos concinere Crevier. testatur, *equitibus mille sexcentis* optime emendavit: quod insuper apud me superest in Lov. 2. 5. Ber. a m. 2. Harl. Gaertn. Hav. et Hearnii N. Proxime accedit Hafn. *equitibus mille sexingentis* praeferens, ut et Lovel. 3. in quo est *equitibus inde DC.* ubi notam millenarii numeri *M* non adsecutus est librarius, sed ex ea, in literas duas *in* dissoluta, et ex superaddita nota fecit *inde:* quem eumdem errorem etiam in litera *M*, praenominis *Marci* nota, commissum esse, vidimus ad 4, 52, 4. *equitibus sexcentis* edd. antt. omissa numeri millenarii nota, quam operae typographorum non intellexerunt. V. ad 39, 42, 3.

§. 9. *Duas legiones Romanas et quadringentos quinquaginta sociorum*] Vera et sincera lectio est, quod Polybius plane demonstrat, *Duas legiones Romanas et quatuordecim millia sociorum.* SABELL. Hinc intelligere est, lectionem, quae vulgo adhuc apud Livium circumfertur, ex Sabellici conjectura receptam esse. *et ducentos et X in sociorum* legit Hafn. *et CCL sociorum* Voss. Lovel. 2. ac 3. *et CCCL sociorum* Lov. 4. et Hearnii N. quorum posterior in margine habet adscriptum *et quadringentos quinquaginta sociorum*, atque *et CCLXX sociorum.* quae ultima lectio etiam exstat in Harl. et Hearnii D. *et CCLCC sociorum* Cant. quomodo etiam Gronovius supra hoc cap. ad §. 3. se in Flor. invenisse monuit, unde emendabat et *ccloo sociorum*; quod in Exc. Pithoei superesse, Hearne auctor est, nisi quod interpretationis caussa $\overline{X}$ adjectum habeat. Sane *et X. M. sociorum* inveni in Lovel. 5. et Ber. a m. 2. quod iterum in contextum recepi, inde ejecta Sabellici conjectura, nullius cod. testimonio comprobata. Insuper *Et duas legiones* legit Flor.

Mille equites socios, sexcentos Romanos] Post *mille, quadringentos quinquaginta* ponit Polybius; quo appareat, utrobique librariorum incuria Livianam lectionem depravari contigisse. Erit id facilius judicatu, si quis Romanae militiae sit vel mediocriter peritus. SABELL. Sabellici mentem non intellexerunt, qui primis editionibus, quae adnotationes ejus exhibent, praefuerunt. Vult enim voces *quadringentos quinquaginta* hic post τὸ *mille* inserendas, *mille quadringentos quinquaginta e-*

Digitized by Google

gnasset? et si, id quod facturi videbantur, faterentur, ac defenderent publico consilio factum, ut indicerent populo Karthaginiensi bellum. Romani 3 postquam Karthaginem venerunt, quum senatus datus esset, et Q. Fabius nihil ultra, quam unum, quod mandatum erat, percunctatus esset; tum ex Karthaginiensibus unus: *Praeceps vestra, Romani, et* 4 *prior legatio fuit, quum Hannibalem, tamquam suo*

quites socios: at illi in superioribus post *millia* inseruerunt, edentes *quatuordecim millia et quadringentos quinquaginta sociorum peditum*. Insuper neque Sabellici conjecturam probandam, sed receptam lectionem genuinam esse, evincit Gronov. supra hoc cap. §. 3.

Gallia provincia eodem anno versa in Punicum bellum] Pall. tres, Andreae et Petri Justini Philelfi Mediolanensis editio *Gallia provincia eodem versa in Punicum bellum*. GEBH. Omnes scripti deficiunt *τῷ anno*. Nec minus Andreas, Tarvis. Ven. Ascen. Beccarii in prima invenio Moguntina. Sed suppleverunt, qui *τὸ eodem* leviter corruptum esse non animadverterunt. Scribendum *Gallia provincia, nondum versa in Punicum bellum habuit*: hoc est, priusquam eo adducerent ambo consules copias suas Hannibali opponendas: priusquam ea sedes et campus belli Punici fieret. J. FR. GRON. In nullo etiam meo *τὸ anno* inveni: quod etiam abesse ab suo N. Hearnius monuit, quae reliquorum codicum lectio fuerit filens. Quamvis autem Gronovii conjectura non displiceat; puto tamen, Clericum eam pessimo exemplo, praesertim nihil monito lectore, in contextum recepisse.

§. 1. *M. Livium, L. Aemilium*] Hic *M. Livius*, qui postea *Salinator* dictus est, esse non potest, quod consul esset tum, cum haec legatio missa est, vel reus, vel damnatus, ut l. 29. apparet. † „Glareanus omnino putat, Salinatorem fuisse.„ † SIG. Vocem *Livium* in D. *τὰ L. Aemilium* in L. 1. deesse, Hearne monuit.

Q. Baebium] Pal. pr. *Qu. Bebinium*. GEBH. Ita et Voss. Lovel. 1. 2. et Hearnii N. *Q. Bellium* Ber.

Ad percunctandos Karthaginienses, publicone consilio Hannibal Saguntum obpugnasset] Pal. tert. *expugnasset*. GEBH. Solent illa verba commutari. V. infra hoc lib. ad c. 57, 6. Praeterea *ad percunctandum Karthaginienses* Lovel. 3. Hafn. et Rec. V. ad 40, 49, 1.

§. 2. *Si, id quod facturi videbantur, faterentur*] *facturi videbantur, facerent* Flor. quod, adposito signo, sibi non displicere Salvin. testatus est. Ego tamen vulgatum praefero.

§. 3. *Unus princeps: Vana, Romani, inquit, et prior legatio fuit*] Pall. pr. cum sec. *unus praeceps*. Caeterum omnes *Vestra, Romani*. perperam. GEBH. Sic primus Ascensius. Priores omnes *Vestra*. quod et Aldus retinuit, sed in erratis

Digitized by Google

consilio Saguntum obpugnantem, deposcebatis: ceterum haec legatio verbis adhuc lenior est, re asperior.
5 *Tunc enim Hannibal et insimulabatur, et deposcebatur. nunc ab nobis et confessio culpae exprimitur: et,*
6 *ut a confessis, res extemplo repetuntur. Ego autem non, privato publicone consilio Saguntum obpugnatum sit, quaerendum censeam: sed utrum jure, an*

jubet pro eo restitui *Vana. princeps* est a Mediolanensi. Pro eo Andreas Romae, Flor. Voss. Gud. duo Pall. *praeceps*. Denique *tò inquit* arcent Flor. et Gudianus. Quibus auctoribus scribe: *tum ex Carthaginiensibus unus: Praeceps vestra, Romani, et prior legatio fuit.* quid enim *praeceps* aliud, quam temeraria, inconsiderata? J. FR. GRON. *unus princeps: vestra, Romani, inquit, et prior legatio fuit iniqua* Ber. et Brancal. Latinii. *unus princeps: vestra, Romani, iniqua et prior legatio fuit* Hafn. *praeceps*, pro *princeps*, etiam Lovel. 4. 5. Hearnii N. in contextu, et edd. Rom. anni 1472. ac Parm. at tota ea voce caret Lovel. 3. Deinde *vestra*, pro *vana*, insuper Lovel. 1. 2. Harl. Gaertn. Hav. et apud Hearnium D. ac N. Denique *inquit* omittitur in Lovel. 3. sed eo transposito *inquit*, *Romani* Harl. *Tum ex Karthaginiensibus unus: Praeceps vestra, Romani, et prior legatio fuit* Cant. Quare Gronovii, ita ex Flor. emendantis, lectionem non tantum probavi, sed etiam in contextum admisi, quam eamdem etiam Crevier. suorum fide firmatam recepit. *Praeceps* et *Princeps* passim in Mstis confunduntur. V. ad 2, 46, 4. 4, 33, 7. 7, 1, 9. hoc lib. c. 35, 3. et 37, 20, 10. Recte autem *praeceps* exponit temeraria, inconsiderata. Supra 9, 24, 2. *Aut tempore longinqua, aut praeceps periculo victoria esset.* 41, 10, 5. *Praeceps in provinciam abiit; ubi inconsultius, quam venerat, se gessit.* et eodem cap. §. 13. *In provinciam aeque ac prius praecipiti celeritate abit.* Praeterea *inquit, ait, dicit,* et similia, quae Livius omittere solet, saepe numero a librariis perperam addita fuisse, infra videbimus ad 23, 45, 6. Doujatius edidit, *ex Carthaginiensibus unus: Praeceps, Romani,* omissa voce *vestra*, atque ita meliores codices et antiquissimas edd. habere notavit. Vellem, vel unum eorum codd. aut edd. nomine indicasset. Certe in meorum nullo eam lectionem observavi. Quare in hanc veni opinionem, eum ex praecipiti festinatione, qua Gronovium consuluit, in illum errorem incidisse.

§. 4. *Haec legatio verbis adhuc lenior est, re asperior*] *Tò adhuc* exsulat a Ber. quam vocem transponens Crevier. malebat *verbis lenior est, re adhuc asperior.* Deinde *levior est* Lovel. 4. Harl. et Hafn. V. ad 36, 31, 8. Verbum autem *est*, quod codd. constanter servant, non adparet in ulla ante Aldum editione. Paullo ante *uno consilio*, pro *suo*, Hafn. *consilio suo*, Ber.

§. 5. *Nunc ab nobis et confessio culpae exprimitur*] *nunc*

Digitized by Google

injuria. Nostra enim haec quaestio atque animad- 7
versio in civem nostrum est; nostro, an suo fecerit arbitrio. Vobiscum una disceptatio est, licueritne per foedus fieri. Itaque quoniam discerni placet, 8
quid publico consilio, quid sua sponte imperatores faciant; nobis vobiscum foedus est a Lutatio consule ictum: in quo quum caveretur utrorumque sociis,

ab vobis Hearnii N. *a vobis* Hav. et quaedam vett. edd. pro quo aliae praeferunt *a nobis*, ut in multis etiam codd. superest. Cl. Jac. Gronovius demum dedit *ab nobis*. Sequens *et* abest a Lovel. 4. V. ad 2, 44, 3. ejus loco *aut* obfert Gaertn.

§. 6. *Non, privato publicone consilio Saguntum obpugnatum sit, quaerendum censeo*] Pall. tres et duae edd. *quaerendum censeam*. GEBH. *quaerendum censeo* a Moguntino accepimus. Priores *censeam*. Quod quia sanciunt Flor. Gud. Voss. tres Pall. revocandum judico. J. FR. GRON. Idem sanciunt Cant. Lovel. quinque, Harl. Gaertn. Rec. et codd. Hearnii. Deinde *non privato publicove* Voss. Lovel. 3. 4. Ber. a m. 1. Hav. et Hearnii L. 1. *non publico privatove* edd. Aldina priores. *non an privato publicove* Ber. a m. 2. *num privato publicove* Lov. 2. *non privato an publico* Harl. et Hearnii N. Mox *sed* deest in Lovel. 2. Verum *vel utrum jure, vel injuria* exhibet Lovel. 3.

§. 7. *Atque animadversio in civem nostrum est; nostro, an suo fecerit arbitrio*] Pall. pr. et sec. *quod nostro aut suo fecerit arbitrio*. GEBH. Ita et Voss. Lovel. 3. 4. Harl. et Gaertner. *quid nostro, aut suo fecerit arbitrio* Florent. et Cant. *quod nostro, an suo fecerit arbitrio* Lovel. 2. *idne nostro, an suo fecerit arbitrio* Ber. et Hav. *id scilicet nostro, an suo fecerit arbitrio* Rec. Praeterea *et animadversio in civem nostrum est* Harl. *atque animadversio est in civem nostrum* Ber. Insuper *Vestra enim haec quaestio*, pro *Nostra*, in praecedentibus Lovel. 3. quod commodum sensum habiturum non nego, si periodo addatur interrogatio: vulgatum tamen reliquorum consensu firmatum praefero. Ceterum voces *nostro an suo fecerit arbitrio. Vobiscum una disceptatio est* culpa librarii desunt in Lovel. 5. *Vobiscum una vel disceptatio est*, addita media voce, legit Lovel. 1. *Et vobiscum una disceptatio est* Flor. a m. 2.

§. 8. *Nobis vobiscum foedus est a Luctatio consule ictum*] *Lutatio* scribe. sic enim lapides Capit. sic Graeci, sic plerique veteres libri. SIG. Flor. *ac Lutatio*. Scribe *a C. Lutatio* J. FR. GRON. Ex ea lectione *ab Lutatio* scribendum esse, Salvinius conjecit. *a consule Lutatio* est in Ber. Consulis nomen *Lutatius*, ut monuit Sigonius, non *Luctatius*, scribendum esse, vidimus ad Epit. Liv. 19. Paullo ante *consilio publico* alio ordine Ber.

In quo caveatur utrorumque so-

Digitized by Google

nihil de Saguntinis (nec dum enim erant socii vestri)
9 *cautum est. At enim eo foedere, quod cum Has-*
drubale ictum est, Saguntini excipiuntur. adversus
quod nihil ego dicturus sum, nisi quod a vobis di-
10 *dici. Vos enim, quod C. Lutatius consul primo no-*
biscum foedus icit, quia neque auctoritate Patrum,
nec populi jussu ictum erat, negastis vos eo teneri.
itaque aliud de integro foedus publico consilio ictum
11 *est. Si vos non tenent vestra foedera, nisi ex aucto-*
ritate aut jussu vestro icta; ne nos quidem Hasdru-
balis foedus, quod nobis insciis icit, obligare potuit.
12 *Proinde omittite Sagunti atque Iberi mentionem face-*

ciis. nihil] Cant. *in quo cum cavetur utrorumque sociis, nihil de Saguntinis* etc. Quae scriptura non laevior. JAC. GRON. *in quo caveretur* Voss. *in quo cum caveretur* Flor. Ber. et Hafn. Et ita praeferunt mea cod. Cant. excerpta. *cavetur* et *cav'etur*, id est *caveretur*, ac similia passim commutari, probabimus ad 40, 14, 3. *cum* autem, vel *quum*, post *quo* facile excidere potuit. Codicum itaque illorum lectionem recepi. Mox *nil de Saguntinis (nondum erant socii vestri) cautum est* Lovel. 4.

§. 9. *Adversus quod nihil ego dicturus sum*] *nihil* deest in Hav. *ego* in Hearnii N. iis transpositis *ego nihil dicturus sum* legunt Flor. Lovel. 2. Harl. Ber. et Gaertner. *nihil eo dicturus sum* Lovel. 1. Paullo ante *At enim foedere* edd. Aldina priores, quae prima dedit *At enim eo foedere*, consentientibus scriptis.

§. 10. *Primo nobiscum foedus icit, quia neque auctoritate*] *foedus jecit* Flor. Voss. Lovel. 1. et Hearnii N. in margine, qui omnes codices simul cum Cant. et Hav. pariter legunt infra hoc cap. §. seq. De ipsa locutione v. supra ad 1, 25, 1. Deinde *nec auctoritate* Lovel. 4. 5. et Gaertner. forte quia sequitur *nec populi jussu*. Sed male. V. ad 9, 9, 14.

Itaque aliud de integro foedus publico consilio ictum est] Senatus Rom. non fetit conditionibus iis pacis, de quibus inter Lutatium imperatorem et Amilcarem convenerat; verum decem legatos in Siciliam misit, ex quorum sententia auctoritateque aliud ictum foedus, ac confirmatum est. auctor Polybius [1, 63.] SIG. *ita aliud* Lovel. 3. V. infra hoc lib. ad c. 53, 7. *item aliud* Gaertn. Tum *ab integro* Lovel. 3. et Hafn. quorum auctoritas non tanta est, ut me ad vulgatum mutandum inducat. V. supra hoc lib. ad c. 6, 5.

§. 11. *Nisi ex auctoritate aut jussu vestro icta*] Vet. lib. *nisi aut ex auctoritate aut jussu ve-*

Digitized by Google

re, et, quod diu parturit animus vester, aliquando pariat. Tum Romanus, sinu ex toga facto, *Hic,* 13
inquit, *vobis bellum et pacem portamus; utrum placet, sumite.* Sub hanc vocem haud minus ferociter,
daret, utrum vellet, subclamatum est. et quum is 14
iterum sinu effuso *bellum dare* dixisset, *accipere se*
omnes responderunt, *et, quibus acciperent animis,*
iisdem se gesturos.

XIX. Haec directa percunctatio ac denunciatio 1
belli magis ex dignitate populi Romani visa est,
quam de foederum jure verbis disceptare, quum an-
te, tum maxime Sagunto excisa. nam, si verborum 2

stro icta. Haec autem de foedere disceptatio apud Polybium est multis verbis [3, 21.] SIG. Intrusit Sigonius *nisi aut ex auctoritate* contra omnes libros, quos vidi. GEBH. Nullus etiam meorum Sigonii vet. lib. consentit. Plerique eorum in vulgatum conspirant. Sed *nec ex auctoritate aut jussu* habet Gaertn. *nisi ex auctoritate jussu* Lovel. 5. *nisi ex auctoritate vel jussu* Harl. et Rec. In praecedentibus etiam *foedera vestra* alio ordine Flor.

Ne nos quidem Hasdrubalis foedus] *nec nos quidem* Lovel. 2. Harl. Gaertn. Hav. Hearnii L. 1. ac N. a m. 1. et edd. vett. plures. Sed v. ad 1, 10, 3. Ber. qui proxime praecedentem vocem *icta* omisit, hic praefert *ita nec nos.* Mox *pro nobis insciis,* addita praepositione, Lov. 1.

§. 12. *Et, quod diu parturit animus vester, aliquando pariat*] Hoc a Cicerone sumptum, qui dixit in Antonium [orat. 2. Phil. cap. ult.] *Utinam aliquando dolor populi Romani pariat, quod jam diu parturit.* SIG. *diu parturiit* Hearnii D. *diu pertulit* Recan.

§. 13. *Tum Romanus, sinu ex toga facto, Hic, inquit, vobis bellum et pacem portamus*] Sic Polybius [3, 33.] Ὁ δὲ πρεσβύτατος ἀντῶν δείξας τοῖς ἐν τῷ συνεδρίῳ τὸν κόλπον, ἐντεῦθεν καὶ τὸν πόλεμον ἀυτοῖς ἔφη καὶ τὴν εἰρήνην φέρειν. SIG. Poëta [Silius 2, 384.]

Bellum se gestare sinu pacemque profatus; etc.

MOD. V. Salmas. ad Flor. 2, 6, 7. Aliter autem nonnullos hanc historiam retulisse patet ex illis, quae notat Dausq. ad l. l. Silii. Ceterum *In id, inquit, vobis bellum et pacem portamus* Rec. *Hic, inquit, bellum et pacem portamus* Hav. *Hic, inquit, vobis pacem et bellum portamus* Ber. Mox *datur, utrum vellet,* pro *daret,* Cant. *darent, utrum vellent* Hearnii D.

§. 1. *Quum ante, tum maxime Sagunto excisa*] *tum ante,*

Digitized by Google

disceptationis res esset, quid foedus Hasdrubalis cum Lutatii priore foedere, quod mutatum est, com-
3 parandum erat? quum in Lutatii foedere diserte additum esset, *ita id ratum fore, si populus censuisset*; in Hasdrubalis foedere nec exceptum tale quidquam fuerit, et tot annorum silentio ita vivo eo comprobatum sit foedus, ut ne mortuo quidem

cum maxime Lov. 1. *tum ante, tum maxime* Voss. Lov. 3. V. ad 6, 23, 3. *quum autē tum maxime* Gaertn. V. ad 27, 35, 7. Deinde *Saguntо exciso* Lov. 3. et 4. V. ad c. 21, 1. In initio cap. *Haec decreta percunctatio*, pro *directa*, Flor. lapsu librarii. V. ad 40, 30, 6. *Haec direpta percunctatio* Lov. 4. V. ad 37, 31, 5.

§. 2. *Quod foedus Hasdrubalis cum Lutatii priore foedere commutatum est*] Pal. tert. et edd. priscae *permutatum est*. GEBH. Haec suspecta sunt. Non enim foedus Asdrubalis commutatum est cum Lutatii priore foedere, quod irritum fuit, sed successit in locum posterioris, ab Lutatio cum Hamilcare icti, decem legatis cum auctoritate Roma missis superstitibus. Deinde Pet. Men. Voss. *comparandum erat*, absque particula negandi. In veteribus editis nihil opis. differunt tantum eo, quod habent *permutatum*. Aldus primus dedit *commutatum*. At praeclare Florent. et Voss. *nam si verborum disceptationis res esset, quid foedus Hasdrubalis cum Lutatii priore foedere, quod mutatum est, comparandum erat?* Sic illi omnibus partibus: interpunctionem nos addidimus. Si verbis contendere voluissent Romani, ne sic quidem caussa Poenorum erat aequior. Non enim, perinde ut Romani olim improbarant mutarantque prius C. Lutatii foedus, sic nunc Poeni poterant improbare, aut non habuisse ratum se dicere foedus Hasdrubalis. Nam in Lutatii foedere expressum erat, id ita ratum fore, si Romae placuisset, quale nihil in foedere Hasdrubalis: et Romani statim re recenti declararant sententiam suam; at foedus Hasdrubalis decem annorum silentio Poeni satis confirmarant. Quod autem sequitur, *etsi priore foedere staretur*, accipies non de priore foedere, quod mutatum est, sed eo, quod validum fuit. J. FR. GRON. Si in vulgatam lectionem codices consentirent, difficultas, cujus hic meminit Gronovius, unius dictionis transpositione tolli posset, hoc modo, *nam si verborum disceptationis res esset, foedus Hasdrubalis cum Lutatii priore foedere, quod commutatum est, comparandum non erat*. Nunc vero varietas in codd. obvia persuadet, Gronovium veram Livii scripturam ex Mstis reduxisse. Nam *quid foedus Hasdrubalis cum Lutatii priore foedere comparandum erat?* tribus vocibus, *quod mutatum est*, omissis, obfert Hav. neque aliter Ber. a m. 1. nisi quod editam lectionem *quod foedus Hasdrubalis* servet. Praeterea *comparandum erat* sine negatione legunt Lovel. 1. 2. 3. 4. Harl. et Gaertn. Quod vero Gro-

Digitized by Google

auctore quidquam mutaretur. Quamquam, etsi pri- 4
ore foedere ſtaretur, satis cautum erat Saguntinis, sociis utrorumque exceptis. nam neque additum erat, *iis, qui tunc essent:* nec, *ne qui postea adsumerentur.* et quum adsumere novos liceret socios, 5
quis aequum censeret, aut ob nulla quemquam merita in amicitiam recipi? aut receptos in fidem non

nov. Flor. et Voſſ. codicum consensum in eamdem lectionem memoret, in eo, ne manus ejus aberrarit, admodum vereor. In meis enim Voſſ. excerptis nihil aliud notatur, nisi deeſſe particulam negandi *non:* quod solum etiam ipse Gronov. antea notarat. Suspicor igitur, codicem Florentino consentientem non Voſſianum, sed alium, et forte Gudianum fuiſſe. Ceterum lectionem a Gronovio in Mſtis repertam in contextum recepi, quemadmodum etiam fecit Crevier.

§. 3. *In Hasdrubalis foedere nec exceptum tale quidquam fuerit*] Pal. tert. *foret.* GEBH. *quidquam tale* Rec. *foedere* autem, quasi id ex praecedenti §. hic repetendum sit, omittitur in Gaertn. Paullo ante *additum est*, pro *esset*, legit Flor. V. ad 22, 36, 4. In sequentibus autem *eo vivo* Ber. *silentio vivo comprobatum sit foedus, ut mortuo* Lov. 2.

§. 4. *Etsi priore foedere staretur*] Notat ad haec verba Doujatius, usitatius eſſe *foederi stare.* Si anteceſſor Parisiensis addidiſſet, usitatius eſſe jurisconsultis suis, non haberem, quod reprehenderem: in eorum enim fragmentis non numquam obcurrunt locutiones *stare voluntate, stare eo quod postulaverunt, eo quod convenit*, similesque; at in iis longe usitatius est *stare conventioni, divisioni, emtioni, jurijurando, rei judicatae, religioni, sententiae, transactioni, voluntati*, ut ex Briſſon. de Verb. signif. patet. Verum quum hae locutiones, quas Doujatius usitatiores vocat, vix alibi, quam in scriptis JCtorum, reperiantur, a sententia, quam tulit, provoco ad legitimos hujus rei judices, viros linguae Latinae peritos. Et quidem jam supra ad 7, 6, 6. quaedam ex Livio exempla laudavi, ut probarem, Livium dixiſſe *stare aliqua re:* quod ut ipsi usitatissimum fuiſſe conſtet, adde nunc 8, 40, 5. *Nec quisquam aequalis temporibus illis scriptor exstat, quo satis certo auctore stetur.* 24, 1, 13. *Societas eo jure staret, ut Poenus Locrensem* etc. *juvaret.* 34, 22, 13. *Staturus eo, quod plures censueritis.* Similiter locutus est Cic. pro Cluent. 47. *Censor censoris opinione standum non putavit.* Ovidius 2. Met. 818.

Stemus, ait, pacto, velox Cyllenius, isto.

Curtius 10, 6. *Eoque, quod major pars eorum decreverit, stetur.* Quinctil. 5. Inſtit. 6. *Alieno jurejurando stari, quam suo, malit.* Declam. 328. *Vis enim, accusator, mea voce stari.* et Decl. 336. *Stari voce mea sit aequum conventione pactorum,*

Digitized by Google

defendi? tantum, ne Karthaginiensium socii aut sollicitarentur ad defectionem, aut sua sponte de-
6 sciscentes reciperentur. Legati Romani ab Karthagine, sicut his Romae imperatum erat, in Hispaniam, ut adirent civitates, ut in societatem perlice-
7 rent, aut averterent a Poenis, trajecerunt. Ad Bargusios primum venerunt: a quibus benigne excepti, quia taedebat imperii Punici, multos transiberum populos ad cupidinem novae fortunae ere-

In hac autem locutione per ellipsin subintelligi praepositionem *in*, constat ex Cic. 2. ad Att. 6. *Si in eo, quod ostenderat, non stat; mihi maxime placet, ea, quae male emta sunt, reddi.*

Iis, qui tunc essent: nec, ne qui postea adsumerentur] *qui nunc essent* Cant. Verum ita potius dicendum erat, *qui nunc sunt*. Refero ergo inter errores scribarum. V. ad 37, 4, 9. quemadmodum etiam, quod *hisne, qui tunc essent, an qui postea assumeretur* legatur in Lov. 5.

§. 5. *Aut sua sponte desciscentes reciperentur*] *sua sponte se tradentes* (* ex qua lectione Cel. Burmann. *sua sponte se tradentes* legendum conjicit,) Hearnii N. cujus margini adscribitur *descientes* et *desciscentes*. Similiter *descientes* praefert Rec. *desciscentem* Ber. Tum *reciperent* Hav. V. ad 10, 10, 1. Paullo ante *qui aequum censeret*, pro *quis*, Lov. 5. Praeterea *tantum cautum, ne* Lov. 4. Sed mediam vocem a scriba additam esse, scriptura codicis Harl. *tantum scil. cautum est, ne* ostendit. At Livius putavit, ex praecedentibus satis commode hic repeti posse, *tantum additum erat, ne*. Denique *ad defensionem*, pro *ad defectionem*, Lov. 5.

§. 6. *Ut adirent civitates, ut in societatem perlicerent, aut averterent a Poenis*] Pal. tert. *ut averterent a Poenis*. GEBH. Videtur fuisse, *in Hispaniam, ut adirent civitates, et aut in societatem pellicerent, aut averterent a Poenis, trajecerunt*. J. FR. GRON. Pal. tertio consentit Harl. secundum *ut* exsulat a Cant. *ut adirent civitates, et in societatem perlicerent, aut averterent* Lov. 3. *Et* atque *Ut* commutari solent. V. infra hoc lib. ad c. 28, 8. Sed nec vulgatum displicet. in Hispaniam trajecerunt, ut civitates adirent; adeundi autem caussa erat, ut in societatem Romanorum perlicerent, aut certe efficerent, ne Poenis opem ferrent. Solere autem Livium hac ratione *τὸ ut* geminare, supra dictum est, ad 1, 17, 11. *aut averterentur a Poenis* Gaertn. V. ad 39, 22, 8. Conjecturam Gronovii praefert Crevier. Doujatius nullo sensu edidit *ut aut adirent civitates, ut in societatem pellicerent, aut averterent a Poenis*. Videtur emendationem Gronovii recipere voluisse, sed *τὸ aut* alieno loco inseruisse.

§. 7. *Ad Bergusios primum venerunt*] *Ad Barcusios* Hav. *Ad Argusios* Lovel. 5. *Ad Artusios*

Digitized by Google

xerunt. Ad Volcianos inde est ventum: quorum celebre per Hispaniam responsum ceteros populos ab societate Romana avertit. ita enim maximus natu ex iis in concilio respondit: *Quae verecundia est, Romani, postulare vos, uti vestram Karthaginiensium amicitiae praeponamus, quum, qui id fecerunt, Saguntinos crudelius, quam Poenus hostis perdidit, vos socii prodideritis? ibi quaeratis socios, censeo, ubi Saguntinae clades ignota est. Hispanis populis, sicut*

Hearnii L. 1. V. infra c. 23, 2. Tum *primo venerunt* Lov. 2. 4. 5. *primum pervenerunt* Rec. *primum pervenere* edd. vett. Mox *ad cupiditatem novae fortunae*, pro *ad cupidinem*, Ber. Alibi hae voces commutantur. V. ad 27, 27, 1.

§. 8. *Ad Volscianos inde est ventum*] *Ad Voltianos* Hav. et edd. antt. *Ad Volcianos* reliqui, si non omnes, certe plerique codd. mei, et Hearnii N. Postea Paris. anno 1573. hic quidem *Volcianos*, at mox hoc cap. §. 11. *Volscianorum*, sine dubio scribarum errore, ediderunt; quam scripturam mox Francof. ed. anni 1578. et hic et ibi recepit; ex quo tempore recentiores editores id utrobique servarunt, et Marca etiam in Marc. Hisp. 2. cap. ult. de hoc populo agens, similiter *Volscianos* vocavit. Quum autem *Volsciani* aeque ac *Volciani* incogniti sint, priori nomine, quod nuper demum natum est, ejecto, posterius restitui, donec major nobis lux oboriatur. Utrum vero cum Doujatio *Ad Vescitanos* reponendum sit, non adsentientibus codd. nihil definio. Tum *inde ventum est* Gaertn. In sequentibus vox *Romana* exsulat ab Harl.

§. 9. *Quae verecundia est, vos, Romani, postulare*] Pal. tert. *vos, o Romani.* GEBH. *Quae verecundia est, Romani, postulare vos* Flor. et Cant.

Uti vestram Karthaginiensium praeponamus amicitiae] *ut vestram* Ber. et edd. vett. V. ad 37, 46, 10. *utrum vestram* Gaertner. Tum *praeponamus Karthaginiensium amicitiae* Rec. *Karthaginiensium amicitiae praeponamus* Flor. et Cant. Atque hoc ordine vocabula illa edidit Cl. Jac. Gronovius. Ceterum Hearnii N. totam hanc periodum ita in margine concipit: *uti vestras Carthaginiensium praeponamus amicitias, quum vos feceritis Saguntinis crudelius, quam Poenus hostis, qui eos interfecit? vos socii prodideritis.* Similiter fere *quum vos feceritis Saguntinos crudelius, quam Poenus hostis ante interfecit eos* Ber. *quum, qui id fecerunt Saguntini* Cant. Lov. 1. 2. 4. Harl. Rec. Gaertn. et Hearnii N. in contextu. Tum *Poenus hostis prodidit* Voss. Lov. 2. 4. et Gaertn. *Poenus hostis interfecerit* Hav. Tandem *socii perdideritis* Rec. V. ad 10, 19, 2.

§. 10. *Ibi quaeratis socios, censeo, ubi Saguntina clades*] *et ibi quaeratis socios censeo* Rec. *ibi quaeratis socios, ubi Sagun-*

Digitized by Google

lugubre, ita insigne documentum Sagunti ruinae erunt, ne quis fidei Romanae aut societati confidat.

11 Inde extemplo abire finibus Volcianorum jussi, ab nullo deinde concilio Hispaniae benigniora verba tulere. itaque, nequidquam peragrata Hispania, in Galliam transeunt.

1 XX. In his nova terribilisque species visa est,

tina clades Lov. 2. Mox *documentum ruinae nunc* Gaertn. *documentum Saguntinae ruinae erunt* Hearnii D. quod aures respuunt, praesertim reliquis codd. dissentientibus.

§. 11. *Ab nullo deinde concilio Hispaniae benigniora verba tulere*] Pal. tert. *ab nullo deinde consilio Hispaniae benigniora verba retulere.* GEBH. *a nullo deinde consilio Hispaniae benigniori verba tulere* Gaertner. *consilio* etiam Lov. 5. Verum intelligitur conventus cujusque Hispaniae populi, qui *concilium*, non *consilium*, vocatur. V. Gron. ad Liv. 44, 2, 5.

Itaque, nequidquam peragrata Hispania, in Galliam transeunt. In his nova terribilisque] Cum dicit *in Galliam*, statimque subjungit *In his*, videri potest syllepsis et genere et numero esse. Quamquam etiam nomen alicujus populi omissum fortassis est, quippe qui post aliquot versus subnectat: *Eadem ferme in ceteris Galliae conciliis dicta auditaque.* Sed judicet lector. GLAR. Excidit hoc loco nomen ejus populi, quem primum in Gallia legati Romani adierunt: ut enim in Hispania *Bargusios* et *Volcianos* aditos dixit, sic in Gallia praecipuos quosdam nominabat populos, praesertim vero cum dicat, *In his nova terribilisque species visa, quod armati, ita mos gentis erat, in concilium venerunt.* Non enim totius Galliae hic erat mos, sed praecipue eorum, quos primum adierunt; et post subjungat [cap. seq.] *Eadem ferme in caeteris Galliae conciliis dicta auditaque.* Qui vero populi fuerint, ne divinare quidem possum. Ita tamen legendum existimo. *Ita nequicquam peragrata Hispania, in Galliam ad . . . . . transeunt. In his nova* etc. Idem sentit etiam Glareanus. SIG. Pal. sec. *transierunt.* Glareanus et post hunc Sigonius, populi nomen deesse, conjiciunt; quod ex nostris libris restitui non potest. GEBH. Glareanus et Sigonius excidisse nomen populi, quem primum adierunt Romani legati, existimant. Lacunam ita agnoscit Sigonius, *in Galliam ad * * transeunt.* Qui vero populi fuerint, negat posse divinare. Arvernos fuisse, licet colligas ex 27, 39, 6. *Hasdrubali et sua et aliorum spe omnia celeriora atque expeditiora fuere: non enim receperunt modo Arverni eum, deincepsque aliae Gallicae atque Alpinae gentes.* Num fuit ergo? *In Arvernis nova.* J. FR. GRON. Nisi aliud obstaret, facile admitterem syllepsin cum Glareano. Eam enim frequenter apud Livium obcurrere, docebimus infra ad 35, 26, 9. At nunc verba, quae Sigonius ex cap. seq. laudavit, ostendunt, concilii vel

Digitized by Google

quod armati (ita mos gentis erat) in concilium venerunt. quum, verbis extollentes gloriam virtutem- 2
que populi Romani ac magnitudinem imperii, petissent, ne Poeno, bellum Italiae inferenti, per agros urbesque suas transitum darent; tantus cum fremi- 3
tu risus dicitur ortus, ut vix a magistratibus majoribusque natu juventus sedaretur. Adeo stolida inpu- 4

populi alicujus nomen latere. Patris conjectura displicuit Cel. Jac. Gronovio, qui in diss. Epist. ad Livii loca quaed. Geogr. ep. 2. p. 15. scribendum conjicit *in Galliam transeunt. Ruscinone terribilis species visa est.* Quod iterum examinavit, et refellere conatus est Jasitheus in Apolog. p. 11. et 33. neque tamen sententiam, quemadmodum locum Livii constituendum credat, interposuit. Cl. Crevier. *Ruscinonis* mentionem feliciter a Jac. Gronov. restitutam existimat, in eo tamen ab illo dissentiens, quod, voce *nova* servata, legat, *Ruscinone nova terribilisque species visa est.* Mihi tutius videtur, silentibus omnibus Mstis manum abstinere. Alteram tamen rationem Sigonii, ob quam populi alicujus Galliae nomen excidisse putabat, nempe non totius Galliae morem fuisse, ut armati in concilium veniant, haud male falsi arguit idem Jasith. testimonio Nic. Damasc. in Exc. Peiresc. p. 513. *Κελτοὶ σιδηροφοροῦντες τὰ κατὰ πόλιν πράττουσι. Celtae ferro succincti reipublicae negotia tractant.* Cui addi potest locus Caesar. 5. bell. Gall. 54. *Armatum concilium indicit. Hoc more Gallorum est initium belli, quo lege communi omnes puberes armati convenire coguntur.* Unde tamen colligendum videtur, Gallos non semper armatos in concilium venisse; sed tantum, si de bello consultandum esset. *Ita*, pro *Itaque*, ut Sigonius legit, etiam est in Flor. a m. 1. Lov. 4. et Rec. Tum *nequidquam* omittunt Cant. et Lov. 1. Tandem *transierunt*, pro *transeunt*, Hafn. Gaertn. et Rec.

§. 1. *Species visa est, quod armati (ita mos gentis erat) in concilium venerunt) visa est species* Lov. 4. et 5. Sequentia omnia vocabula deerant in Ber. a m. 1. adscripta autem fuere a manu altera, sed alio ordine in his, *mos erat gentis.* Praeterea *erat* omittitur in Lov. 1. Tum *in consilium venerunt* Lov. 5. Male. V. ad cap. praec. §. 11. *in concilium venire* Gaertn. qui dare voluisse videtur *venere.*

§. 2. *Quum, verbis extollentes gloriam virtutemque populi Romani ac magnitudinem imperii, petissent*] *Τὸ verbis* omittitur in Ber. qui etiam alio ordine praefert *gloriam extollentes virtutemque.* at *extollentes virtutem gloriamque* omnes edd. usque ad Cl. Jac. Gronov. qui verba trajecit, ut nunc edantur. Et ita legunt omnes reliqui, quos consului, codd. Deinde *ac magnitudinem, petissent*, omissa voce, Cant. *petiissent* Hafn. V. ad 37. 45, 2. Mox *ne Poeno bello*, pro *bellum*, Lov. 1.

§. 3. *Tantum cum fremitu risus*] Voce perperam addita, *tan-*

Digitized by Google

densque postulatio visa est, censere, ne in Italiam transmittant Galli bellum, ipsos id avertere in se,
5 agrosque suos pro alienis populandos objicere. Sedato tandem fremitu, responsum legatis est, *Neque Romanorum in se meritum esse, neque Harthaginiensium injuriam, ob quae aut pro Romanis, aut*
6 *adversus Poenos sumant arma. Contra ea audire sese,*

tus autem cum fremitu risus Ber.

§. 4. *Adeo stolida inpudensque postulatio visa est, censere*] Videtur supervacaneum esse et exterendum τὸ *censere*. J. FR. GRON. Doujatius quidem judicat, absque τῷ *censere*, quod Gronovius delet, orationem magis perspicuam fore: simul tamen etiam vulgatum ita intelligi posse existimat, quasi Livius dixisset, *postulatio, ut* Galli *censerent*. Sed Gronov. adsentitur Crevier. Mox, trajectis vocibus, *Galli transmittant* Lov. 4. et 5.

Ipsos id avertere in se, agrosque suos pro alienis populandos objicere] *id advertere* Flor. Voss. Lov. 1. 2. 4. Harl. et Hafn. Male. V. ad 1, 40, 7. Tum *agros suos* Flor. Deinde *pro alienis depopulandos* Lov. 4. quod etiam voluisse videtur librarius Lov. 5. qui tamen per errorem dedit *deplorandos*. Sed neque in his codd. satis auctoritatis est, ut vulgatum mutem. V. ad 2, 62, 2.

§. 5. *Sedato tandem fremitu, responsum legatis est*] *Sedato tamen fremitu* Voss. *Sedato tamen hoc fremitu* Lov. 3. Solent hae voces a scribis confundi. V. ad 22, 2, 11. Tum *legatis responsum est* Lov. 2. et Hav. *Τὸ est* autem exsulat a Flor. Mox *ob quae pro Romanis*, una voce neglecta, Gaertn.

§. 6. *Gentis suae homines agris finibusque Italiae pelli*] Flor. *agro finibusque in Italia pelli*. J. FR. GRON. Duplicia cod. Flor. excerpta habeo. in utrisque autem notatum tantum video *agro finibusque Italiae*. Praeterea τὸ *suae* a Colbert. abesse Hearnius monuit. Paullo ante *Contra audire sese* Lov. 3. et edd. vett. usque ad Aldinam, quae recte substituit *Contra ea audire sese*. Et ita est in reliquis scriptis. V. ad 41, 24, 8.

Stipendiumque pendere, et cetera indigna pati] Vetustae duae edd. *stipendiumque facere*. Pal. pr. *stipendiumque petiendi*. sec. *pendi*. tert. *impatiendi*. GEBH. *stipendiumque peti* Lov. 2. Ber. Hav. et Brancal. Latinii. *stipendiumque peciendi* Lov. 1. *stipendiumque penendi* Voss. in contextu, sed *pendi* in margine, quod etiam superest in Flor. Cant. Lov. 4. 5. Harl. Gaertn. et Hearnii L. 1. *stipendiumque faciendo* Lov. 3. *stipendiumque faciendi* Rec. *stipendiumque facere* edd. vett. pro quo Aldus *stipendiumque pendere* restituit. Tum *etiam cetera indigna pati* Lov. 3. *et cetera indigne pati* Rec.

§. 7. *Eadem ferme in ceteris Galliae conciliis dicta audita-*

Digitized by Google

sese, gentis suae homines agris finibusque Italiae pelli a populo Romano, stipendiumque pendere, et cetera indigna pati. Eadem ferme in ceteris Galliae 7
conciliis dicta auditaque: nec hospitale quidquam pacatumve satis prius auditum, quam Massiliam venere. Ibi omnia, ab sociis inquisita cum cura ac 8
fide, cognita, *praeoccupatos jam ante ab Hannibale Gallorum animos esse. sed ne illi quidem ipsi satis*

que] *conciliis audita* Lov. 3. *conciliis dicta auditaque sunt* Ber. Mox *venere*, pro *venerunt*, edidit Cl. Jac. Gronovius. Et ita est in omnibus scriptis.

§. 8. *Ibi omnia, ab sociis inquisita cum cura ac fide, cognita*] Si sic distinguas, possis haec tolerare, ut sit sensus, intellexisse ibi omnia Romanos, quippe quae socii Massilienses diligenter et fideliter inquisivissent. Et est genus sermonis, quale notavimus 2, 9, 6. *Salis vendendi arbitrium in publicum omne sumptum, ademptum privatis.* Etsi commodius foret, *Ibi omni re ab sociis inquisita cum cura ac fide cognitum.* J. FR. GRON. Idem in pr. ed. not. conjecerat scribendum: *Ibi omnia ab sociis inquisita cum cura ac fide: cognitum.* Ber. habet *a sociis.* neque aliter edd. Aldo priores. Insuper *cum cura et fide* Lov. 3.

Praeoccupatos jam ab Hannibale Gallorum animos esse] Flor. *praeoccupatos jam ante ab Hannibale.* Habet et Gudianus litera auctum *antea.* 40, [4, 13.] *Ad multo ante praecogitatum revoluta facinus.* Et [c. 23, 6.] *Legati jam ante praemeditati in Macedonia, quae ab Roma renunciarent.* J. FR. GRON. *praeoccupatos jam ante ab Hannibale*, etiam Cant. Trium itaque codicum auctoritate in contextum recepi. A librariis neglecta fuisse videtur vocula *ante*, quia propter praecedens *praeoccupatos* supervacua esse, ac tuto omitti posse videbatur. Verum ita et alibi Livius locutus est. Infra 42, 47, 2. *Ut omnia opportuna loca praeoccupari ante ab eo potuerint.* Talia sunt *prior praevenire, ante praeparare, prius praecipere, ante praecavere, prius praemeditari, ante praescire, ante praevidere, ante praedicere*, apud Livium et alios scriptores usitata. Supra 9, 23, 2. *Quo quum prior Romanus exercitus magnis itineribus praevenisset.* 10, 41, 9. *Ad nutum omnia, ut ex ante praeparato, fiunt.* 21, 32, 7. *Quamquam fama prius praecepta res erat.* 36, 17, 12. *Satis undique provisum anteque praecautum est.* quibus locis vide, quae notantur. 38, 3, 8. *Nihil, ne bellum haberent, prius, quam pene in conspectu hostis erat, praemeditati.* Ter. in Andr. 1, 5, 3.

Uxorem decrerat dare sese mi hodie: nonne oportuit
Praescisse mi ante?

Tacit. 11. Annal. 7. *Nihil a quoquam expeti, nisi cujus fructus ante praeviderit.* Colum. 7, 18. *Manu non sunt vellendi, ne, ut*

Digitized by Google

mitem gentem fore, (adeo ferocia atque indomita ingenia esse) ni subinde auro, cujus avidissima gens
9 *est, principum animi concilientur.* Ita peragratis Hispaniae et Galliae populis, legati Romam redeunt, haud ita multo post, quam consules in provincias profecti erant. civitatem omnem in exspectationem belli erectam invenerunt, satis constante fama, jam Iberum Poenos transmisisse.

et antea praedixeram, faciant ulcera. Justin. 39, 2. *Grypus, praedictis jam ante insidiis, veluti pietate cum matre certaret, bibere ipsum jubet.* ubi non audiendus est Scheff. lectionem hanc mutans, quod perperam etiam tentavit Rhenanus in laud. Taciti loco. Ejusdem generis sunt προδραμὼν ἔμπροσθεν, apud D. Lucam 19. Euang. 4. et *praeferri praeter castra,* de quo v. ad Liv. 6, 29, 3.

Ni subinde auro, cujus avidissima gens est, principum animi conciliarentur] A novissimis est Gruteri: nam priores editi *concilientur:* ut et scripti; in quibus omnium optimus Puteanorum fratrum, qui a posteriori syllaba *τοῦ cujus* orditur. J. FR. GRON. *concilientur* etiam omnes moi. Praeterea *ni subinde auri cupidine, cujus avidissima* Ber. *ni subinde auri cupidine avidissima* Hearnii Oxon. N. in cujus tamen margine emendatur, ut vulgatum est. Tum *principium animi* Haverk. et ed. Ald. in contextu. V. ad 2, 27, 12, et hoc lib. ad c. 2, 4. Paullo ante *sed nec illi quidem ipsi* Hearnii Oxon. N. a m. 1. *sed ne illi ipsi quidem* Lovel. 2. et Haverk.

§. 9. *Civitatem omnem in exspectationem belli erectam*] *in exspectione belli* Flor. Lovel. 4. 5. Ber. et Rec. cum Hearnii N. In praecedentibus *Itaque peragratis Hispaniae et Galliae populis* Hearnii L. 1. V. hoc lib. ad c. 53, 7. *Ita peragratis Hispaniae Galliae populis* Lov. 1.

Jam Iberum Poenos transisse] Liber optimus *tramisisse.* 40, [41, 3.] *Praeter oram Etrusci maris Neapolim transmisit.* J. FR. GRON. 21, 51, 3. *Nec quisquam hostium circa eas insulas inventus. Jam forte transmiserant ad vastandam Italiae oram.* 22, 20, 7. *In Ebusum insulam transmissum.* 30, 24, 5. *Onerariae naves in Africam transmiserunt.* 31, 7, 12. *Si Philippus in Italiam transmiserit.* Puto autem *transisse* ex glossemate interpretis receptum esse. Similiter errabatur in quibusdam codd. infra hoc lib. c. 30, 8. c. 52, 4. (* v. ad 32, 39, 4.) et alibi.

§. 1. *Sagunto capto*] Capite tamen 19, 1. dixit *Sagunto excisa.* JAC. GRON. Id non persuadet, alterutro loco, certe hoc, ubi omnes codd. vulgatum servant, aliquid mutandum esse. Similiter enim supra hoc lib. c. 15, 3. *Octavo mense, quam coeptum obpugnari, captum Saguntum quidam scripsere.* et c. 18, 6. *Privato publicone consilio Saguntum obpugnatum sit.* Et his locis vulgata lectio consensu Msto-

Digitized by Google

XXI. Hannibal, Sagunto capto, Karthaginem 1
novam in hiberna concesserat: ibique, auditis, quae
Romae, quaeque Karthagine acta decretaque forent,
seque non ducem solum, sed etiam caussam esse
belli, partitis divenditisque reliquiis praedae, nihil 2
ultra differendum ratus, Hispani generis milites con-
vocat: *Credo ego vos, inquit, socii, et ipsos cerne-* 3
re, pacatis omnibus Hispaniae populis, aut finien-

rum omnium probatur, nisi quod eorum priori unum cod. *captam Saguntum* praeferre ibi vidimus. Similiter variat etiam Silius Ital. quum enim dixisset 1, 332.

Sed dignam Ausonia mortem putat esse Sagunto,
Servata cecidisse fide.

et 3, 178.

Quod tanto cecidit molimine Graja Saguntos.

postea dicit 17, 329.

Quid vos, quis claro deletum est Marte Saguntum,
Exhorter?

ubi vide, quae notavi.

Seque non ducem solum, sed etiam caussam esse belli] *Tò que* exsulat a primis edd. Caeterum Pal. tert. *seque non ducem belli solum, sed caussam esse.* GEBH. Primae, quas vidi, edd. *se non ducem solum, sed caussam esse belli.* Aldus deinde edidit, ut nunc vulgo exstat. Neque inde abeunt ulli codd. nisi quod *esse* exsulet a Gaertn.

§. 2. *Partitis dividendisque reliquiis praedae*] Credo *divenditis.* VALLA. Ut Valla emendavit, ita receptum Joanni Andreae et Petro Justino Philelfo, qui, ut ipse in fine libri fatetur, tris Livii decadas recognovit, imprimente Mediolani Antonio Zarotho, impensis Joannis Legnani decimo Kalendas Novembres anno a natali Christi millesimo quadringentesimo octogesimo. Pall. pr. et sec. *dividendisque.* tert. *divisisque.* GEBH. *partiendis dividendisque* Lovel. 5. *partitis dividentisque* Flor. a m. 1. *partitis dividendisque* a m. 2. Et ita est in Lovel. 2. 3. 4. Hafn. Gaertn. et Hearnii N. in cujus margine emendatur *partitis divisisque.* quod ultimum servant etiam ejus L. 1. Ber. Harl. Rec. Hav. Brancal. Latinii, et edd. Rom. anni 1472. ac Parm. *partitis divendendisque* Voss. *partitis divendisque* Hearnii D. et, ut videtur, Lovel. 1. ac Cant. unde nihil in excerptis notari video. Verba *divendere* et *dividere* in Mstis commutari, supra vidimus ad 1, 53, 3. Mox autem *ultra*, quod in omnibus Mstis exstat, omissum fuit in plerisque prioribus edd. Recte itaque Moguntini et ante eos Parm. ed. id in contextum receperunt. Hinc *milites convocavit*, pro *convocat*, Lovel. 4.

§. 3. *Credo ego vos, inquit, socii, et ipsos cernere*] Pal. sec. *Credo ergo vos.* GEBH. De hoc librariorum errore v. ad 37, 53, 11. *Credo ego vos, inquit, ipsos, socii, cernere* Lovel. 2.

Digitized by Google

dam nobis militiam, exercitusque dimittendos esse:
4 *aut in alias terras transferendum bellum: ita enim hae gentes non pacis solum, sed etiam victoriae, bonis florebunt, si ex aliis gentibus praedam et gloriam*
5 *quaeremus. Itaque, quum longinqua ab domo instet militia, incertumque sit, quando domos vestras, et quae cuique ibi cara sunt, visuri sitis, si quis ve-*
6 *strum suos invisere vult, commeatum do. Primo vere, edico, adsitis; ut, Diis bene juvantibus, bellum ingentis gloriae praedaeque futurum incipiamus.*

Aut finiendam vobis militiam, exercitusque dimittendos esse] Put. *nobis.* J. FR. GRON. Ita etiam Flor. Cant. Voss. Lovel. 1. 2. 4. Ber. Harl. Hafn. et Rec. V. ad 34, 2, 2. Recte igitur Gronov. hanc lectionem in contextum recepit. Praeterea *finiendum* Lovel. 1. 4. 5. et Rec. invitis melioribus. Mox *terras* deficit in Lovel. 2. et 4.

§. 4. *Hae gentes non pacis solum, sed etiam victoriae bonis florebunt*] *hee gentes* Gaertner. *haec gentes* Ber. a m. 1. *et gentes* a m. 2. Tum *florebant* Lovel. 5. et Hav. Mox *quaeramus* Heavnii N. sed pro eo in margine emendatur *quaeremus.*

§. 5. *Quando domos vestras, et quae cuique ibi cara sint, visuri sitis*] Flor. *sunt.* Rectius: non est enim dubium, quin sint. Sic et supra c. 3, 5. lego, *Cujus regis genero hereditarii sunt relicti exercitus nostri.* non *sint.* J. FR. GRON. Vulgata lectio, quam tamen firmant omnes reliqui mei, primum adparuit in ed. Ald. *et quaecumque ibi sunt cara* priores exhibent. *et quaecumque ibi cara sint* Gaertner. *et etiam cuique ibi cara sint* Lovel. 5. *sunt* etiam in Puteau. invenit, ac probavit Cl. Crevier. Paullo ante *a domo instet* Lovel. 1. et edd. Aldina vetustiores. *ab domo distet* Brancal. Latinii. In sequentibus *si quis vestrum* etc. *edico, adsitis* desunt in Harl. culpa librarii ob vocum *sitis* et *adsitis* repetitionem. *visere*, pro *invisere*, praeferunt edd. vett.

§. 6. *Primo vere, edico, adsitis; ut, Diis bene juvantibus*] *dico adsitis* Lovel. 4. Sed prima litera intercepta est ab ultima vocis praecedentis. V. ad 2, 44, 6. Mox hoc cap. *edictum* vocat. Tum *ut* omittitur in Lovel. 2. Deinde *Diis bene nunciantibus* Gaertn. De formula *Diis bene juvantibus* v. Brisson. 1. de Form. p. 79. Paullo post *ingentis praedae gloriaeque* alio ordine Ber.

§. 7. *Grata erat, et jam desiderantibus*] *quanta erat* Gaertn. *grata fuit* Ber. Tum *et etiam desiderantibus suos* Lovel. 3. *nam desiderantibus suos* Hav. *Tò suos* non adparet in Cant.

§. 8. *Inter labores, aut jam exhaustos, aut mox exhauri-*

Digitized by Google

Omnibus fere visendi domos oblata ultro potestas 7
grata erat, et jam desiderantibus suos, et longius
in futurum providentibus desiderium. Per totum 8
tempus hiemis quies inter labores, aut jam exhau-
stos, aut mox exhauriendos, renovavit corpora ani-
mosque ad omnia de integro patienda. Vere pri- 9
mo ad edictum convenere. Hannibal, quum recen-
suisset omnium auxilia gentium, Gades profectus
Herculi vota exsolvit: novisque se obligat votis, si
cetera prospera evenissent. Inde partiens curas si- 10

endos, renovavit corpora animosque] Pal. pr. *inter labores aut inexhaustos*. tert. *inter labores aut etiam exhaustos*. Statim alio ordine sec. *corpora animosque renovavit*. GEBH. *aut etiam exhaustos* Flor. Voss. Lovel. 2. 4. 5. Harl. Gaertn. et Hav. *aut et jam exhaustos* Hearnii D. et N. Deinde *aut mox hauriendos* Lovel. 4.

§. 9. *Vota exsolvit: novisque se obligat votis*] Cl. Ant. Perizonius ad marginem Livii adscripsit, se malle, *votis* abesse, quod etiam apud me in uno deest Rec. Viro docto ideo ea vox displicuisse videtur, quod *vota* praecesserit. Sed v. quae notantur ad 1, 3, 9. Paullo ante *omnia auxilia gentium* Lovel. 5. Ber. Rec. et Hav. *omnium gentium auxilia* Flor. et Harl.

Si cetera prospera evenissent] Vet. lib. *prospere*. SIG. Pal. tert. *prospere evenissent*. GEBH. Sigonius *prospere*, ut alibi sane Livius, et l. 9. libroque 22. Sed nostri plures tenent alterum, defenditque Sallust. in Catil [26.] *Quoniam, quae occulta tentaverat, aspera foedaque evenerant*. J. FR. GRON. Liv. 29, 18, 6. *Nec tamen illi umquam postea prosperi quidquam evenit*. V. ibi Gronov. DUK. *prospere evenissent* Rec. *Prospere evenissent* Flor. *Prospere evenire* recte dici, vidimus supra ad 9, 19, 10. Hic tamen ob reliquorum, vulgatum defendentium, auctoritatem nihil mutandum puto. Infra 28, 42, 15. *Quae prospera tibi et populi Romani imperio evenere*. 37, 47, 4. *Ut ea res prospera et laeta eveniret*. 42, 28, 7. *Quod bellum populus Romanus in animo haberet gerere, ut id prosperum eveniret*. Adjectiva saepe pro adverbiis poni, videbimus ad 22, 12, 7. Ceterum *prospera eveniunt* Hearnii D.

§. 10. *Inde partiens curas simul inferendi atque arcendi belli*] Pall. pr. et sec. *ad inferendum atque arcendum bellum*. GEBH. Magno consensu scripti *inferendum atque arcendum bellum*. Lege, *partiens curas simul in inferendum atque arcendum bellum*. Phaedrus [3, 8.]

Dulcemque in ambos caritatem partient.

Liv. 22, [7, 10.] *Quot casus exercitus*

Digitized by Google

mul in inferendum atque arcendum bellum, ne, dum ipse terrestri per Hispaniam Galliasque itinere Italiam peteret, nuda apertaque Romanis Africa ab Sicilia esset, valido praesidio firmare eam statuit.
11 Pro eo supplementum ipse ex Africa, maxime jaculatorum, levium armis, petiit; ut Afri in Hispania, in Africa Hispani, melior procul ab domo futurus uterque miles, velut mutuis pignoribus obligati, sti-
12 pendia facerent. Tredecim millia octingentos quin-

victi fuerant, tot in curas dispertiti eorum animi erant. Tacitus 2. Histor. [58.] *Curam delectus in consules partitur.* J. FR. GRON. Lectionem, quam magno consensu scriptos praeferre Gronovius monuit, inveni in Florent. Cant. Lovel. quinque, Harl. Gaertn. et Hearnii L. 1. invenit etiam Crevier. in suis. neque multum abit Voss. *inferendum atque parcendum bellum* exhibens, aut Hearnii D. qui *inferendum atque partiendum bellum* ostentat. Ea persuadent, recte Gronovium conjecisse *in inferendum atque arcendum bellum*; ut praepositionem *in* intorceperit vocis sequentis syllaba initialis. V. ad 8, 33, 6. Aldus in contextu dedit *in ferendum atque arcendum bellum*; sed inter errata priorem lectionem revocavit.

Dum ipse terrestri per Hispaniam Galliasque itinere Italiam peteret] Vel *dum petit*, vel *quum peteret* legendum videtur. V. ad 1, 40, 7. Deinde *terrestris* Lov. 5. Tum *per Hispaniam Galliamque* Rec. et Hearnii D. Male. Infra c. 23, 2. *Ut fauces, quae Hispanias Galliis jungunt, in potestate essent.*

Valido praesidio eam firmare statuit] Put. *praesidio firmaret eam statuit.* Scribe, *firmare et eam.* Neque enim ausim *firmare Metagoneam.* quod posset alicui in mentem venire ex Polybio [3, 33.] τῶν δὲ προειρημένων τοὺς μὲν πλείους εἰς τὰ Μεταγώνια τῆς Λιβύης, τινὰς δ' εἰς αὐτὴν Καρχηδόνα κατέταξεν. Sed frustra opinor. J. FR. GRON. Si praecessisset, Hannibalem in Hispania praesidium reliquisse, τὸ *et* locum habere posset. Nunc vero, ubi nihil tale praemittitur, minus commodum videtur, et *firmaret* ab integerrimi codicis librario aberrante, pro *firmare*, scriptum puto. Quin insuper, licet darem, Livium forte *firmare et eam* scripsisse, Gronovium tamen incertam hanc conjecturam in contextum ed. anni 1665. admisisse, eamque recentiores editores servasse, displiceret. Recte tamen Gronovius ex ejusdem codicis auctoritate voces transposuit; nam *firmare eam statuit* legunt etiam Flor. Cant. Voss. Lovel. 1. 4. Ber. Harl. et Rec.

§. 11. *Petiit, ut Afri in Hispania, Hispani in Africa*] *petivit* Lovel. 3. quomodo *redivisse*, pro *rediisse*, vel *redisse*, supra erat in uno cod. 8, 26, 6. Tum *in Hispaniam, et in Africam* Lovel. 3. et 5. *Afri in Hispania, in Africa Hispani* Flor.

Digitized by Google

quaginta pedites caetratos misit in Africam, et funditores Baliares octingentos septuaginta: equites mixtos ex multis gentibus mille ducentos. Has co- 13
pias partim Karthagini praesidio esse, partim distribui per Africam jubet, simul conquisitoribus in civitates missis, quatuor millia conscripta delectae juventutis, praesidium eosdem et obsides, duci Karthaginem jubet.

XXII. Neque Hispaniam neglegendam ratus, 1

et Cant. Mox *a domo* Ber. Gaertner. et edd. antt. Tandem *mutuis pigneribus* Flor. et Lovel. 1. V. ad 3, 38, 12.

§. 12. *Tredecim millia octingentos quinquaginta pedites cetratos*] Sic Polybius (3, 33.) *πεζοὶ μύριοι τρισχίλιοι ὀκτακόσιοι πεντήκοντα, ἱππεῖς δὲ χίλιοι διακόσιοι.* SIG. *octingentos septuaginta pedites* Lov. 3. 5. et Hafn. at *quinquaginta* omittitur in Cant. quum tamen Polyb. plane vulgatae lectioni consentiat. Ceterum *caetratos* per diphthongum scribendum esse, monui olim ad Silii 3, 278. eamque orthographiam Inl. N. Heinsius in optima ed. Virgilii recepit 7. Aen. 732. Ex Flor. hic nihil notatur; infra vero 23, 26, 11. ubi hoc vocabulum iterum obcurrit, corruptum quidem exstat, sed ita, ut diphthongus tamen prima syllaba supersit. *pedites creatos* est in Hav.

Et funditores Baleares octingentos septuaginta] *Baliares* Gaertn. Reliqui fere omnes *Baleares*, etiam Put. et Flor. qui tamen alibi modo *Baliares*, modo *Baleares* scribunt; quod de Putean. mihi adfirmavit *ἀυτόπτης* Cl. Sallier. *Βαλιαρεῖς* vocantur Polyb. 3, 33. et alibi. V. ad Silii 3, 365. (* et ad Epit. Liv. 60.) Praeterea *octingentos LX* Ber. reliqui in numero nihil mutant. Polybius vero Baliarium numerum non exprimit. Ceterum omnia haec verba neglegentia librarii omittuntur in Lovel. 3.

§. 13. *Has copias partim Karthagini praesidio esse*] *Has tamen copias* Lovel. 4. Edd. Aldina priores, quae ignorant vocem praecedentem *ducentos*, hic ejus loco *Et has copias* praeferunt. Praeterea *Karthagini esse* Hav. *Karthagini esse praesidio* Lov. 5. Mox *conquisitionibus in civitates missis* Voss. et Lov. 1. *conquisitoribus in civitatem missis* Gaertn. *conquisitoribus missis*, reliquis neglectis, Lovel. 2.

Quatuor millia conscripta delectae juventutis] *conscripti* Cant. quod, si locus distinctione adjuvaretur, et haec majori interpunctione a sequentibus dividerentur, quemadmodum Aldus in contextu edidit, id postea tamen inter errata mutans, probari posset exemplo eorum, quae notantur ad 37, 39, 12. Quum tamen reliqui codd. nihil mutent, vulgatum probandum, et haec atque sequentia uno complexu, et quasi per adpositionem dicta puto. *descripta* edd. vett. pro quo Aldus recte *conscripta*. Tota vox aberat a Lovel. 2. Mox

Digitized by Google

(atque ideo haud minus, quod haud ignarus erat, circumitam ab Romanis eam legatis ad sollicitandos principum animos) Hasdrubali fratri, viro inpigro,
2 eam provinciam destinat, firmatque eum Africis maxime praesidiis, peditum Afrorum undecim millibus

in verbis sequentibus *eosdem* non adparet in Harl. Praeterea *Karthaginem duci* alio ordine edd. Aldo priores.

§. 1. *Atque ideo haud minus, quod haud ignarus erat, circumitam*] Dele, quantum potest, prius *haud*. Integra enim sententia est: *Neque Hispaniam negligendam ratus*, (*atque ideo minus, quod haud ignarus erat, circumitam ab Romanis legatis ad sollicitandos principum animos*) *Hasdrubali fratri* etc. J. FR. GRON. Non negari potest, ingratam esse in tam brevi intervallo iterationem *τοῦ haud*, et sententiam videri postulare, ut primo loco tollatur. Quia tamen scripti Gronov. et Hearn. id habent, et apud alios quoque nonnulla hujus generis inveniuntur, in quibus altera particula negans abundat, non facile quidquam movendum puto. V. ad Flor. 3, 17. extr. Varro 1. de Re rust. 55. *Nec haec non minima caussa, quod oliveta dicant alternis annis non ferre fructus.* Colum. 1. de Re rust. 3. *Nec non nihil esse etiam parvo vehi.* Casaub. ad Suet. Claud. 1. de triplici negatione apud Graecos, *Possem*, inquit, *sexcenta his similia Graecorum scriptorum adferre, nec pauca etiam Latinorum.* DUK. Codices nihil mutant, nisi quod *aut*, pro *haud*, priori loco praeferant Lov. 1. et 5. solito scribarum errore. V. ad 28, 2, 11. Eosdem autem librarios, sensum scriptoris non adsecutos, ejus verba negationem inmittendo interpolasse, supra vidimus hoc lib. c. 10, 1. An tamen ita hic peccarint, ob illa, quae Cl. Duker. monuit, dubium videri potest. Ceterum *atque ideo quod haud minus* Harl. *atque ideo et haud minus* Gaertn. Praeterea *circuitam* Lovel. 2. Ber. Hav. et edd. Rom. anni 1472. ac Parm. Sed v. ad 3, 6, 9. Paullo ante *neglegendam* Flor. et Lovel. 1. V. ad 2, 11, 4.

§. 2. *Firmatque eum Africis maxime praesidiis*] Aldus in contextu Livii edidit *firmatque eum Africis*, ut ita in Mstis suis invenisse verisimile sit, quod etiam in nonnullis meorum superest. Certe ita etiam est in edd. Rom. anni 1472. ac Parm. V. ad 10, 7, 3. At idem Aldus rectius inter errata *eum* revocavit; quod deinde omnes editores servarunt, uno Clerico excepto; quem in errorem, ut iterum *cum* ederet, illud induxisse videtur, quod in quibusdam exemplaribus editionis Gronov. anni 1679. quam secutus est, vix dijudicari possit, utrum prior hujus voculae litera *c* an *e* foret. Talia certe me vidisse adfirmo. Praeterea *Afris maxime praesidiis* Ber. Male. Silius 16, 180.

— — *animo jam tum Africa bella capessit.*

ubi v. quae notantur.

Peditum Afrorum undecim millibus, octingentis quinquaginta Liguribus, trecentis Ba-

Digitized by Google

octingentis quinquaginta, Liguribus trecentis, Baliaribus quingentis. ad haec peditum auxilia additi 3 equites Libyphoenices (mixtum Punicum Afris genus) trecenti, et Numidae Maurique adcolae Oceani ad mille octingentos, et parva Ilergetum manus ex

leariibus. ad haec equitum auxilia] In Polybio ita legitur 3, [33.] *Pedites autem ex Africa XI. millia octingentos quinquaginta, ex Liguribus trecentos, ex Balearibus quingentos.* Quare hic distinguendum et post *quinquaginta*, et post *trecentos*. Deinde post *Balearibus* addendum *quingentis*, tollendaque distinctio post *Liguribus*, ut totus locus ita legatur: *Firmatque eum Africis maxime praesidiis, peditum Afrorum undecim millibus, octingentis quinquaginta: Liguribus trecentis, Balearibus quingentis.* In elephantorum ac Libyphoenicum numero etiam discrimen est; sed fieri potest, ut Livius non ubique sit secutus Polybium. GLAR. Harum copiarum summa ad verbum sumpta est a Polybio, qui ita ait [3, 33.] *πεζοὺς Λιβύων μυρίους χιλίους ὀκτακοσίους πεντήκοντα, Λιγουσινοὺς τριακοσίους, Βαλιαρεῖς πεντακοσίους.* Ex hujus verbis perspicue apparet, in Livianis libris deesse vocem, *quingentis*: ut sit *Balearibus quingentis*, atque ita hunc locum esse legendum et distinguendum. *peditum Afrorum XI millibus DCCCL, Liguribus CCC, Balearibus D. Ad haec.* Nota numeri *D* creavit errorem, praesertim vero cum sequeretur *AD*. eaque excidit. SIG. Vox *quingentis* etiam in omnibus meis deest, quam viri docti ex Polyb. recte restituisse videntur. *Baliaribus* autem hic praefert Flor.

§. 3. *Equites Libyi Phoenices (mixtum Punicum Afris genus) CCC, et Numidae*] Hujus quoque loci lectorem admonendum duxi, quandoquidem omnes fere Liviani codices divisis dictionibus id habeant. quum *Libyphoenices* sit dictio uno spiritu enuncianda. SABELL. Quia totus hic locus a Polybio desumptus, scribe: *CCCCL, Numidae Maurique.* Sic enim ille [3, 33.] *ἱππεῖς Λιβυφοινίκων μὲν καὶ Λιβύων τετρακοσίους πεντήκοντα.* nec absurdum est, *cl* transisse in *et*. Confirmat conjecturam nostram, quod in Flor. et Gud. plane est *CCCC*. J. FR. GRON. Eamdem scripturam servant etiam Cant. et Harl. Conjecturam Gronovii in contextum recipere voluit Clericus; sed primo neglegentia summa dedit *CCCL, Numidae, Maurique*, pro *CCCCL*. Deinde ejus rei lectorem monere oportuerat, quemadmodum se facturum in praefatione promisit. Quin insuper dubium est, utrum Gronovii emendatio, licet admodum ingeniosa, tamen vera sit: quum ne sic quidem inter Polyb. et Livium conveniat. Ea enim recepta quadringenti et quinquaginta equites secundum Livium erunt *Libyphoenices*, secundum Polybium *Libyphoenices et Libyes* vel *Afri*.

Et Numidae Maurique adcolae Oceani ad MDCCC] *et Numidae decem, Maurique* Lovel. 5. Tum *ad tria milia DCCC* Lovel. 3. Sed numerus vulgatus convenit ei, quem edit Polyb. 3, 33. *Νομάδων δὲ, Μασσυλίων,*

Digitized by Google

Hispania, ducenti equites: et, ne quid terrestris de-
4 esset auxilii genus, elephanti quatuordecim. classis praeterea data ad tuendam maritimam oram, (quia, qua parte belli vicerant, ea tum quoque rem gesturos Romanos, credi poterat) quinquaginta quinque-

καὶ Μασσαισυλίων, καὶ Μακίων, καὶ Μαυρουσίων, τῶν παρὰ τὸν Ὠκεανόν, χιλίους ὀκτακοσίους. Praeterea *ad mille octingentos* pleraeque edd. *ad mille octingenti* paucae. per numerum demum Paris. anni 1573. et inde recentiores omnes. Ceterum omnia haec vocabula desunt in Hearnii D.

Parva Ilergetum manus ex Hispania, ducenti equites] *Illergetum* Ber. *Lergetum* Lovel. 2. *Isergetum* Lovel. 5. *Vergetum* Lovel. 3. 4. et Harl. *Vegetum* Voss. et Lovel. 1. V. infra cap. seq. §. 2. Polyb. id exprimit 3, 33. *Λοργιτῶν δὲ τριακοσίους.* ad quem locum nihil monuerunt interpretes. Sed videtur omnino legendum esse *Ἰλουργητῶν.* Quae etiam sententia fuit interpretum Polybii, qui, teste Ortel. in Thes. Geogr. v. *Lorgitae*, reddiderunt *Ilergetes*, licet ipse Ortelius populum potius Africae indicari putet, et Casaub. in Latina interpretatione *Lorgitas* servarit. De Ilergetibus v. Marcae Marcam Hispan. 2, 26. Quod autem ad numeri Polybiani et Liviani differentiam adtinet, uter ex utro emendandus sit, sine ope librorum constitui nequit.

Ne quod terrestris deesset auxilii genus, elephanti quatuordecim] Vereor, ne legendum sit *XXI.* nam Polybius [3. 33.] edit *ἐλέφαντας εἴκοσι καὶ ἕνα.* SIG. Sigonius ex Polybio suspicatur legendum *XXI.* contra omnes libros, sicut et ante *Balearibus D.* GEBH. In numero nihil etiam mutant mei, nisi quod *elephanti XXIIII* sit in Lovel. 5. Insuper *ne quid* edidit Cl. Jac. Gronovius, quod inter errores operarum referri posset, nisi superesset in Flor. Cant. et tantum non omnibus reliquis.

§. 4. *Classis praeterea data est ad tuendam maritimam oram*] Voss. et Men. *data ad tuende maritime ore.* Sed in Vossiano secunda manu factum *tuenda.* Voluit, *classis praeterea data ad tuenda maritimae orae.* Ea scilicet, qua dabatur facilis appulsus navium. Quaedam enim ipso litorum ingenio aut munitis urbibus castellisque tuta erant. Nisi malis, *Classis praeterea data est tuendae maritimae orae.* J. FR. GRON. *classis praeterea parata ad tuendam maritimam oram* primae edd. pro quo Aldus reposuit *classis praeterea data ad tuendam maritimam oram.* id autem obtinuit usque ad Gruterum, cujus edd. praeferunt, addita voce *classis praeterea data est ad tuendam* etc. Sed verbum interpositum ignorant plerique Msti. Superest enim tantum in Ber. et Hearnii N. at transponitur *classis praeterea est data* in Lovel. 1. Suo igitur merito expunxi. Major est varietas in altera parte horum verborum. Vulgatum servant Harl. Ber. Rec. et Hearnii D. *ad tuendum maritimam oram* Lovel. 2. *ad tuenda maritumae ora* Flor. *ad tuenda maritimae orae* Gaertn. *ad tuenda*

Digitized by Google

remes, quadriremes duae, triremes quinque: sed aptae instructaeque remigio triginta et duae quinque-remes erant, et triremes quinque. Ab Gadibus Kar- 5 thaginem ad hiberna exercitus rediit. atque inde, profectus praeter Etovissam urbem, ad Iberum mari-

loca maritimae orae Hearnii L. 1. *ad tuenda maritimae oram* ejusdem N. *ad tuitionem maritimae orae* Hav. *ad tuendae maritimae orae* Cant. et Lovel. 1. *tuendae maritimae orae* Lovel. 3. 4. 5. et Hafn. Si quid judico, aut hoc, aut vulgatum verius est. Mox in verbis sequentibus, *ea inde quoque*, pro *ea tum quoque*, Hearnii D. Deinde *quadriremes duae et triremes quinque*, interposita copula, Ber.

Sed aptae instructaeque remigio] Hoc ait Polybius [3, 33.] πληρώματα ἔχουσαι. Ceterum in numero navium non discrepant, SIG. Hae voces cum octo sequentibus non exstant in Lov. 2. 4. et Ber. a m. 1. omissae neglegentia librariorum ob repetitionem dictionum *triremes quinque*. V. ad 9, 11, 11.

§. 5. *Ab Gadibus Karthaginem ad hiberna exercitus rediit. atque inde*] *A Gadibus* Voss. Lovel. 1. 2. Ber. Hav. et editi usque ad Aldum. Deinde *ubi ad hiberna exercitus rediit* Lovel. 3. *ad hiberna rediit* Lovel. 4. et Ber. Tum τὸ *atque* exsulat a Rec.

Profectus praeter omissam urbem ad Iberum maritimamque oram ducit] Quidam restituerunt *Etovissam urbem*. In Ptolemaei codice [2, 6.] *Etobessa Edetanorum urbs* hoc itinere legitur. GLAR. Ptolemaeus [2, 6.] nominat Ἠτοβήσαν, statuitque inter Ἐδετανούς. SIG. In loco Ptol. vulgo editur Ἠτόβημα, pro quo codex scriptus Coislin. Ἠτόβησα, quemadmodum scribendum esse viri docti apud Cellar. 2. Geogr. ant. 1. p. 84. conjecerunt. In hoc Livii loco *praeter omissam urbem*, cum edd. Frobeniana anni 1531. antiquioribus, legunt Flor. Cant. Voss. Lov. 1. 2. 4. Ber. et Gaertn. *propter .. missa urbe* Hearnii N. *praeter Obvissam urbem* ejusdem D. *praeter Obmissam urbem* Harlej. *praeter Anissam urbem* Lovel. 3. *juxta ommissa urbe* Lovel. 5. *ōmissa urbe* Hav. et Hafn. qui ambo deinde *praeter maritimam oram* legunt. *maritimam oram* Flor. Voss. Lovel. 1. 2. 4. 5. Harl. Ber. Rec. Gaertn. et Hearnii N. In recentioribus autem edd. locus ita interpungitur, *profectus praeter Etovissam, urbem ad Iberum, maritimamque oram ducit*. quod primum in Heinsii Elzevir. obvium fuit: ab ea priores edd. a Curione usque ad Elzev. non differunt, nisi quod minorem distinctionem post *Etovissam* omittant. Hinc sequitur, Etovissam a Livio ad Iberum poni, unde tamen remotam fuisse viri docti existimant. Hinc Cel. Jac. Gronov. Differt. Epist. in Livii loca quaed. Geogr. ep. 3. p. 22. ita distinguit, et ex vestigiis Mstorum, τὸ *que* expellentium, emendat *profectus, praeter Etovissam urbem, ad Iberum maritima ora ducit*. Verum si Hannibal, ut ibi inquit, maritima ora ab Karthagine ad Iberum duxit, Etovissa urbs maritima esse debet, quam

Digitized by Google

6 timamque oram ducit. Ibi, fama est, in quiete visum ab eo juvenem divina specie, qui *se ab Jove* diceret *ducem in Italiam Hannibali missum: proinde sequeretur, neque usquam a se deflecteret oculos.*
7 Pavidum primo, nusquam circumspicientem aut respicientem, secutum; deinde, cura humani ingenii, quum, quidnam id esset, quod respicere vetitus esset, agitaret animo, temperare oculis nequivisse;
8 tum vidisse, post sese serpentem mira magnitudine cum ingenti arborum ac virgultorum strage ferri, ac

tamen Ptolem. inter urbes mediterraneas Edetanorum recenset, superius p. 39. ubi ejusdem populi oram litoralem describit, nullam Etovissae mentionem faciens. Verius itaque Cellarius 2. Geogr. ant. 1. p. 84. *maritimamque oram* servans, tantum interpunctionem mutat. Prava interpunctio Doujatio fraudi fuit, atque effecit, ut quaereret, quae urbium hodie ad Iberum sitarum Etovissa Livii foret.

§. 6. *Neque usquam a se deflecteret oculos*] *nec usquam a se* Ber. *neque unquam a se* Lovel. 4. V. ad 39, 31, 5. *neque usque ad se* Harl. et Exc. Pithoei. Paullo ante *ducem in Italia*, pro *in Italiam*, Rec. et Hearnii N. in marg.

§. 7. *Agitante animo temperare animo nequisse*] Vos emendastis *temperare animum*. Ego reor, sic emendandum, *agitaret, animo temperare omnino.* VALLA. Nec lectio, quae huic Vallae adnotationi praefigitur, neque alterutra ab ipso in adnotatione memorata, in ullo codice vel editione mihi obvia fuit. Typis descripti constanter praeferunt, ut nunc editur. At *agitaret animo, temperare animo oculis* legunt Voss. et Lovel. 1. ac 3. *agitaret animo, temperare oculos* Lovel. 2. *agitaret animo, temperare oculos oculis* Harl. Sed vulgatum praestat. De locutione *agitare animo* v. ad 44, 18, 1. *temperare oculis* autem est oculos cohibere. ut *temperare irae* 33, 20, 6. *temperare manibus* 32, 20, 3. V. ad 4, 3, 6. Denique *nequiisse* Gaertn. *nequisse*, ut adnotationi Valla praescripsit, Lovel. 5. Rec. et Hav. V. ad 5, 10, 10. Paullo ante *τὰ aut respicientem* scribarum culpa omittuntur in Lovel. 1. et 3. Hinc *se secutum* habent edd. antt. usque ad Aldum, qui, consentientibus omnibus scriptis, *τὸ se*, ex prima syllaba vocis sequentis perperam repetitum, primus omisit. (* v. ad 30, 20, 6.) Postea *caussa humani ingenii*, pro *cura*, Lovel. 5. V. ad 9, 29, 1. *cura ingenii humani* Flor. *more ingenii humani* legendum esse, ad marginem Livii conjecit Cl. Ant. Perizonius.

§. 8. *Tum vidisse, post se serpentem mira magnitudine* etc.] Poëta [Silius 3, 185.]

Cum subitus circa fragor, et vibrata per auras

Digitized by Google

post insequi cum fragore coeli nimbum: tum, *quae* 9
moles ea, quidve prodigii esset, quaerentem audisse: *Vastitatem Italiae esse. pergeret porro ire, nec ultra inquireret, sineretque fata in occulto esse.*

XXIII. Hoc visu laetus tripartito Iberum copias 1
trajecit, praemissis, qui Gallorum animos, qua traducendus exercitus erat, donis conciliarent, Alpiumque transitus specularentur. nonaginta millia peditum, duodecim millia equitum Iberum traduxit. Ilergetes inde, Bargusiosque, et Ausetanos, et La- 2

Exterrent saevis a tergo sibila linguis, etc.

Ceterum Val. Max. elegantissime hoc idem (quod tamen Polyb. [3, 48.] ut fabulam irridet) tradit [1, 7. ext. 1.] Cic. vero longe aliter haec narrat 1. de Divin. [24.] MOD. *eum vidisse* Flor. Voss. Lovel. 1. 2. 3. 5. Harl. Ber. Gaertn. et Hav. V. ad 9, 35, 7. Deinde *post sese* edidit Gronov. quomodo praefert Flor. pronomen omittitur in Hearnii D. Sed interceptum est a vocis proximae syllaba initiali. V. ad 29, 21, 7. Hinc *serpentem mirae magnitudinis* Ber. et Rec.

§. 9. *Audisse: Vastitatem Italiae esse. pergeret porro ire, nec ultra inquireret, sineretque*] *audivisse* Lovel. 3. Tum *pergere porro ire* Harl. *pergeret porro iret* Hearnii N. a m. 1. *pergeret porro, id nec ultra inquireret* Lovel. 2. *pergent porro ire, nec ultra inquirent, sinentque* Gaertn. Voces *porro ire, nec ultra inquireret, sineretque fatu in occulto esse* desunt in Hav.

§. 1. *Hoc visu laetus*] *Hic visu laetus* Gaertn. *Hoc jussu laetus* Lovel. 1. V. ad 9, 24, 4. Mox *traducendus exercitus esset* Ber. in quo etiam *exercitus* omittebatur a m. 1. *traducendus erat exercitus* legunt Lov. 4. et 5.

Nonaginta millia peditum, duodecim millia equitum Iberum traduxit Sic Polybius [3, 35.] πεζῶν μὲν ἔχων εἰς ἐννέα μυριάδας, ἱππεῖς δὲ περὶ μυρίους καὶ δισχιλίους. καὶ διαβὰς τὸν Ἴβηρα ποταμόν. SIG.

§. 2. *Ilergetes inde, Bargusiosque, et Ausetanos, et Aquitaniam*] Sic Polybius [3, 35.] Τὸ τῶν Ἰλουργιτῶν ἔθνος, καὶ Βαργουσίων, ἔτι δὲ τοὺς Ἀιρηνοσίους καὶ τοὺς Ἀυδοσίνους. Quos vocat Livius *Ausetanos*, eos Ptolemaeus [2, 6.] Αὐσητανοὺς nominat. SIG. *Ilergotes* Gaertn. *Lergetes* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. Hafn. et Hav. *Illergetes* Ber. *Ilergentes* Hearnii N. in contextu, *Ilergethes* in margine. *Vergetes* ejusdem L. 1. V. ad cap. praec. §. 3. Tum *deinde* Ber. V. mox hoc cap. §. 4. Hinc *Bargutosque* Flor. Voss. Lov. 1. 3. 4. 5. Harl. Ber. Gaertn. Hav. Hearnii D. et N. ac quaedam edd. quum aliae *Barguntosque* praeferant. *Bargutesque* Lov. 2. *Barbutosque* Hafn. *Bargusiosque*

Digitized by Google

cetaniam, quae subjecta Pyrenaeis montibus est, subegit: oraeque huic omni praefecit Hannonem, ut fauces, quae Hispanias Galliis jungunt, in po-
3 testate essent. Decem millia peditum Hannoni ad praesidium obtinendae regionis data, et mille equi-
4 tes. Postquam per Pyrenaeum saltum traduci exercitus est coeptus, rumorque per barbaros manavit certior de bello Romano; tria millia inde Car-

primum obviam fuit in Mogunt. ed. V. supra c. 19, 7. Verum hos Bargusios ab illis ibi memoratis diversos statuit Marca 2. Marcae Hispan. 28. Postea *Ausitanos* Lov. 4. 5. Berol. et Hearnii L. 1. *Ausevanos* Rec. *Ansetanos* Hafn. *Amsetanos* Cant. *Auxetanos* Lov. 2. *Auxitanos* Lov. 3. De Ausetanis Livii v. Marcae Marcam Hisp. 2, 9. quos ab Ausetanis Plinii diversos fuisse docet ibid. c. 21. et 22.

Et Aquitaniam, quae subjecta Pyrenaeis montibus est, subegit] *Aquitania* pars est Galliae circa Pyrenaeos montes. Hispaniae autem oram Livius nominat, neque enim adhuc Annibal in Galliam trajecerat. Vox autem corrupta est. Hanc oram Ptolemaeus vocat *Ἀκηταυίαν*. Plutarchus *Λακηταυίαν*. Strabo [3, 161.] *Ἰακκηταυίαν*. Sic enim inquit: *Συνοικεῖται δὲ ὑπὸ πλειόνων ἐθνῶν ἡ Χώρα, γνωριμωτάτου δὲ τοῦ Ἰακκηταυῶν λεγομένου. τοῦτο δὲ ἀρξάμενον ἀπὸ τῆς παροδίας τῆς κατὰ τὴν Πυρήνην εἰς τὰ πεδία πλατύνεται.* Id est, *Haec ora compluribus incolitur gentibus, e quibus nobilissima Jaccetana dicitur. Haec a Pyrenes radicibus inchoans in campo latius extenditur.* Et post Livius [c. 60, 3.] *Cn. Scipio cum, Pyrenaeos montes circumvectus, Emporiis appulisset classem, orsus a Lacetanis omnem oram usque ad Iberum flumen Romanae ditionis fecit.* Et Sallustius in Epistola Pompeji [in fragm. 3. Hist.] *Recepi Galliam, Pyrenaeum, Lacetaniam.* SIG. Quomodo subegerit Galliae partem Hannibal, qui nondum in Galliam trajecerat, quaero hic cum Sigonio. Pal. tert. cum vet. ed. Mediol. Justini Philelfi habet *Equitaniam.* Mihi videtur quoque legendum *Lacetaniam.* Martialis, 1, [50.] de Hispaniae locis,

Aprica repetes Tarraconis litora,
Tuamque Lacetaniam.

GEBH. Edd. ante Sigonium *Aquitaneam, Aequitaniam, Equitaniam, Aquitaniam* praeferunt. *Equitaniam* etiam Ber. Hav. et Hearnii L. 1. *Aquitaniam* Flor. Cant. Harl. Gaertn. Lov. 3. 4. 5. et Hearnii D. ac N. *Aquitaneam* Hafn. *Acquitaniam* Lovel. 2.

Acquetaniam Lov. 1. Cujus librarius indicasse videtur, se in alio codd. *Aquetaniam*, in alio *Acetaniam* invenisse. Unde Sigonii conjectura *Lacetaniam* admodum verisimilis redditur, et simul patet, qua ratione ea vox in tot lectionum monstra abierit. Sigonii conjecturam probat etiam Marca 2. Marcae Hisp. 23. ubi late de hoc populo agit. Praeterea *montibus est, subigit*

Digitized by Google

petanorum peditum iter averterunt. constabat, non tam bello motos, quam longinquitate viae insuperabilique Alpium transitu. Hannibal, quia revocare 5 aut vi retinere eos anceps erat, ne ceterorum etiam feroces animi irritarentur, supra septem mil- 6 lia hominum domos remisit, quos et ipse gravari militia senserat, Carpetanos quoque ab se dimissos simulans.

Flor. a m. 1. et Ber. qui a m. 1. ignorat *τὸ est*. Id verbum cum sequenti *subegit* exsulat a Cant.

Quae Hispanias Galliis jungunt] *Gallis* Voss. Ber. Hav. et multae ex vett. edd. quod ea ratione dictum esse posset, qua *per Volscos Falernumque agrum* supra 7, 26, 9. ubi plura notantur. Sed, quum optimi et reliqui omnes codd. vulgatum servant, verius videtur, eos, qui *Gallis* dederunt, pari modo erraſſe, quo illi, qui *regis* scripserunt pro *regiis*, *reliquis* pro *reliquiis*, *collegis* pro *collegiis*; de quibus infra v. ad 36, 19, 2. *Galliis* autem, ut supra c. 21, 10. *Dum ipse terrestri per Hispaniam Galliasque itinere Italiam peteret.*

§. 3. *Decem millia peditum Hannoni*] *Tredecim millia* Lov. 3. Male. Polyb. 3, 35. Ἀπεμέριζε δὲ καὶ τῆς δυνάμεως, ἣς εἶχε, τῷ μὲν Ἀννωνι πεζοὺς μυρίους, ἱππεῖς δὲ χιλίους. Mox vocula *et* exsulat a Ber. a m. 1.

§. 4. *Postquam per Pyrenaeum saltum traduci exercitus est coeptus*] *Postquam Pyrenaeum saltum* Ber. a m. 1. Deinde *est coeptus* Cl. Jac. Gronovius, pro *coeptus est*, primus edidit: cui consentiunt Flor. et Cant.

Tria millia inde Carpetanorum peditum iter averterunt] *Τὸ inde* deficit in Lov. 2. et Hav. Forte *iñ* vel *inde* intercepit nota numeri millenarii *M.* V. ad 10, 20, 6. Ejus loco *jam* est in Lov. 5. *deinde* in Harl. V. ad 36, 24, 10. et modo hoc cap. §. 2. Hinc *Carpentanorum peditum* Lov. 2. 4. Ber. et Hav. *Charpentanorum peditum* Gaertn. V. ad c. 5, 7. *Carpetanorum equitum* Harl. errore librarii. V. ad 37, 40, 10. Paullo post *insuperabili Alpium transitu* Hav. *insuperabilique transitu Alpium* Lov. 4. et 5.

§. 5. *Revocare aut vi retinere eos*] *Τὸ vi* exsulat a Voss. et Hav. *eos* a Ber. a m. 1. *aut retinere eos vi* transponunt Lov. 4. et 5.

§. 6. *Supra septem millia hominum domos remisit*] *sup septem millia hominum* Gaertn. V. ad 23, 36, 6. Tum *domum remisit* Lov. 4. Ber. et Hearnii N. in contextu; in margine enim emendatur *domos*.

Quos et ipse gravari militia senserat] Lego *militiam*. quod genus, passim corruptum, restituimus et Statio [in Diatr. p. 132.] pluribusque ad Senecae Tragoedias [in Thyeste 106.] Sed et Muretus *ipsos*. Placet. Scribe igitur, *quos et ipsos gravari militiam senserat*. J. FR. GRON. Adde Torrent. ad Suet. Tiber. 50. et Interpr. Justini ad 20, 2.

Digitized by Google

1 XXIV. Inde, ne mora atque otium animos sollicitarent, cum reliquis copiis Pyrenaeum transgre-
2 ditur, et ad oppidum Illiberi castra locat. Galli quamquam Italiae bellum inferri audiebant, tamen, quia vi subactos trans Pyrenaeum Hispanos fama erat, praesidiaque valida inposita, metu servitutis ad arma consternati, Ruscinonem aliquot populi
3 conveniunt. quod ubi Hannibali nunciatum est, moram magis, quam bellum, metuens, oratores ad

DUK. De ea locutione v. quae notavi ad Silii 2, 598. et adde Cortium ad Plinii 3, 18, 6. Similiter loquitur Quinctil. 1. Inst. Orat. 1. *Praecipienda sunt quatuor; quae si quis gravabitur, non rationi defuerit, sed homini.* ubi Cel. Burmann. etiam hic *militiam* probat, eamque locutionem pluribus inlustrat. 4, 5. *Quod quum audivit judex, cetera, tamquam supervacua, gravari solet.* Praeterea *quos et ipsos* etiam conjiciunt vir doctus ad marginem ed. Curion. et Cl. Ant. Perizon. ad oram Livii sui. Omnes tamen, quos consului, Mssi et *ipse* et *militia* servant.

Carpetanos quoque ab se dimissos simulans] *Sarpetanosque* Gaertn. *Carpentanos quoque* Lov. 2. 5. Ber. et Hav. *Carpetanos quoque absimulans* Voss. et Lov. 1. *Carpetanos quoque a se dimissos assimulans* edd. antt. usque ad Aldum. *a se divisos simulans* Lov. 3. V. ad 37, 45, 19.

§. 1. *Ne mora atque otium animos sollicitarent*] *mora atque otio* Gaertn. *mora atque otium animos sollicitaret* Flor. Lov. 3. Harl. et Ber. Utrumque ferri potest. Livius enim duobus substantivis singularibus nunc verbum singulare, nunc plurale addere solet. De priori v. ad 37, 29, 6. de posteriori ad 1, 31, 7.

Ad oppidum Illiberim castra locat] *Ilybirrim* vocat Strabo 4, [182.] Ἐκ μὲν τῆς Πυρήνης ὅ, τε Ῥουσίκων καὶ ὁ Ἰλυβίρρις, πόλιν ἔχων ὁμώνυμον ἑκάτερος ἀντῶν. De *Ruscinone* paulo post Livius. SIG. Strabo *Illibirrim* vocat. Ceterum Pall. duo, totidemque vett. edd. *Illiberum.* pr. vero *Hiliberrum.* Mox c. 25. idem *ad Iliberrim.* GEBH. Flor. *Iliberri.* Et mox *propius Inliberri accederent.* Superposita tamen *l* literae *n.* Mela [2, 5.] *Eliberri.* Sic quoque Priscianus [6, 682.] notat ex Trajani primo Dacicorum: *Inde Berzobim, deinde Aixi processimus.* Noster 23, [49, 12.] *Illiturgi obsidione liberato ad Intibili oppugnandum Punici exercitus traducti.* J. FR. GRON. *Illiberum* Lov. 2. 3. Ber. Hav. et Hearnii D. et N. *Iliberum* Lov. 4. 5. Harl. et Gaertner. *Illiberrum* Voss. *Iberum* Hearnii L. 1. *Liberi* Lov. 1. *Illiberi* Cant. quod Cl. Jac. Gronovius hic et §. 3. in contextum recepit, quum §. 5. *Illiberim*

Digitized by Google

ad regulos eorum misit, *conloqui semet ipsum velle cum his; et vel illi propius Illiberi accederent, vel se Ruscinonem processurum, ut ex propinquo congressus facilior esset: nam et accepturum eos in castra* 4 *sua se laetum, nec cunctanter se ipsum ad eos venturum. Hospitem enim se Galliae, non hostem, advenisse: nec stricturum ante gladium, si per Gallos liceat, quam in Italiam venisset.* Et per nuncios quidem haec. Ut vero reguli Gallorum, castris ad 5 Illiberim extemplo motis, haud gravate ad Poenum

servarit, ubi Hearnius etiam *Illiberi* substituit. Hac terminatione in vicina Hispania plura oppida obcurrunt. Praeter *Illiturgi* et *Intibili* hic memorata, *Illici* est apud Plinium 3. Hist. Nat. 3. Eadem tamen etiam per *is* efferri, statuere videtur Gronov. ad Livii 21, 60, 7. Deinde *apud oppidum* Lov. 5. Similiter variant scribae supra 5, 7, 1.

§. 2. *Ruscinonem aliquot populi conveniunt*] *Rustinonem* Voss. et Lov. 1. *Rusticonem* Hearnii D. *Rustionnem* Harl. Deinde *aliquod populi* Flor. errore verba praeeuntis. V. ad 6, 24, 2. In praecedentibus *Transpyrenaeos Hispanos* edd. ante Aldum.

§. 3. *Et vel illi propius Illiberi accederent, vel se Ruscinonem processurum*] *Tò et* abest ab Harl. et Gaertn. Tum *Illiberum* Lov. 2. 3. Ber. et Hav. *Iliberum* Lov. 5. et Harl. *Inliberum* Gaertn. *Inliberi* Voss. et Lov. 1. *Inliberim* Flor. sed ultima litera postea est erasa. V. hoc cap. ad §. 1. Deinde *Ruscionem* Harl. *Rustionem* Voss. *Ristionem* Lov. 1. Paullo ante *bellum timens* edd. Rom. anni 1472. et Parm. Tum, transpositis vocabulis, *eorum regulos* Lov. 3. et *colloqui semet ipsum cum iis velle* Flor. et in sequentibus *facilior congressus* Rec.

§. 4. *Hospitem enim se Galliae, non hostem, advenisse*] Ovidius [17. Her. 10.]

Qui sic intrabas, hospes, an hostis eras.

Pal. tert. *hospitem enim se, non hostem, Galliae advenisse.* GEBHARD. *hospitem esse se Galliae, non hostem advenisse* Lov. 2. Paullo ante *accepturum eorum in castra sua se laetum* Gaertn. *Tà se laetum* desunt in Lov. 1. In sequentibus *quam Italiam veniat*, pro *in Italiam*, Lov. 2. Sed praepositio vel intercepta est a litera finali vocis praecedentis. V. ad 10, 13, 3. vel, si per compendium *i*-scripta fuerit, a litera initiali sequentis. V. ad Epit. Liv. 85. Deinde *per nuncium quidem haec* Rec. sed *oratores* Hannibalem misisse Livius modo dixit.

§. 5. *Castris ad Illiberim extemplo motis, haud gravate*] *ad Iliberum* Lov. 1. et Harl. *ad Iliberrium* Gaertn. *ad Illiberum*

Digitized by Google

venerunt; capti donis, cum bona pace exercitum per fines suos praeter Ruscinonem oppidum transmiserunt.

1 XXV. In Italiam interim nihil ultra, quam Iberum transisse Hannibalem, a Massiliensium legatis
2 Romam perlatum erat: quum perinde, ac si Alpes jam transisset, Boji, sollicitatis Insubribus, defecerunt; nec tam ob veteres in populum Romanum

Voss. Lov. 2. Ber. et Hav. *ad Iliberrim* Flor. Tum *haud gravanter* Flor. quod adposito signo sibi non displicere indicavit Cl. Salvinius.

Praeter Ruscinonem oppidum transmiserunt. In Italiam interim] Omnes libri *transmiserunt in Italiam. Interim*. GEBH. Ita etiam Lovel. 3. Ber. et Hav. Sed voces *In Italiam* non agnoscit Hearnii N. et etiam abesse posse videntur. In eadem enim hac periodo sequitur *Romam perlatum erat*. Sed reliqui omnes agnoscunt; quare ad praecedentia has voces refero: in quod etiam edd. vett. consentiunt. Interpunctionem primus mutavit Frob. anno 1531. *transmiserunt in Italiam*, id est, transmiserunt per regionem suam, ut Italiam adire possent. Insuper *per Ruscinonem oppidum* Hearnii N. in margine sollemni scribarum aberratione. V. ad 28, 42, 3. *Rustinonem* Voss. et Lov. 1. *Ruscionem* Harl. V. ad §. 2.

§. 2. *Placentiam Cremonamque colonias in agrum Gallicum*] Hae coloniae deductae sunt hoc anno P. Cornelio, Ti. Sempronio consulibus, pridie Kal. Jan. auctore Paediano in Pisonianam [in principio.] Nec dissentit Polybius [3, 40.] Hac de re etiam in epitome libri vigesimi. SIG. Si verum est, quod Ascon. apud Sigonium dicit, colonias illas deductas esse pridie Kal. Jan. earumque deductio Gallos Cisalpinos permovit, ut, quod Livius aliique narrant, antequam Hannibal Alpes transisset, a Romanis deficerent, coloniae deductae esse non possunt P. Cornelio, Ti. Sempronio consulibus, qui Kal. Martiis magistratum inierunt. Iis enim consulibus, occidente sidere Vergiliarum, id est incipiente hieme, Hannibal Alpes transcendit. V. infra c. 35. quin et, quum secundum cum Hannibale proelium in Italia, sive ad Trebiam, committeretur, erat brumae tempus. V. c. 54, 7. Verius itaque est, deductas esse pridie Kal. Januarias ejus anni, quo adhuc eorum decessores M. Livius et L. Aemilius consulatum gerebant. Et in hunc sensum accipi potest Polyb. qui refert, P. Cornelio et Ti. Sempronio consulibus, quum Hannibalem Iberum trajecisse Romam adlatum esset, Romanos fluduisse ἐπὶ τέλος ἀγαγεῖν τὰ κατὰ τὰς ἀποικίας. Et forte pr. Kal. Jan. M. Livio et L. Aemilio adhuc consulibus, lex de coloniis his deducendis lata fuit, ac coloni conscripti sunt; sed demum coloniae deductae sunt, quum jam novi consules magistratum occepissent, et Hannibalem Iberum transiisse nunciatum foret. Cete-

Digitized by Google

iras, quam quod nuper circa Padum, Placentiam Cremonamque colonias in agrum Gallicum deductas aegre patiebantur. Itaque, armis repente adreptis, 3 in eum ipsum agrum inpetu facto, tantum terroris ac tumultus fecerunt, ut non agreſtis modo multitudo, sed ipsi triumviri Romani, qui ad agrum venerant adsignandum, diffisi Placentiae moenibus, Mutinam confugerint, C. Lutatius, C. Servilius, T.

rum *in agrum Galliacum* Flor. Paullo ante vero *ob veteres imperatorum iras*, pro *ob veteres in populum Romanum iras*, Lovel. 3. *ob veteres imperii iras* edd. ante Moguntinam. Scriptum fuerat per compendium *in P. R. iras*, quod librarii adsecuti non sunt. Ita contra ex *impp.* id eſt *imperatoribus*, fecerunt *in populo* supra 5, 12, 7.

§. 3. *Tantum terroris ac tumultus fecerunt*] *tantum terroris hoc tumultu fecerunt* Hearnii N. in margine. *terroris tantum hoc tumultu fecerunt* Lovel. 2. Paullo ante *armis acceptis*, pro *arreptis*, Gaertn. Male. V. ad 5, 47, 4. In sequentibus vero *convenerant*, pro *venerant*, idem Gaertn.

C. Lutatius, A. Servilius, T. Annius. Lutatii nomen haud dubium est] L. 30, [19, 7.] ubi hi ex captivitate liberantur a consule Cn. Servilio hujus *Auli* filio, legitur *Cnejus* etiam, ut patris ac filii idem fuerit praenomen. Sed placet magis *Aulus* hoc loco. GLAR. De his ita Paedianus [l. l.] *Deduxerunt triumviri P. Cornelius Asina, C. Papirius Maso, Cn. Pompejus, sive Cn. Cornelius Scipio.* Porro autem in vulgatis Livianis libris erat *A. Servilius.* Scripsi tamen *C. Servilius*, quia hic pater eſt *C. Servilii*, consulis anno DLVII, auctore Livio, qui in consulatu Capitolino *C. F.* scribitur. Polybius [3, 40.] C. Lutatium consularem et duos praetorios nominat. SIG. *C. Servilius* legendum censuit primo Glareanus, cui secundas fert Sigonius. Pall. et vett. edd. vulgatae lectioni adſtipulantur. In reliquis vero *M. Annius.* tert. *M. Amnius.* GEBH. *Quintus Lutatius* Lovel. 3. *Cn. Luctatius* Hearnii D. Verum, ut Sigonius observat, Polybio vocatur, *Γάϊος Λουτάτιος, καὶ τὴν ὕπατον ἀρχὴν ἐιληφώς.* ut verisimiliter indicetur ille Lutatius, qui biennio ante consul fuit, et *Γάϊος Λουτάτιος* vocatur Zonarae 8. Annal. 20. *Lutatius* autem, non *Luctatius*, scribendum eſſe, dictum eſt ad Epit. Liv. 19. Deinde omnes codd. mei cum Hearnii N. ac L. 1. et Exc. Pithoei *Aulus* vel *A. Servilius* hoc loco, et mox §. seq. *pro Aulo* vel *pro A. Servilio*, nisi quod in Lovel. 1. sit *Paulo Servilio.* Verum non contemnendum eſt argumentum Sigonii, quo Servilium non *Auli*, sed *Caji*, praenomen habuiſſe docuit, nisi ſtatuere velimus, Livium et Faſtos Capitolinos in eo diſſentire. Sigonii itaque sententiae adſtruendae illud addimus, vel neminem, vel quam pauciſſimos in gente Servilia *Auli* praenomine usos fuiſſe. Qui enim supra 4, 21, 9. *A. Servilius* dictator ve-

Digitized by Google

4 Annius. Lutatii nomen haud dubium est. pro C. Servilio et T. Annio, Q. Acilium et C. Herennium habent quidam annales: alii P. Cornelium Asinam
5 et C. Papirium Masonem. Id quoque dubium est, legati, ad expostulandum missi ad Bojos, violati sint, an in triumviros agrum metantes inpetus sit
6 factus. Mutinae quum obsiderentur, et gens, ad obpugnandarum urbium artes rudis, pigerrima ea-

catur, potius Q. *Servilium* dicendum esse, ibidem viris doctis adsensus sum, eorumque opinionem novis argumentis adstruxi; licet tamen vulgatam lectionem in contextu servandam existimarim. Tandem *T. Anius* Lovel. 2. *T. Amnus* Hav. *C. Annius* Lovel. 3. *M. Annius* Cant. Lovel. 5. Ber. Harl. Rec. et Hearnii N. D. L. 1. cum priscis edd. *M. Annilus* Flor. *Mannius* Lovel. 4. Praenomen omittit Gaertn. Aldus demum *T. Annius* substituit.

§. 4. *Pro C. Servilio et T. Annio, Q. Acilium et C. Herennium habent*] Pal. tert. habet *pro A. Servilio et M. Ammio, Q. Attilium et G. Herennium habent.* GEBH. Voces *et T. Annio* desunt in Flor. Voss. Lovel. quinque, Hafn. Ber. et Hav. Sed in Voss. margine *pro Cn. Annio* additur. *et M. Annio* Harl. et Gaertn. Deinde *quem Acilium* Voss. in contextu, et Lovel. 1. *que Acilio* Flor. unde factum est *que Acilium* m. 2. *Q. Attilium* Ber. et Hav. *Attilium*, omisso praenomine, Lovel. 3. *Q. Accilium* Hearnii D. et edd. vett. usque ad Froben. anni 1531. Denique *Cn. Herennium* Lovel. 3. *C. Herenium* Lovel. 2.

C. Papirium Masonem] *Q. Papirium* Lovel. 3. et Hafn. reliquis omnibus invitis. Tum *Nasonem* Flor. *Nasonem* Voss. Lovel. 1. 2. 3. 4. Harl. Ber. Rec. Gaertn. Hav. Hearnii N. ac D. et vett. edd. *Nazonem* Hafn. Demum Froben. anno 1531. *Masonem* recte substituit. *Maso* enim, non *Naso*, Papiriorum cognomen fuisse, ex Fast. Capit. et aliunde constat. Praeterea, si verum est, quod Polyb. retulisse modo vidimus, horum triumvirûm unum tantum Lutatium consularem, reliquos duos praetorios fuisse; inde etiam refelli potest fides annalium, quos hic memorat Livius, siquidem ex fastorum conditoribus constet, C. Papirium Masonem tredecim, P. Cornelium Asinam tribus annis ante consules fuisse.

§. 5. *Id quoque dubium est, legati, ad expostulandum ad Bojos missi, violati sint, an in triumviros*] Pal. pr. *alii P. Cornelium Asinam et C. Papirium Nasonem. id quoque dubium est. legati ad expostulandum missi ad Bojos violati sint, incertum.* et ita sec. et vett. edd. Sed tert. *alii P. Cornelium Asinam et G. Papirium Nasonem. id quoque dubium est. legati ad postulandum missi ad Bojos violati sint, incertum.* GEBH. Omnes scripti, omnes editi ante Frobenium: *violati sint incertum an in triumviros.* Sed praecessit: *Id quoque dubium est:*

Digitized by Google

dem ad militaria opera, seghis intactis adsideret muris, simulari coeptum de pace agi. evocatique 7 ab Gallorum principibus legati ad conloquium, non contra jus modo gentium, sed violata etiam, quae data in id tempus erat, fide, comprehenduntur; negantibus Gallis, nisi obsides sibi redderentur, eos dimissuros. Quum haec de legatis nunciata 8 essent, et Mutina praesidiumque in periculo esset,

ergo alterum supervacaneum. Concedo, sed non, quod illi voluerunt. Videtur enim scripsisse Livius. *Id quoque, legati ad expostulandum missi ad Bojos violati sint, incertum, an in triumviros agrum metantes impetus sit factus.* Hoc enim quoque ordine verborum Flor. Gud. tres Pall. J. FR. GRON. Alios facit legatos, alios triumviros. Polyb. 3, 40. nullos legatos memorat, sed triumviros Mutinae clausos, quum colloquium a Bojis postulassent, ad eos fide accepta egressos, eaque violata comprehensos scribit. Et Livius ipse 27, 21, 10. non legatos, sed triumviros circa Mutinam, et 30, 19, 7. ad vicum Tanetum a Bojis captos tradit. DUK. *legati ad postulandum ad Bojos missi* Voss. *legati ad Bojos ad postulandum missi* Lovel. 1. 2. et Hearnii Oxon. in contextu. *legati ad Bojos ad expostulandum missi* Gaertn. *legatine ad expostulandum ad Bojos missi* Hafn. *legatine ad Bojos postulandum missi* Hav. *legatine ad hoc postulandum missi ad Bojos* Ber. *legati ad expostulandum missi ad Bojos* Lovel. 3. 4. 5. Harl. et edd. ante Aldinam, in qua datum est *legati ad Bojos ad expostulandum missi.* Vocabula vero in eum ordinem digesta, quo in hujus annotationis capite inveniuntur, primum vidi in ultima ed. Gruteri: quare optimos in hac re codices secutus sum. Praeterea *violati sint, incertum, an in triumviros* Voss. Lovel. 2. 3. 4. 5. Harl. Ber. Hafn. Gaertn. Hav. et Hearnii Oxon. In quo aliquid mendae superesse etiam Aldus animadvertit, ideoque locum asterisco notavit; quem deinde in erratis ita emendavit: *et C. Papirium Nasonem. Id quod dubium est. Legati ad Bojos ad expostulandum missi violati sint, incertum; an triumviros.* et id proximi editores servarunt. Gronovius voces *dubium est* ejiciendas censet; in quo nullus codicum ei adsentitur. Contra *incertum* non adparet in Cant. Lovel. 1. et Rec. Certe in excerptis meis ex iis nihil notatur. Horum auctoritate fretus, recte Frobenium eam vocem expunxisse arbitror. Mox *factus sit* Ber.

§. 6. *Ad militaria opera seghis intactis adsideret muris*] *militaria ad opera* Ber. Tum *intactis muris adsideret* Gaertn. *intactis insideret muris* Rec. Mox *simulare coeptum*, pro *simulari*, Ber. *simularet coeptum* Lovel. 1.

§. 7. *Nisi obsides sibi redderentur, eos dimissuros*] *nisi obsides sibi Galli redderentur* Lovel. 1, *nisi obsides sibi mitterentur* Lovel. 4. *nisi obsides sibi redderent* Hearnii N. in mar-

Digitized by Google

L. Manlius praetor, ira accensus, effusum agmen
9 ad Mutinam ducit. Silvae tunc circa viam erant,
plerisque incultis. ibi, inexplorato profectus, in in-
sidias praecipitatus, multaque cum caede suorum
10 aegre in apertos campos emersit. ibi castra com-
munita; et, quia Gallis ad tentanda ea defuit spes,

gine. Tum *eos se dimissuros* Gaertn. et edd. usque ad Cl. Jac. Gronovium, qui *τὸ se* expunxit, quod etiam reliqui codd. ignorant. V. ad 1, 23, 3. *Τὸ se* tamen, sed ex edd. fide, probat Crevier.

§. 8. *Quum haec de legatis nunciata essent*] Pal. sec. *Quum haec accessisse legatis nunciata essent*. GEBH. Mox *et Mutinae praesidium in periculo esset* Ber. *et Mutinae praesidiumque in periculo essent* Hearnii N. in margine. Deinde *L. Manlius imperator*, pro *praetor*, Lovel. quinque, Harl. Ber. Hafn. Rec. Gaertn. Hav. Hearnii N. et editi usque ad Aldum. *L. Manlius P. R.* Cant. V. ad 31, 10, 4.

§. 9. *Silvae tunc circa viam erant, plerisque incultis*] Vet. lib. *plerisque locis incultis*. Polybius [3, 40.] *τοὺς ὑλώδεις τόπους* vocat. SIG. Quod inculcat Sigonius *plerisque locis incultis*, refellit eum calamo pictorum et cusorum librorum consensus. GEBH. *locis plerisque incultis* Lovel. 3. Ber. et Hafn. cum Brancal. Latinii. *plerisque locis incultis* Hav. *plerisque incultis locis* Lovel. 5. Reliqui additam a Sigonio vocem ignorant. Illorum autem, qui servant, dissensus in loco ei tribuendo indicare videtur, ex margine a librariis ibi, ubi melius convenire credebant, insertam esse.

Praecipitatus, multaque cum caede suorum aegre in apertos campos emersit] Dele copulativam, ut sit: *ibi inexplorato profectus, in insidias praecipitatus, multa cum caede suorum* etc. *aegre emersit*. Sic Andreas, Tar. Ven. Bec. Ascens. Moguntina. Justinus 32, [1.] *Dum suos in proelium revocat, in transitu fossae equo praecipitatus, a multitudine hostium oppressus est*. Nisi malis *praecipitatur*. J. FR. GRON. *multa cum caede* unus Rec. Praeterea *explorato profectus* Lovel. 4. Sed prima syllaba per compendium *i* scripta a vocis praecedentis litera ultima intercepta est. V. ad 35, 8, 9. Tum *aegre imperatos campos*, literis transpositis, Lovel. 4. Deinde *submersit* Gaertn.

§. 10. *Quamquam adcisas res satis constabat*] Mediolani confictum. Andreas Romae *quamquam cecidisse satis constabat*. Men. *ad cladisse*. Voss. *accedisse*. Flor. *adcecidisse*. Videtur excidisse numerus. Gud. *ad C. cecidisse*. Sed hoc parum pro illo *multa caede*. Forte *ad D.* Mox pro *octingentos* iidem scriti *DCC*. J. FR. GRON. *cecedisse s. c.* edd. Rom. anni 1472. et Parm. *adcecidisse satis constabat* Cant. et Exc. Pithoei. *accedisse satis constabat* Lovel. 1. 5. et Hearnii D. *accidisse satis constabat* Lovel. 4. et Rec. *occidisse satis constabat* Hearnii L. 1. *accessisse satis constabat* ejusdem N. cum Lovel. 2. 3. Harl. et Gaertn. Numerum militum cae-

Digitized by Google

refecti sunt militum animi, quamquam adcisas res satis constabat. Iter deinde de integro coeptum; 11
nec, dum per patentia loca ducebatur agmen, adparuit hostis; ubi rursus silvae intratae, tum po- 12
stremos adorti, cum magna trepidatione ac pavore omnium, octingentos milites occiderunt, sex signa

sorum excidisse conjicienti Gronovio fidem habeo. Et quidem ex numeri nota *C*, quae in Gudiano reperitur, si quis *ad D. cecidisse*, quemadmodum opinatur, legere malit, non adversabor: potest tamen etiam substitui ad ∞ *cecidisse*. Nam et alibi numeri ∞ et *C* inter se commutati sunt. V. ad 33, 43, 9.

§. 11. *Necdum per patentia loca ducebatur agmen, cum adparuit hostis: ubi*] Ego *nec dum* duas esse dictiones existimo, et tollendum illud *cum* ante *apparuit*: ut sit sensus. Hostem, quamdiu in patenti loco agmen Romanum ducebatur, non visum: sed, ubi rursus silvae intratae, tum Gallos rursus adortos Romanos: quod et sequentia deinde verba satis indicant. Notanda autem significatio verbi *intratae*. GLAR. Sensus docet, legendum esse: *nec, dum per patentia loca ducebatur agmen, apparuit hostis, ubi rursus silvae intratae, tum postremos adorti*: ut sit, hostes non apparuisse interea, dum exercitus Romanus patentibus campis iter faceret, ubi silvas intraverit, extremum agmen esse adortos: potest etiam vulgata lectio retineri, hoc sensu: neque adhuc per satis patentia loca ducebatur agmen, ubi silvae intratae sunt, vehementius se intulit. SIG. Pall. pr. et sec. *per impatientia loca*. tert. *per impatentia loca*. Forte *impatens* valde patens. Ceterum nec *cum* hinc eximendum est, neque τὸ *necdum* divellendum. GEBH. Recte Sigonius: *nec, dum per patentia loca ducebatur agmen, apparuit hostis*: quod et coniecerat Glareanus. J. FR. GRON. *necdum* et *cum adparuit* praeferunt omnes, quos adhibui; et nihilominus virorum doctorum emendationem, invito etiam Gebhardo, veram puto. Illud *cum* autem ex eo forte natum est, quod librarius in alio cod. *comparuit* invenerit, et duplicem hanc lectionem jungere voluerit; quemadmodum saepissime factum est. Illud autem *com* deinde in *cum* mutatum esse, mirum videri nequit post illa exempla, quae notavi ad 4, 24, 7. Praeterea *per impacientia loca* Lovel. 1. 2. *per impactentia loca* Voss. *per impatentia loca* Lovel. 3. 5. Harl. Ber. a m. 2. Hafn. et Gaertn. quod et ipsum errantium est scribarum. Livium enim *impatens* pro valde patens usurpasse, mihi persuadere nequeo. Paullo ante *Iter demum de integro*, pro *deinde*, Voss. et Lovel. 1. V. ad 40, 22, 1. *Item inde de integro* Gaertn.

§. 12. *Octingentos milites occiderunt*] *septingentos*, vel *DCC militès* Flor. Voss. Lovel. 2. 3. Harl. Hafn. Rec. et Hav. V. Gronov. ad §. 9. *CCC milites* Hearnii D.

§. 13. *Finis et Gallis territandi, et pavendi Romanis fuit*]

Digitized by Google

13 ademere. Finis et Gallis territandi, et pavendi Romanis fuit, ut e saltu invio atque inpedito evasere. inde, apertis locis facile tutantes agmen, Romani Tanetum, vicum propinquum Pado, con-
14 tendere: ibi se munimento ad tempus commeatibusque fluminis et Brixianorum Gallorum auxilio, adversus crescentem in dies multitudinem hostium, tutabantur.

Vet. lib. *Finis inde et Gallis territandi.* SIG. Et τὸ *inde* intrusum a Sigonio respuunt libri MSS. omnes, ut et antiquissimae edd. Interim Pall. pr. ac sec. *Finis et Gallis interritandi.* GEBH. Sigonius praeter necessitatem e libro infido particulam *inde* allinit hisce. J. FR. GRON. *Finis inde et Gallis territandi* ex meis solus Hav. ex Hearnii Oxon. solus N. Alibi etiam librarios hanc vocem interpolasse, videbimus ad 39, 49, 12. *Finis et Gallis interritandi* Lovel. 3. 4. et Gaertn. *Finis et Gallis intentandi* Ber. Hafn. et Rec. Deinde *et pavendi fuit Romanis* Flor. Mox autem *e saltu* Flor. Voss. Lovel. 2. 3. 4. 5. Ber. Harl. et Hav.

Cannetum, vicum propinquum Pado, contendere] Quod de vico Canneto ait, propinquum eum Pado flumini, bene congruit etiam Mutinae. Nam l. 30, [19, 7.] dicturus est, Canneti hos legatos captos, cum alii Mutinae captos credant, in qua opinione est etiam Polybius [3, 40.] GLAR. Vet. lib. *Tannetum.* Polyb. 3, [40.] *Τὴν Τάνιτος καλουμένην κώμην.* Ptolemaeus [3, 1.] *Τάνητον.* Livius 30, [19, 7.] ubi de eadem hac re loquitur, *Tanetum* edit. SIG. Pal. pr. *Tannetum.* tert. *Tanetum*, quod videtur verissima esse lectio, agnoscente quoque Ptolemaeo *Τάνητον.* GEBH. *Gannetum* Gaertn. *Canetum* Ber. et Lovel. 2. *Cannetum* Hav. et Hafn. *Tannetum* Lovel. 1. 2. 4. Flor. et Voss. qui *Cannetum* inter versus adscriptum habet. *Tannetum* etiam Hearnii N. in cujus margine praeterea *Tanetum*, *Gannetum* et *Cannetum* adscriptum exstat. *Tanetum*, Latinii Vatic. *Tatinetum* Lovel. 3. Sed, *Tanetum* vel *Tannetum* legendum esse, monuit etiam Cluverius 1. Ital. Ant. 28, 274. et 275. Tum *propinquum pago*, pro *Pado*, Lovel. 1. Paullo ante *apertis portis*, pro *locis*, Lovel. 4.

§. 14. *Brixianorum Gallorum auxilio*] Pal. pr. *Brisianorum in Gallorum.* sec. *Brixianorum etiam Gallorum.* tert. *Brixianorum et Gallorum.* GEBH. Flor. et Gud. *Brixianorum etiam Gallorum.* J. FR. GRON. *Brisianorum in Gallorum* Lovel. 1. *Brixianorum et Gallorum* Lovel. 5. Harl. Ber. a m. 1. Rec. Gaertn. Hearnii N. et edd. vett. usque ad Aldum, qui mediam voculam *et* in erratis expungendam primus monuit. *Brixianorum etiam Gallorum* Lovel. 4. Paullo ante *ibique se*, pro *ibi*, Rec. et in sequentibus *tuebantur*, pro *tutabantur*, Lovel. 4. V. ad 28, 20, 1.

§. 1. *Est Romam perlatus, et Punicum insuper Gallicum bellum ductum Patres acceperunt*]

Digitized by Google

XXVI. Qui tumultus repens postquam est Romam perlatus, et Punicum insuper Gallico bello 1
auctum Patres acceperunt; C. Atilium praetorem 2
cum una legione Romana et quinque millibus sociorum, delectu novo a consule conscriptis, auxilium ferre Manlio jubent: qui sine ullo certamine (abscesserant enim metu hostes) Tanetum pervenit. Et P. Cornelius, in locum ejus, quae missa cum 3

Ita scriptum est in codice Regis, quod emendare debueratis *Punicum supra Gallicum*: vel *Punicum insuper Gallico*. VALLA. Pal. tert. *Romam est allatus, et Punicum insuper Gallico bello auctum percepere*. Vulgatae quoque edd. *percepere*. Caeterum pr. *et Punicum insuper Gallicum bellum actum Patres acceperunt*. GEBHARD. *et Punicum insuper Gallicum bellum* Lovel. 1. 3. 4. Gaertner. et Hav. *et Punicum insuper Gallicum bello* Voss. *et Punicum insuper et Gallicum bellum* Lovel. 2. et Harl. *et Punicum etiam super Gallicum bellum* Lovel. 5. *et Punico insuper Gallicum bello* Ber. *et Punicum insuper Gallico bellum* Flor. Sed vulgatum mutandi caussam non video. Praeterea τὸ *est* non adparet in Ber. a m. 1. *actum*, pro *auctum*, legunt etiam Lovel. 2. a m. 1. et Gaertn. V. infra hoc libro c. 61, 4. Denique *perceperunt* vett. edd. pro quo primus Aldus *acceperunt* substituit.

§. 2. *C. Atilium praetorem*] Nomen praetoris non affert Polybius [3, 40.] caetera ab eo sumta sunt. SIG. *C. Ancilium* Hearnius in D. *Cornelium Atilium* in N. se invenisse monuit. *Quintum*, vel *Q. Acilium* est in Lovel. 3. et Hafn. *G. Attilium* in Lovel. 2. et Hav. *C. Attilium* in Gaertn. Sed Atiliorum nomen unica litera *t* scribendum esse, Sigonius supra docuit ad 5, 13, 3. Vox autem *praetorem* non adparet in Harl. lacuna tamen relicta est. Mox *unà cum legione Romana* legit Lovel. 4. *cum una legione Romanorum* Hearnii L. 1.

Delectu novo a consule conscriptis] Pal. pr. *dilectu novo a consulis*. tert. *a consulibus*. GEBH. *dilectu novo consulis* Lovel. 1. *delectu novo consulis* Voss. Lovel. 4. 5. Harl. et Hav. *dilectu novo a consulis* Flor. a m. 1. *a consulibus* a m. 2. quod posterius praefert etiam Cant. *delectu novo a consule ibi scriptis* Gaertn.

Sine ullo certamine (abscesserant enim metu hostes) Tannetum pervenit] Pal. tert. *abscesserant enim hostes*, excluso τῷ *metu*. GEBH. *abscesserant et metu hostes* Gaertn. *abscesserant enim hostes* edd. vett. Vocem *metu* demum addiderunt Moguntini. In voce autem *Tannetum* eodem modo variant codd. quo cap. praec. §. 13.

§. 3. *Quae missa cum praetore fuerat, transcripta legione nova*] Polybius [3, 40.] ἄλλα δὲ στρατόπεδα συνάγειν καὶ καταγράφειν. SIG. *quae amissa* Cant. quod si Gebhardus in codd. suis invenisset, per dimittere, able-

Digitized by Google

praetore fuerat, transcripta legione nova, profectus ab urbe sexaginta longis navibus, praeter oram Etruriae Ligurumque, et inde Salyum montes,
4 pervenit Massiliam, et ad proximum ostium Rhodani (pluribus enim divisus amnis in mare decurrit) castra locat: vixdum satis credens, Hannibalem
5 superasse Pyrenaeos montes. quem ut de Rhodani quoque transitu agitare animadvertit, incertus, quonam ei loco obcurreret, necdum satis refectis ab

gere, exposuisset. V. ad 4, 12, 9. et 7, 36, 10. mihi vero inter errores librariorum referendum videtur. Tum *fuerat* deficit in Flor. Lov. quinque, Ber. Gaertner. et Hearnii L. 1. ac N. nisi quod Ber. a m. 2. legat *quae missa erat cum praetore*; Lovel. 5. *transcripta legione fuerat*, voce *nova* omissa; Gaertner. vero *transcripta legione nova fuerat.*

Sexaginta longis navibus, praeter oram Etruriae] Polybius [3, 41.] ἑξήκοντα ναυσὶν tantum dixit. SIG. *item longis navibus* Gaertn. Tum *per oram Etruriae* Ber. et Hearnii N. V. ad 28, 42, 3.

Et inde Salyum, mox pervenit Massiliam] Hoc quid sit *mox*, exponit Polybius [3, 41.] πεμπταῖος, id est, *quinto die*. SIG. Pall. pr. et sec. ut et edd. vetustiae, *et inde Salvium montis pervenit Massiliam*. Tert. *et Mensalbium montis pervenit Massailiam*. GEBH. Duo Pal. Mon. Voss. et primae editiones pro *mox* habent *montis*. Scribe *praeter oram Etruriae, Ligurumque et inde Salyum montes, pervenit Massiliam*. Sic 34, [8, 6.] *Praetervecti Ligustinos montes sinumque Gallicum*. J. FR. GRON. *montis* etiam omnes mei et Hearnii codd. nisi quod *montem* sit in Ber. At in nomine praecedenti varie peccatur. *Salvium* est in Flor. a m. 1. Voss. Lov. 1. 2. 4. Ber. Hav. et edd. vett. *Salvii* in Lov. 5. *Salnium* in Hearnii N. et *Salini* in margine, quod etiam superest in Lov. 3. *Salinii* legit Gaertn. *Alpium* Harlej. Sed v. ad 5, 34, 7. et 35, 2. Praeterea *Ligurum et inde* Harl. *Ligurumque inde* Ber. a m. 1. *Ligurumque in* Lov. 4.

§. 4. *Ad proximum ostium Rhodani*] Polybius [3, 41.] πρὸς τὸ πρῶτον στόμα τοῦ Ῥοδανοῦ, τὸ Μασσαλιωτικὸν προσαγορευόμενον. SIG. *Tò ad* deest in Lovel. 1. ejus loco *id* praefert Gaertn.

Pluribus enim divisus amnis in mare decurrit] Pal. tert. exhibet *in mare defluit*. GEBH. *plurimis enim divisus* Harlej. Tum *in mare decurritur* Hearnii D. De hoc errore v. ad 30, 22, 8. *in mare recurrit* Hav. literis *D* et *R* perperam commutatis, de quo v. ad 9, 10, 6. *Decurrere* in hac re sollemne verbum est. Infra 38, 13, 7. *Maeander ex arce summa Celaenarum ortus, media urbe decurrens.* Phaedr. 1, 1.

A te decurrit ad meos haustus liquor.

Digitized by Google

jactatione maritima militibus, trecentos interim delectos equites, ducibus Massiliensibus et auxiliaribus Gallis, ad exploranda omnia visendosque ex tuto hostes praemittit. Hannibal, ceteris metu aut 6 pretio pacatis, jam in Volcarum pervenerat agrum, gentis validae. Colunt autem circa utramque ripam Rhodani: sed, diffisi citeriore agro arceri Poenum posse, ut flumen pro munimento haberent, omnibus ferme suis trans Rhodanum trajectis, ulterio-

ubi v. Cel. Burmann. unde patebit, ea verba etiam alibi a librariis confundi, et *in mare defluit*, quod Gebh. in uno Pal. reperit, ex interpretis glossemate adsumtum esse.

§. 5. *Trecentos interim delectos equites*] *CCCC interim* Harl. Sed τριακοσίους τῶν ἱππέων missos esse etiam Polyb. tradit 3, 41. Mox *duabus Massiliensibus auxiliariis Gallis* Ber. a m. 2. Polybius l. l. tradit, Scipionem adsumsisse συναγωνιστὰς Κελτοὺς, οἱ παρὰ τοῖς Μασσαλιώταις ἐτύγχανον μισθοφοροῦντες. Hinc, si Livius superstitiose Polybium reddidisset, conjici posset, *ducibus Massiliensium auxiliaribus Gallis* scripsisse. *auxiliariis* etiam Gaertn. Pariter *alaris* et *alarius* in Mstis promiscue occurrunt. V. ad 10, 40, 8. (* 37, 42, 3. 40, 32, 7.) Utrumque *auxiliaris* et *auxiliarius* Livius usurpavit: hic vero, ob codicum in vulgatam lectionem conspirantium auctoritatem, eam servandam puto. Perperam etiam vocem *Gallos* in Rec. deesse, laudata Polybii verba docent. Tum *videndosque*, pro *visendosque*, est in Ber. Paullo ante *jactatione marituma* legit Florent. V. ad 6, 31, 5.

§. 6. *Metu aut pretio pacatis, jam in Volcarum pervenerat agrum*] Polybius [3, 41.] Τοὺς μὲν χρήμασι πείσας, τοὺς δὲ βιασάμενος. SIG. *metu pacatis aut pretio*, mutata dictionum serie, Rec. Deinde *jam in Vulgarum* Flor. Voss. Lov. 2. 3. 4. 5. Harl. Ber. Hav. et edd. vett. *jam Vulgarum* Hearnii N. *jam Vulgorum* Gaertn. *jam in Algurum* Hearnii L. 1. *jam in Vulganium* ejusdem D. In sequentibus *utramque ripam fluminis Rhodani*, una voce interjecta, Hav. Verum ea rectius a reliquis exsulat.

Et diffisi citeriore agro arceri Poenum posse] Vet. lib. *sed diffisi*. SIG. Ita et Flor. Cant. Voss. aliique. Saepissime scribae voculas *et* ac *sed* perperam commutarunt. V. ad 1, 23, 2. 4, 23, 3. 5, 32, 4. 9, 2, 6. 22, 8, 5. c. 60, 9. 37, 32, 12. 38, 37, 2. 40, 58, 1. et alibi. Praesertim autem id facile accidere potuit, si vox praecedens litera *s* finiret. V. ad Epit. Liv. 48. nam indocti librarii *set* pro *sed* scribere solebant. *se diffisi* Lov. 5. ubi ultima litera τοῦ *sed* excidit ob primam vocis sequentis. V. ad 23, 8, 9. *et Romani diffisi* Lov. 3. Deinde *citeriore quoque agro arceri* Lov. 3. *citeriore aceri* Harl.

Ulteriorem ripam omnis ob-

Digitized by Google

7 rem ripam amnis armis obtinebant. Ceteros adcolas fluminis Hannibal, et eorum ipsorum quos sedes tenuerant, simul perlicit donis ad naves undique contrahendas fabricandasque: simul et ipsi trajici exercitum, levarique quamprimum regionem su-
8 am tanta urguente hominum turba cupiebant. Ita-

tinebant] Flor. *amnis armis obtinebant*. Utrum varia lectio est, an scribendum: *amnis armati obtinebant*? J. FR. GRON. Livius 30, 19, 3. *Non in eo esse Carthaginiensium res, ut Galliam atque Italiam armis obtineant*. et c. 29, 1. *Omnia circa Carthaginem obtineri armis*. DUK. *amnis armis obtinebant* recepit Cl. Jac. Gronovius, eumque secutus Clericus; neque aliter fuisse videtur in Cant. Voss. et Lov. 1. Sed potius variam lectionem esse, ac librarios duplicem scripturam *amnis* et *armis* in codd. suis obviam hoc modo junxisse existimo; de quo v. ad 3, 44, 4. Et quidem *armis* potius, quam *amnis*, a Livio profectum videtur. Infra 25, 30, 3. *Omnia Romanis ibi obtineri armis*. Consentit Hearnius, qui *ripam armis obtinebant* edidit. Paullo ante *Rhodanum trajectis*, pro *trans Rhodanum*, Rec. Sed v. ad praefat. Livii §. 11. et infra ad 25, 14, 4.

§. 7. *Et eos ipsos, qui ipsas sedes tenuerant*] Vet. lib. *et eos ipsos, quorum sedes tenuerat*. Polybius [3, 42.] φιλοποιησάμενος τοὺς παροικοῦντας τὸν ποταμόν. Recte autem *quorum sedes tenuerat*, quia subdit: *simul et ipsi trajici exercitum, levarique quam primum regionem suam tanta urgente hominum multitudine cupiebant*. SIG. Pal. pr. *et eorum ipsorum, quos sedes tenuerant*. sec. *et eos ipsos, quos sedes retinuerant, simul pellicet donis*. Tert. vero et binae edd. *et eos ipsos, qui ipsas sedes tenuerant*. GEBH. *et eos ipsos, quorum sedes tenuerat* profectum ab Sigonio, quum esset olim, *et eos ipsos, qui ipsas sedes tenuerant*. Ut et scripti fere, nisi quod τὸ *ipsas* ignorant. Neutri tamen lectioni acquiescere potest animus. In optimo libro erat hiatus ab ultimis c. 21. ad postrema c. 29. Pal. unus et Andeg. *et eorum ipsorum, quos sedes tenuerant*. Placebatque, ut esset, quós eorum ipsorum, nempe Volcarum, non traxerat insania popularium in ulteriorem ripam ad resistendum Hannibali, sed detinuerat ὅικος φίλος, ὅικος ἄριστος. 5, [54, 2.] *Adeo nihil tenet solum patriae? nec haec terra, quam matrem appellamus?* Confirmat haec, et multo evidentiora reddit adjecta voce Florentinus, in quo est: *et eorum ipsorum quos sedes suae tenuerant*. Gudianus quoque: *et ipsorum eorum quos sedes suae tenuerant*. 23, [12, 2.] *Neminem, nisi equitem, atque eorum ipsorum primores, id gerere insigne*. J. FR. GRON. *et eos ipsos, qui eas sedes tenuerant* Lov. 2. a m. 2. Gaertn. et Rec. *et eos ipsos, qui sedes tenuerant* Lov. 5. *et eos ipsos, quorum sedes tenuerant* Lov. 3. 4. Ber. et Hafn. Similiter Hearnii L. 1. nisi quod *tenuerat* habeat. *et eorum ipsorum, qui sedes tenuerant* apud Doujatium

Digitized by Google

que ingens coacta vis navium est lintriumque temere ad vicinalem usum paratarum: novasque alias primum Galli inchoantes cavabant ex singulis arboribus: deinde et ipsi milites, simul copia materiae, 9
simul facilitate operis inducti, alveos informes, (nihil, dummodo innare aquae et capere onera pos-

Reg. quomodo Gronov. in prima ed. notar. conjecit, et exposuit, „qui eorum ipsorum, nem„pe Volcarum, non deseruerant „citeriorem Rhodani ripam, ne„que trajecerant cum aliis gen„tis suae. Caeteros, ait, prae„ter Volcas, et ex Volcis ipsis, „qui eorum remanserat." *et eorum ipsorum, qui eas sedes tenuerant* Lov. 2. a m. 1. *et eorum ipsorum quos sedes tenuerant* Voss. Lov. 1. Hav. Hearnii N. et, teste Doujatio, Colbert. *et eorum ipsorum quos sedes suae tenuerant* Cant. et Harl. quod Crevier. sibi etiam in omnibus suis obvium fuisse testatur, nisi quod duo careant τῷ *suae*. Si cum Gudiano apud Gronovium *ipsorum eorum* malis, videnda sunt, quae notantur ad Livii 2, 43, 4. Mihi tamen *eorum ipsorum quos sedes suae tenuerant* propter codicum eam lectionem praeferentium fidem probandum videtur. *eorum ipsorum quos* pro *quos eorum ipsorum*. De locutione *qui eorum* v. ad 8, 37, 8. ubi etiam *filius eorum cujus*, pro *filius cujus eorum*, ex inscriptione antiqua laudavi. (* v. etiam ad 41, 9, 11.) Praeterea non magis *aliquis tenere locum* dicitur, quam *locus aliquem tenere*, qui in eo moratur. Ovidius 16. Her. 293.

Casta tamen tum sis, quum te mea Troja tenebit.

In praecedentibus *Ceteros* deerat in Cant. Mox autem *pervertit donis*, pro *perlicit*, Ber. a m. 1. Nihil muto. V. ad 8, 28, 3. Tum *pertrahendas fabricandasque* Cant. Sed male.

Levarique quam primum regionem suam tantam omnium urgente turba] Legendum est *tanta hominum*. VALLA. Ut Valla emendat, legunt Lov. 2. 3. 4. 5. Harl. Ber. et Gaertn. *tanta omnium urgente turba* Flor. *tanta urgente omnium turba* Voss. et Lov. 1. Sed saepissime voces *omnes* et *homines* in MSS commutantur. V. ad 3, 54, 6.

§. 8. *Ingens coacta vis navium est lintriumque temere ad vicinalem usum paratarum*] *Vicinalis usus* quid sit, obscure intelligitur. Perottus Polybium vertens hoc loco *quotidianum usum* traduxit. Vellem videre Graeca, quae ad manum nobis defuere. GLAR. *vicinalem* dixisse videtur Livius, pro *vicinitatis*. Hoc sic expressit Polybius [3, 42.] Ἐξηγόρασε παρ' αὐτῶν τά τε μονόξυλα πλοῖα πάντα, καὶ τοὺς λέμβους ὄντας ἱκανοὺς τῷ πλήθει, διὰ τὸ τοῖς ἐκ τῆς θαλάττης ἐμπορείαις πολλοὺς χρῆσθαι τῶν παροικούντων τὸν Ῥόδανόν. Usum vicinae expressit in mercibus ultro citroque devehendis. SIGON.

Novasque alias primum Galli inchoantes cavabant ex singulis arboribus] His verbis vocem expressit Polybii [3, 42.] μονόξυλα. SIG. *cavant* Ber.

Digitized by Google

sent, curantes) quibus se suaque transveherent, raptim faciebant.

1 XXVII. Jamque omnibus satis comparatis ad trajiciendum, terrebant ex adverso hostes, omnem
2 ripam equites viriqûe obtinentes: quos ut averteret, Hannonem, Bomilcaris filium, vigilia prima noctis,

§. 9. *Quibus se suaque transveherent, raptim faciebant*] Ita Cl. Jac. Gronovius edidit. In prioribus excusis alio ordine fuerat, *raptim faciebant, quibus se suaque transveherent.* Et ita legunt Lov. 2. 3. 4. 5. Harl. Ber. Gaertn. et Hav. *raptim, quibus se suaque transveherent, faciebant* est in Flor. Voces *raptim faciebant* non adparent in Voss. Lov. 1.

§. 1. *Terrebant ex adverso hostes, omnem ripam equis virisque obtinentes*] Pal. sec. *hostis, omnem ripam equites utrimque obtinentes.* Tert. *currebant ex adverso hostes, omnem ripam equites virique obtinentes.* Et ita fere edd. priscae, nisi quod loco τοῦ *terrebant*, Andreae *deterrebant*, Justini *timebant.* GEBH. Adeo usitatum, ut in proverbium abierit, *equis virisque*, nec Livio nusquam adhibitum. Sed hic omnes scripti et Andreas cum Tarvis. et Ven. et Aldina (nam aliae jam mutant) *equites virique obtinentes.* Nec pejus videtur. Caesar 2. Civ. [39.]. *Capti homines equitesque producebantur.* J. FR. GRON. *Viri* sunt pedites. V. Ferrar. ad Cic. 8. Phil. 7. et Dion. Vossium ad Caes. 5. B. Gall. 10. DUK. *equites virique* etiam Hearnii Oxon. Doujatii Colbert. omnesque mei, nisi quod *equitesque virique* sit in Voss. Lov. 1. 2. et Gaertn. *equites viribus obtinentes* in Hav. Utrumque *equis virisque* et *equites virique* ferri potest. Non tantum enim *equis virisque*, sed etiam, ut hoc loco, *equis virisque obtinere* dixit Liv. 5, 37, 5. *Equis virisque longe ac late fuso agmine inmensum obtinentes loci.* Ut vero *equites virique*, ita etiam Silius 9, 559.

Magna voce trahens equitemque, virosque, feraeque
Turrigerae molem, tormentorumque labores.

Insuper *terrebant ex adverso hostis* Voss. Lov. 1. ac 2. *terrebat ex adverso hostis* Flor. Hav. et ed. Aldina. *timebant ex adverso hostis* edd. principes. *timebatur ex adverso hostis* aliae, donec *terrebant ex adverso hostes* dederint Mogunt. et Aldus in erratis. *cernebant ex adverso hostes* Gaertn. Paullo ante *Jamque satis. omnibus comparatis* Lovel. 3. *Jamque omnibus satis paratis* edd. Aldina priores, quae demum *comparatis* reposuit, comprobantibus omnibus scriptis.

§. 2. *Quos ut averteret, Hannonem Hamilcaris filium*] Polybius [3, 42.] *Bomilcaris filium* habet; quod eo magis placet, quia Hannibalis fratrem in Hispania potius, quam alium Hannonem, relictum crediderim. SABELL. *Hamilcaris filium* Cant. Voss. Lov. quinque, Harl. Ber. Hafn. Gaertn. Hav. Hearnii Oxon. et codices, quibus Latinius usus est. At *Bomilcaris filium* praeter Polyb. defendit Flor. Et potius videntur librarii minus

Digitized by Google

cum parte copiarum, maxime Hispanis, adverso flumine ire iter unius diei jubet; et, ubi primum possit, quam occultissime trajecto amni, circumducere agmen, ut, quum opus facto sit, adoriatur ab tergo hostem. Ad id dati duces Galli edocent, inde millia quinque et viginti ferme supra, parvae insu- 3 4

obvium nomen *Bomilcar* in notissimum *Hamilcar*, quam contra, mutasse. Praeterea *quos ut adververent* Rec. *quos ut adverteret* Lov. 1. et 4. sollemni scribarum errore. V. ad 6, 23, 8. Mox *averso flumine* contrario peccato praefert Lov. 4. et quaedam ex editis. Livius 45, 35, 3. *Adverso Tiberi ad urbem est subvectus.* Virg. 8. Aen. 58.

Adversum remis superes subvectus ut amnem.

Silius Ital. 17, 44.

Fertur prona ratis, (ventos inpellere credas)
Contraque adversas ducentem praevenit undas.

§. 3. *Ubi primum posset, quam occultissime trajecto amni*] Ita primus edidit Cl. Jac. Gronovius. Priores omnes praeferunt *primo*. Quin et ultima Gruteri antiquiores constanter *possit*. Et quidem *primum* est in Flor. et Cant. quare servandum puto. at *possit* legunt idem Flor. a m. 1. Voss. Lov. 2. 4. 5. Berol. Gaertn. Haverk. et Hearnii N. quod quum etiam praestare videatur, in contextum revocavi. Insuper *amne* Lov. 2. 4. Ber. et Rec. quos non audiendos arbitror. V. infra ad 32, 10, 8.

Ut, quum opus facto sit, adoriatur ab tergo hostem] Ita iterum primus vulgari jussit Cl. Jac. Gronov. quum priores praeferrent *facto opus sit*. Verum et hic adsentientem habet Flor. Praeterea *et quum* Voss. et Lov. 1. V. ad cap. seq. §. 8. Tum *a tergo* Lovel. 4. Ber. et edd. ante Aldum.

§. 4. *Ad id dati duces Galli educunt inde millia quinque et viginti ferme*] Apud Polybium [3, 42.] ducenta stadia leguntur, quod idem est, siquidem stadium unum 125. passus continet, autore Plinio l. 2, [23.] Caeterum, quae continuo sequuntur verba, et male distincta sunt, et obscurum habent sensum: quae quia plana facere diffisi sumus, sat erit lectorem admonuisse, si fortassis, correctiorem codicem nactus, ipse medicam manum adferre queat. Multa enim ejusmodi sunt, praesertim in hac decade, quae mutila ac temporum injuria corrupta dicere non dubito: quale etiam illud statim de Hispanis: *Ipsi cetris superpositis incubantes.* GLAR. Polybius [3, 42.] ἐπὶ διακόσια ταδία. SIG. Videt Glareanus, hic esse aliquid et vitii, et ex vitio obscuritatis, idque fatetur se planum facere diffisum. Oritur illud cum ex distinctione turbata, tum ex superfluo verbo *educunt*, quod a mala manu est. Lege, *Ad id dati duces Galli, inde millia quinque et viginti ferme, supra parvae insulae circumfusum amnem latiorem, ubi dividebatur, eoque minus alto alveo, transitum ostendere.* Duces, inquit, cum Hannone et parte copiarum

Digitized by Google

lae circumfusum amnem, latiorem, ubi dividebatur, eoque minus alto alveo, transitum ostendere. 5 ibi raptim caesa materia ratesque fabricatae, in quibus

profecti, loco a castris quinque et viginti ferme millibus distante, supra insulam, (quum, ubi divisus circumfluere amnis incipit, manat latior, et propterea minus profundus, neque abruptis it ripis) ostendere commodum satis transitum. Ovidius 15. Met. [739.]

Scinditur in geminas partes circumfluus amnis:
Insula nomen habet, laterumque a parte duorum
Porrigit aequales media tellure lacertos.

2. [Fast. 194.]

Hic ubi discretas insula rumpit aquas.

Cicero 2. de Legibus, [3.] *Ventum in insulam est. hac vero nihil est amoenius. Ut enim hoc quasi rostro finditur Fibrenus, et divisus aequaliter in duas partes latera haec alluit.* J. FR. GRON. His a patre annotatum recenter video, Flor. *duces Galliae edocent.* Praeterea numerum hunc 40, 30. quo significari credo haec verba: *Celtiberi millia duo ferme inde posuerunt castra.* Ex his conjicio, futurum fuisse, ut hic locus ab eo nunc ita componeretur: *Ad id dati duces Galli edocent, inde millia quinque et viginti ferme supra, parvae insulae circumfusum amnem, latiorem ubi dividebatur, eoque minus alto alveo, transitum ostendere.* Quomodo prorsus ab Livio scriptum opinor, ut *τὸ ostendere* sit praesens infinitivum, non tertia pluralis perfecti indicativi. 22, 13, 5. *Edoctus a peritis regionum, si eum saltum occupasset, exitum Romano ad opem ferendam sociis interclusurum.* JAC. GRONOV. J. Clericus, pro *educunt*, legendum opinatur *eductis*, et hunc ordinem verborum constituit: *transitum ostendêre eductis inde millia quinque et viginti, ferme supra parvae insulae circumfusum amnem latiorem, ubi dividebatur, eoque minus alto alveo.* Mihi cod. praestantissimi Flor. lectio verissima visa est, in eo autem pro *duces Galliae edocent*, ut Gronov. ex eo laudavit, manus altera, erasa diphthongo, emendavit *Galli.* quod, quum in vulgato commodus sensus non sit, in contextum recepi, quemadmodum etiam fecit Cl. Crevier. qui docet, etiam cod. unum sibi inspectum *edocent* exhibere. Alibi saepe *edocere* et *educere*, *doctus* et *ductus* in Mstis commutantur. V. supra ad 4, 39, 9. 7, 38, 9. 24, 4, 5. Adde Inl. N. Heinsium ad Claud. Bell. Getic. 492. ad Nason. 21. Her. 182. eumdem ac Cel. Burm. ad 20. Her. 212. et ad Valer. Flacc. 1, 122. Ceterum *milibus quinque et viginti* Lovel. 3. *millia quinque et XXX* Lovel. 5. Sed, numerum vulgatum a Polybio firmari, Glareanus observavit.

Supra parvae insulae circumfusum amnem] Polybius [3, 42.] *πρός τινα τόπον, ἐν ᾧ συνέβαινε περί τι χωρίον νησίζον περισχίζεσθαι.* SIGON.

§. 5. *In quibus virique et alia onera trajicerentur*] Vos sic emendatis *equi virique.* quasi consuetum sit, equos viris anteponi.

Digitized by Google

bus equi virique et alia onera trajicerentur. Hispani sine ulla mole, in utres vestimentis conjectis, ipsi caetris subpositis incubantes, flumen tranavere. Et 6 alius exercitus, ratibus junctis trajectus, castris pro-

Ego vel non emendandum reor, perinde ac si scriberetur, *in quibus et viri et alia onera:* vel sic emendandum *in quibus equique et alia onera*, vel *viri equique et alia onera*. VALLA. Nota est emendatio Vallae. A Pall. pr. et tert. abest *τὸ equi*. ut et ab ed. Justini Mediolanensi. Caeterum tertius *in quibus virique et alia onera traducerentur*. GEBH. Si omnes scripti vocem *equi* ignorarent, expositio Vallae omnibus admittenda foret. Illam enim compositionem orationis, *virique et alia onera*, pro *et viri et alia onera*, Livianam esse, patet ex illis, quae notantur supra ad 10, 30, 2. Verum ea vox tantum abest a Voss. Lovel. 1. et Hav. Reliqui omnes, ut illi, quos culpat Valla, legerunt, praeferunt *equi*, *virique*, *et alia onera*. Et ita etiam est in edd. Parm. Tarvis. utraque, aliisque recentioribus, quum in vetustioribus, quas vidi, *equi* similiter omitteretur. Neque est, quod Valla offendatur ordine verborum *equi virique*. Ita enim passim Livius loquitur 3, 70, 6. *Conficerent equos virosque*. 5, 37, 5. *Equis virisque longe ac late fuso agmine immensum obtinentes loci*. 22, 52, 5. *Praeter equos virosque, et si quid argenti, omnis cetera praeda diripienda data est*. 23, 5, 6. *Legiones, equitatus, arma, signa, equi, virique* etc. *perierunt*. 26, 4, 8. *Quibus plurimis in equos virosque passim conjectis permultos vulneraverunt*. 31, 42, 1. *Fatigatos enim equos virosque habebat*. 35, 11, 7. *Equi hominesque paulluli et graciles*. 36, 19, 6. *Multis in ipso itinere caesis captisque, non equis virisque tantum, sed etiam elephantis*. Ludovicus Dorleans ad Tacit. 4. Ann. p. 487. Vallae conjecturam *viri equique et alia onera* probabat; quam non necessariam esse, evincunt, quae dicta sunt. Ceterum *et omnia onera* Rec. Tum *trajecerunt* Hearnii D. Paullo ante *caesaria*, pro *caesa materia*, male Cant.

Ipsi caetris superpositis incubantes flumen tranavere] Quidam *suppositis* malunt, quidam in nominandi casu *superpositi*. Sed lectoris judicio haec relinquo. GLAR. Vet. lib. habent *suppositis*. Quam vocem sententia quoque desiderat. SIG. Lectionem, quam Sigonius probavit, eum secuti editores receperunt. Eamdem etiam probarunt Voss. Lovel. 1. Hafn. Gaertn. et Brancal. Latinii. Reliqui omnes, et inter eos optimi, *superpositis* servant. Erroris caussa fuisse videtur, quod librarii se per compendium *sup'positis*, vel *suppositis*, id est *superpositis*, scriptum invenisse crederent: qui in his similibusque saepissime ita peccarunt. V. ad 25, 7, 4. *superpositi* in uno est Lov. 4. Doujatius *caetris superpositis* exponit, caetras utribus inflatis superpositas fuisse. Insuper *caeteris* vel *ceteris* Flor. Cant. Lov. 2. 3. 4. 5. Ber. Gaertn. Hav. Hearnii L. 1. D. N. et Brancal. Latinii, cum edd. vett. pro quo Mogunt. et Aldus in erratis *cetris* dederunt. Praeterea edd. tantum non omnes *transnatavere*; neque aliter plerique scripti. At Cl. Jac. Gro-

Digitized by Google

pe flumen positis, nocturno itinere atque operis labore fessus, quiete unius diei reficitur, intento duce
7 ad consilium opportune exsequendum. Postero die, profecti ex loco, prodito fumo significant, se transisse, et haud procul abesse. quod ubi accepit Hannibal, ne tempori deesset, dat signum ad trajicien-
8 dum. Jam paratas aptatasque habebat pedes lin-

novius ei supposuit *tranavere*, quod firmatur auctoritate Flor. et Cant. *tranatavere* habet Lov. 4. Ita *enare* infra est 44, 28, 12. *In Erythraeam enarunt. Tranare*, vel *Transnare*, et *Tranatare*, vel *Transnatare*, etiam alibi in manuscriptis commutantur. V. ad Epit. Liv. 2. ad Livii 2, 10, 11. c. 13, 6. hoc lib. c. 47, 4. 27, 47, 9. viros doctos ad Val. Max. 8, 2, 23. atque Oudend. ad Front. Strateg. 1, 4, 7. similiter *nare* et *natare* cap. seq. §. 5. *adnare* et *adnatare* 28, 36, 12.

§. 6. *Ratibus junctis trajectus*] *ratibus junctis transvectus* edd. vett. *ratibus paratis trajectus est* Ber. *ratibus junctis trajectis* Lov. 5. *ratibus peractis* Hearnii N. in margine. Mox *circa flumen positis* Gaertn. Hinc *unius diei quiete* alio ordine Ber. Tandem *ad concilium optime exsequendum* Gaertn. *opportune* et *optime* etiam aliis pluribus locis librarii commutarunt. V. ad 37, 7, 10.

§. 7. *Profecti ex loco, prodito fumo significant, se transisse*] Pall. tres *prodito fumo significante transisse*. neque aliter biga priscarum edd. GEBH. Non videntur sana. Quid enim hi magis *ex loco* profecti, quam quivis alii undecumque discedentes? Placeret satis, si legeretur: *Postero die profecti, ex loco propinquo fumo significant, se transisse, et haud procul abesse*. J. FR. GRON. Clericus conjicit, *profecti, ex loco edito, fumo significant*. quae lectio ad vulgatam propius accedit, quam Gronoviana. *profecti ex loco debito* legit Lovel. 5. *profecti ex loco prodicto* Ber. a m. 2. Deinde *fumo significante transisse* Lov. quinque, Hark Ber. Hafn. Rec. Gaertn. Hav. Hearnii N. et edd. antt. *fumo significant transisse* Flor. Cant. et Voss. quod ferri posse, docent, quae notantur ad 1, 23, 5. Mox *ne tempore deesset*, pro *tempori*, Hearnii N.

§. 8. *Jam paratas aptatasque habebat pedes lintres*] Pal. sec. *Jam aptatas paratasque*. tert. vero cum duabus edd. *Jam paratas aptasque habebat pedes lintres*. Catullus [epigr. 28.]

Aptis sarcinulis et expeditis.

GEBH. *Jam aptatas paratasque habebat lintres pedes* Ber. *Jam paratas aptasque habebat pedes lintres* Lov. 1. et 3. cum edd. Rom. anni 1472. ac Parm. Ita fere supra c. 22, 4. *Sed aptae instructaeque remigio triginta et duae quinqueremes erant*. Verum quum alii, et inter eos optimi, Mss. *aptatasque* servent, aliorum *aptasque* refero ad illos scribarum lapsus, de quibus egi ad 10, 37, 2.

Eques fere propter equos nam-

Digitized by Google

tres. equites fere propter equos nantes navium agmen, ad excipiendum adversi impetum fluminis parte superiore transmittens, tranquillitatem infra trajicientibus lintribus praebebat. Equorum pars 9
magna nantes loris a puppibus trahebantur, praeter eos, quos instructos frenatosque, ut extemplo egresso in ripam equiti usui essent, inposuerant in naves.

tes navium agmen etc.] *equites* habent vet. lib. Hinc ego legendum suspicor: *equites fere praeter equos nantes.* Est enim hic sensus: Navium agmen, ad excipiendum adversi fluminis impetum equites praeter equos nantes superiore fluminis parte transmittens, tranquillitatem lintribus, quibus pedites inferiore parte trajiciebantur, praebebat. Inquit autem *praeter equos nantes.* nam non omnes equi in naves impositi fuerant, verum magna pars loris a puppibus trahebantur. Sic prope etiam Polybius [3, 43.] † „Recte quidem „Polybius. at vide, quae hic sit „constructio *equites transmit-„tens.*" † SIG. Sigonius male, et animadvertit Glareanus, *equites.* Pal. pr. *eques ferre propter equos nantes.* sec. *equites ferre propter.* vetustae edd. cum Pal. tert. *eques fere propter equos.* GEBH. Sigonius e scripto correxit *equites*, quod habet etiam Pal. unus. Id deridet Glareanus rogitans, quae sit constructio, *equites transmittens?* Sed ridiculus est hominis boni lapsus, qui non vidit *τὸ equites* quarta forma plurativa, sive accusativo casu, póni, at *agmen navium*, quod transportabat equitem, praebuisse lintribus peditum tranquillitatem dici, fracto impetu fluminis. Transportabat autem equitem *fere propter equos nantes*, id est, prope magnam partem equorum, qui natabant, non vehebantur. Nam *propter* omnes scripti, non *praeter*, quod voluit idem Sigonius. J. FR. GRON. Lectio, quae ante Sigonium obtinuit, superest in Flor. Lov. 1. 5. Ber. et Hav. neque inde differunt Lovel. 3. 4. et Harl. nisi quod eorum primus pro *eques* legat *equos*, secundus *ferre*, tertius *ferme*, pro *fere*. Sed *equites ferre propter equos nantes* habent Gaertn. et Hearnii N. quorum tamen posterior *ferre* omittit a m. 2. et *eques* emendat in margine. *equites ferri per equos nantes* est in Lov. 2. *equites fere prope equos nantes* Hearnii D. Ex reliquis nihil notari video, ut eos lectionem a Gronovio probatam servasse verisimile sit, quam etiam veriorem puto. Librarii, non advertentes *equites* hic casu quarto, ut Gronovius monuit, accipiendum esse, id ideo forte in *eques* mutarunt, quia modo praecesserat *pedes.* At, Livium ita numerum mutare solitum fuisse, videbimus ad 35, 40, 6.

§. 9. *Equorum pars magna nantes loris a puppibus trahebantur*] Poëta [Silius 3, 458.]

Fluminea sonipes religatus ducitur alno.

MOD. *Equorum magna pars* Ber.

Quos instructos frenatosque] Scribe cum Flor. et Gud. *instru-*

Digitized by Google

1 XXVIII. Galli obcursant in ripam cum variis ululatibus cantuque móris sui, quatientes scuta super
2 capita, vibrantesque dextris tela: quamquam et ex adverso terrebat tanta vis navium cum ingenti sono fluminis et clamore vario nautarum et militum, qui nitebantur perrumpere inpetum fluminis, et qui ex

tos. Infra [c. 54, 5.] *Armatos deinde, instratisque equis signum exspectare.* 28, [14, 7.] *Armatus eques frenatos instratosque teneret equos.* J. FR. GRON. NOV. 34, 7, 3. *Equus tuus speciosius instratus erit, quam uxor vestita?* Solent autem *instratus* et *instructus* in Mssis commutari. Infra 21, 54, 5. Similiter *stratus* et *structus.* V. Pierium ad Virg. 1. Aen. 700. N. Heinsium ad Nas. 3. Met. 569. et Torren. ad Val. Max. 2, 6, 8.

Inposuerunt in naves] Vet. lib. *imposuerant.* SIG. Ita et omnes mei, nisi quod praeferat Ber. *in naves posuerant.* Male.

§. 1. *Galli obcursant in ripam*] *ripa,* opinor. J. FR. GRON. Ita est in Harl. *in ripis* in Gaertner. Reliqui nihil mutant. Nihil etiam mutandum censebat Cl. Jac. Perizon. qui ad haec verba in margine adscripsit, „nempe ex castris."

Cum variis ululatibus cantuque] Polybius [3, 43.] *τῶν βαρβάρων παιανιζόντων.* SIG. V. ad 10, 26, 11.

§. 2. *Quamquam et ex adverso terrebat tanta vis navium*] Vocula *et* non adparet in Lov. 4. 5. Ber. et Hearnii N. a m. 2. quam etiam recidendam conjicit Crevier. *ex averso ferebatur tanta vis* est in Gaertner. *ex adverso terrebat tanta vi* in Flor.

Et clamore vario nautarum et militum, qui nitebantur perrumpere inpetum fluminis] Pall. tres, binaeque cascae edd. *et clamore vario nautarum militum, et qui nitebantur.* GEBH. *et clamore nautarum vario militum et qui nitebantur* Flor. *et clamore vario navitarum et militum, qui nitebantur* Lov. 1. *et clamore vario navitarum et militum, et qui nitebantur* Voss. *et clamore varió navitarum militum, et qui nitebantur* Lov. 2. *et clamore vario nautarum, militum etiam, qui nitebantur* Lov. 3. *et clamore vario nautarum militumque, qui nitebantur* Lov. 4. et 5. *et clamore vario nautarum militumque, qui mittebantur* Gaertn. *et clamore vario nautarum militum, qui nitebantur* Ber. *et clamore vario nautarum militum et qui nitebantur* Hav. et Hearnii N. Tum *prorumpere* Lov. 4. 5. et Hav. V. ad 9, 43, 15. Ceterum omnia haec verba deerant in Harl. et Hearnii D. cui omissioni caussam dedit repetitio vocis *fluminis.* V. ad 9, 11, 11.

§. 3. *Et e navibus tanta vis armatorum in terram evadens, et a tergo inprovisa premebat acies*] Pal. pr. habet *et navibus tanta vis armatorum in terram evadens a tergo improvisa premebant acie.* GEBH. Incredibile, quantum accedet elegantiae, si leges *premens,* ut superiore membro *evadens:* ut per epexegesin *τοῦ anceps terror* ita dicantur. Vix aliter Livius. Sed tamen tres codices *acie.* quod

Digitized by Google

altera ripa trajicientes suos hortabantur. Jam satis 3
paventes adverso tumultu terribilior ab tergo adortus clamor, castris ab Hannone captis. mox et ipse aderat, ancepsque terror circumstabat, et e navibus tanta vi armatorum in terram evadente, et ab tergo inprovisa premente acie. Galli, postquam, 4

quid sibi vellet, haud intellexi, antequam monstraret legendum Florentinus: *anceps terror circumstabat, et e navibus tanta vi armatorum in terram evadente, et ab tergo improvisa premente acie.* Et sic prorsus et Gudianus, nisi quod *a tergo improvisa;* uterque autem *terra.* J. FR. GRON. *evadens a tergo improvisa premebant acie* Voss. Lov. 1. et 4. nisi quod ultimus *ab tergo* habeat. *evadens a tergo improvisa premebat acie* Lov. 2. Ber. Hafn. Harl. Gaertn. Hav. et Hearnii N. *evadens a tergo improvisa premebant acies* Lovel. 3. *improvisa premebant acie* etiam Lov. 5. in quo verba *adortus clamor* etc. *et ab tergo* culpa scribae omittebantur ob τῶν *ab tergo* repetitionem. *improvisa premebat acie* quoque Hearnii L. 1. *evadens et ab tergo improvisa premente acie* Cant. unde non modo lectionem, quam Gronovius ex Flor. laudavit, veram esse judicavi, sed eamdem etiam in contextum admisi. Praeterea *et navibus* Voss. (qui tamen *e navibus* a m. 2. praefert) Lov. 1. 4. Hafn. Harl. et Hav. *e navibus*, τοῖς *et* omisso, Gaertn. Tum *in terra* Voss. Lov. 1. 3. 4. Harl. Ber. et Gaertn. Cl. Crevier. etiam Gronovii emendationem probabat, testatus unum e suis ab ea parum dissentire.

§. 4. *Galli, postquam, ultro vim facere conati, pellebantur*] Omnino nimis tarde, me judice, venit haec periodus. Non enim tum demum Galli dici possunt ultro vim facere conati, quum jam viderent circumstantem ancipitem terrorem, sed ante cognitum Hannonis transitum. Mirificus est, sed verus tamen, si quid video, liber Cantabr. hoc loco exhibens: *postquam utroque vim facere conati pellebantur.* hoc est, partim in eos, qui Rhodanum transibant, partim in illos, qui castra incenderant. Non enim credibile est, Gallos, nuspiam tentata fortuna et impetu facto, statim diffugisse. JAC. GRONOV. In aliis intelligo esse *postquam vim facere conati ultro pellebantur;* in quo non incommoda sententia est, si *ultro* pro insuper, non exspectantes accipias. Liv. 5, 37, 4. *Galli postquam acceperunt, ultro honorem habitum violatoribus juris humani.* Sueton. Tib. 11. *Ultroque etiam admonitus est, dimitteret omnem curam suorum.* V. Serv. ad Virg. 2. Aen. 145. Eadem significatione *ultro*, pro *ultor*, legit Is. Vossius in Catullo carm. 116. sed nondum persuadet. DUK. Primus, ut vulgo extitit, edidit Cl. Jac. Gronov. priores alio ordine exhibent *Galli, postquam vim facere conati ultro pellebantur.* Et ita erat in Lov. 3. *Galli, postquam vim facere conati sunt, ultro pellebantur* in Voss. Lov. 1. 2. 4. Harl. Ber. Gaertn. Rec. Hav. et edd. vett. *Galli, postquam vim facere conati sunt, et ultro pelleb-*

Digitized by Google

ultro vim facere conati, pellebantur, qua patere visum maxime iter, perrumpunt, trepidique in vicos passim suos diffugiunt. Hannibal, ceteris copiis per otium trajectis, spernens jam Gallicos tumultus, castra locat. Elephantorum trajiciendorum varia consilia fuisse credo: certe variata memoria

bantur in Lov. 5. Credo tamen Gronovium etiam in ordine vocabulorum Cant. suum secutum esse, praesertim quum in Flor. repererim *Galli postquam ultroque vim facere conati pellebantur*; unde etiam ejus *utroque*, pro *ultro*, firmari videtur. De quo v. etiam supra ad 8, 29, 7. Et ita Ovidius 10. Her. 19.

Nunc huc, nunc illuc, et utroque sine ordine curro.

Codicis a Gronovio adlati lectionem *utroque* non adspernandam esse, eamque unum e suis tueri, Crevier. testatur. Nondum tamen video necessitatem vulgatam lectionem *ultro* mutandi, neque eam censura viri Celeberrimi dignam esse credo. *ultro vim facit* qui hostem primus adgreditur. Jam autem indicat Livius, Gallos non exspectasse, donec Poeni invaderent, sed sive copias Hannibalis in terram evadentes, sive Hannonis aciem ab tergo prementem adgressos esse; postquam autem pellebantur, qua potuerunt, perrupisse et diffugisse. Accedit in Flor. ultimam syllabam τοῦ *ultroque* additis notis expunctam esse. Ordinem itaque a Gronovio mutatum probo, sed simul etiam *ultro* servandum judico.

Qua patere visum maxime iter] *qua parte devexum maxime iter* Lov. 2. *qua parte revisum maxime iter* Cant. Voss. Lovel. 1. 3. 4. Harl. Ber. Hafn. Rec. Gaetan. Hav. et edd. vett. usque ad Ascens. qui vulgatum substituit anno 1513. *qua parte visum maxime iter* Flor. et Lov. 5. Id autem non displicet, quia vulgatum in nullo cod. nisi in Voss. margine invenerim. Mox *trepideque*, pro *trepidique*, Hearnii D. et N.

§. 5. *Certe variata memoria est actae rei*] Vet. lib. *certe varia memoria est.* SIG. Pall. *Elefantorum varia consilia trajiciendorum fuisse credo, certe variata memoria actae rei.* GEBHARD. *certe varia memoria est actae rei* male Sigonius, cum omnes scripti meliores et editi *variata memoria actae rei.* Cicero longa illa ad Quintum [1, 1, 7.] *Sit summa in jure dicendo severitas, dummodo ea ne varietur gratia, sed conservetur aequabilis.* 2. de Finib. [3.] *Cum omnis dolor detractus esset, variari, non augeri, voluptatem.* V. ad lib. 35, 31, 13. J. FR. GRON. Vulgatum recte Gronovius contra Sigonium defendit. Id enim et nostri et Hearnii codd. constanter retinent. Justinus 8, 4. *Sic variato responso, securis omnibus, Thermopylarum angustias occupavit.* Librarius vet. lib. apud Sigonium, *varia* scribens, eodem modo lapsus est, quo id hominum genus saepius lapsum esse supra notavimus ad 10, 37, 2.

Tradunt ferocissimum ex iis irritatum ab rectore suo, quum

Digitized by Google

actae rei. quidam, congregatis ad ripam elephantis, tradunt, ferocissimum ex iis irritatum ab rectore suo, quum refugientem in aquam nantem sequeretur, traxisse gregem, ut quemque timentem altitudinem destituerat vadum, impetu ipso fluminis in alteram ripam rapiente. Ceterum magis constat, rati- 6

refugientem in aquam natantem sequeretur] Vet. lib. *cum refugientem eum in aquam.* Rectorem autem intelligit. SIG. Intrusum provocabulum *eum* fastidiunt tum MSS. codd. tum impressi, unanimo consensu exhibentes, *eum refugientem in aquam natantem sequeretur.* GEBH. *Tò eum* ab Sigonio: *natantem* in primo video Aldo. Tres Pall. Men. Andreas, et ex eo propagatae, *quum refugientem in aquam nantem sequeretur.* Et hoc nobis sufficit. J. FR. GRON. *tradunt quia ferocissimum* Voss. et Lov. 2. ac 3. Tum *agitatum ab rectore* Hafn. *irritatum a rectore* Lov. 3. 4. Ber. Gaertn. et edd. usque ad J. Fr. Gronov. qui anno 1665. consentientibus reliquis codd. dedit *ab rectore.* Praeterea *eum* unus apud me Ber. servat, unus etiam apud Hearnium N. sed a manu interpolatrice. Deinde *nantem* Flor. Cant. Lov. 1. 3. et alii. V. ad cap. praec. §. 5. Veram lectionem adsernit Gronov. jam supra ad 10, 35, 9. Paullo ante *ad ripas*, pro *ad ripam*, male Lov. 5.

Ut quemque timentem altitudinem destitueret vadum, etc.] Credo *destituerat.* VALLA. Quidam *vado* emendaverant, sed nihilominus obscuro manente sensu. At ea omnia prosequi neque possum, neque videtur operae pretium. GLAR. Sensus, quem elicere Glareanus non potuit, hic est: Elephantem a rectore suo irritatum, cum eundem in aquam sequeretur, traxisse gregem impetu ipso fluminis in alteram ripam rapiente, prout quisque eorum, altitudinem aquae timens, a vado destituebatur. SIG. Pall. pr. et tert. *ut quemque timentem altitudinem destitueret vado.* GEBH. Duo Pall. Men. Voss. Andreas *destitueret vado.* Tarvis. quoque, et Venetae *vado*, sed *destituerat.* Juntas quod editur. Legendum videtur *destituerant vada.* J. FR. GRON. *ut quemquam timentem* Lovel. 4. Tum *destitueret vado* Flor. Cant. Lov. 2. 3. 5. Ber. Gaertn. Hav. Hearnii L. 1. D. N. et edd. Rom, anni 1472. ac Parm. *destitueret ludo* Lov. 4. *destituerat vado* Lov. 1. et Rec. quod ex edd. ante Tarvisinas habuit Mediol. quemadmodum id, quod editur, ante Juntam exstitit apud Aldum in erratis. In optimis aliisque codd. *destitueret vado* datum puto, quod non adsequerentur scribae significationem praecedentis *ut* hoc loco; ideoque hoc *destituerant vada* cum Gronovio legendum puto; sed potius servo, quod editur ex emendatione Vallae.

Impetu ipso fluminis in alteram ripam rapiente] *Tò fluminis* exsulat a Lov. 1. Tum *in altam ripam* legunt Voss. et Lov. 2. quae lectio omnino ex neglecta nota scripturae compendiariae, quum forte *alt'am* datum foret, orta est. Eodem r

bus trajectos: id ut tutius consilium ante rem foret,
7 ita, acta re, ad fidem pronius est. Ratem unam, ducentos longam pedes, quinquaginta latam, a terra in amnem porrexerunt: quam, ne secunda aqua deferretur, pluribus validis retinaculis parte superiore ripae religatam, pontis in modum humo inje-

infra peccatur hoc lib. cap. 36, 5. (* et Epit. l. 49.) Ita *altius*, pro *alt'ius*, sive *alterius*, idque pro *alt'nis*, sive *alternis*, datum esse, supra vidimus 4, 53, 11. Plura alia similium errorum exempla v. ad Epit. Liv. 57.

§. 6. *Ita, acta re, ad fidem pronius est*] Pal. sec. *ita aptare ad fidem pronius est*. GEBH. Verbum *est* non adparet in Harl. Paullo ante autem verba *magis constat* Gronov. in prima notarum ed. de explicatione alicujus in contextum inrepsisse arbitrabatur, quia non modo sine illis sententia constat, sed etiam per illa multum perdit rotunditatis. Iis deletis verba penderent ex praecedenti *credo*. Verum quum duo illa vocabula in omnibus supersint codicibus, sententiam mutasse videtur, ideoque conjecturam in iterata ed. omisisse. Et recte.

§. 7. *Ratem unam, ducentos longam pedes*] Vox *unam* deest in Lov. 2. et Ber. a m. 1. Tum *ducentos pedes longam* legit Lov. 1. Paullo post *in amnem perrexerunt*, pro *porrexerunt*, Lov. 4. et Gaertn. Interdum ita peccarunt librarii. Exemplum supra habuimus 9, 20, 9.

Pluribus retinaculis validis parte superiori ripae religatam] Polybius [3, 46.] longe plures rates ponit, duas a terra in amnem, duas a parte ripae retinaculis religatas ad arbores parti ripae superiori eminentes: denique duas solutu faciles ab aliis, ac longe majores. Difficultas intellectus, quare et quomodo, quae a terra erant, ligabantur: quae in amne prorsus, non ligabantur, cum haud dubie majore fluminis vi deferri poterant. Sed talia multa a nobis indiscussa studiosis lectoribus consideranda relinquimus. GLAR. Cl. Jac. Gronovius edidit *pluribus validis retinaculis*. Et ita praeferunt Flor. Cantabr. Voss. Lov. 3. 4. 5. Harl. et Ber. Paullo ante *ne secunda aqua auferretur* Lov. 4. *ne secunda aqua deferret* Rec. V. ad 10, 10, 1. Vox *aqua* autem exsulat ab Harl. In sequentibus *humo conjecta constraverant* edd. vett. *humo conjecta constraverunt* Lovel. 2. et Haverk. *humo conjectam constraverunt*, et *constituerunt* in margine, Hearnii N. *humo injectam constraverunt* Flor. *humo junctam constraverunt* Lovel. 3. *humo constraverunt injecta* Berol. a m. 1. *injectam* a m. 2. *humo injecta constravere* Gaertn. Difficultatem Glareani in loco Polybii nondum intelligo, aut quas rates non ligatas dicit. Si ita vocet illas, quas *solutu faciles* dixerat, sive quibus εὐδιανόητους εἶναι τοὺς δεσμούς inquit Polyb. sane ligatae fuisse patet: verum non tanta cura, qua ceterae. Et rei ratio aperta est; illis enim trajiciendi erant elephanti, ideoque vinculis, quibus adligatae erant aliis ratibus, fa-

Digitized by Google

eta constraverunt; ut bellnae audacter velut per solum ingrederentur. altera ratis, aeque lata, longa 8
pedes centum, ad trajiciendum flumen apta, huic copulata est: et quum elephanti, per stabilem ratem, tamquam viam, praegredientibus feminis, acti, in minorem adplicatam transgressi sunt; extemplo 9

cile silvi posse debebant. Reliquae rates solutae dici nequeunt, quas Polybius vel ipsi terrae vel arboribus in ripa consitis firmissime adligatas fuisse refert.

§. 8. *Ad trajiciendum flumen apta, huic copulata est*] *ad trajiciendum flumen acta* Harl. et Gaertn. lapsu librariorum sollemni. V. ad 40, 13, 6. Verbum *est* non adparet in Hearnii D. in ejusdem autem N. tantum a m. 2. adjectum est. V. ad 37, 51, 3.

Et quum elephanti, per stabilem ratem] *ita tum elephanti* Lovel. 5. *ut quum elephanti* Flor. Voss. Lovel. 1. 2. 3. Harl. Gaertn. Hav. Hearnii D. et edd. antt. pro quo Ascens. anno 1513. *ut ibi tum elephanti* edidit. *et quum elephanti* Mogunt. primi, hinc Aldus in erratis, et alii. *ut quum elephanti* primitus etiam exhibuit Hearnii N. at manus altera vocalem *quum* delevit. Et ea lectio, si plures ac meliores codd. ei consentirent, ferri posset, si *ut* acciperetur pro *simul ac*. Et huc facit lectio codicis Ber. *ubi elephanti*. Praestare tamen videtur, ut credamus, librarios lapsu passim obvio *ut quum*, pro *et quum*, dedisse. Saepissime autem *et* atque *ut* commutari solent. Exempla v. ad 1, 54, 2. 2, 11, 6. c. 20, 5. c. 37, 8. 3, 59, 2. c. 65, 10. c. 69, 5. 4, 6, 2. c. 9, 14. c. 32, 11. 5, 8, 12. c. 11, 9. c. 15, 10. c. 30, 8. c. 33, 3. c. 36, 4. c. 54, 1. c. 61, 6. et inpume-

ris aliis locis. Adde J. Fr. Gronovium ad Livii 29, 34, 2. 42, 34, 14. 45, 13, 1. Jac. Gronov. 40, 39, 2. Longol. ad Pliuii 10. Ep. 42. et quae olim notavi ad Silii 5, 217. Mox *progredientibus* Hav. et edd. antt. V. ad 9, 10, 7. *pergredientibus* Lovel. 5.

§. 9. *In minorem adplicatam transgressi sunt; ea extemplo resolutis, quibus leviter adnexa erat*] Poëta [Silius 3, 460.]

Nam trabibus vada et injecta tellure repertum
Connexas operire trabes, ac ducere in altum
Paullatim ripae resolutis aggere vinclis.

MOD. Pronomen manavit e corrigendis Aldi. MSS. et priores editiones id ignorant, nec juvat orationem satis absque eo perspicuam. J. FR. GRON. *ubi in minorem applicatam transgressi sunt* Flor. Voss. Lovel. 2. 3. Harl. Ber. Hav. et edd. usque ad Mogunt. *ubi applicatam minorem transgressi sunt* Lovel. 1. *ubi in minorem applicati transgressi sunt* Lovel. 4. *ubi in minorem applicata transgressi sunt* Lovel. 5. Deinde pronomen *ea* non adparet etiam in ullo vel meo, vel Hearnii cod. *ut extemplo*, pro *ea*, legunt edd. antt. usque ad Mediol. qui anno 1505. τὸ *ut* expunxerunt, probantibus proximis, donec Aldus in corrigendis subjiceret *ea extemplo*. Sed *ea* recte Gronovius

Digitized by Google

resolutis, quibus leviter adnexa erat, vinculis, ab actuariis aliquot navibus ad alteram ripam pertrahitur: ita primis expositis, alii deinde repetiti ac
10 trajecti sunt. Nihil sane trepidabant, donec continenti velut ponte agerentur. primus erat pavor, quum, soluta ab ceteris rate, in altum raperentur.
11 ibi, urguentes inter se, cedentibus extremis ab aqua, trepidationis aliquantum edebant; donec quietem ipse timor circumspectantibus aquam fecis-
12 set. excidere etiam saevientes quidam in flumen.

iterum ejecit. Hinc *extemplo solutis* Harl. Tum *breviter annexa erat* Lovel. 2. et Hav. errore scribarum, qui *levis* et *brevis* et aliis locis confuderunt. V. viros doctos ad Suet. Vespas. 24. N. Heins. ad Ovidii 1. Fast. 5. et quae notavi ad Silii 7, 645. *leviter adnexerat* Flor. a m. 1. V. ad 23, 29, 16. *leviter nexa erat* Ber. qui etiam mox *alii deinde recepti*, pro *repetiti*, praefert. V. ad 28, 37, 1.

§. 10. *Primus erat pavor, quum, soluta ab ceteris rate*] *primis erat pavor* Lovel. 2. et praeter Rom. anni 1472. omnes, quas vidi, edd. usque ad ultimam Gruteri, quae recte dedit *primus*, consentientibus reliquis scriptis. Paullo ante *Nil sane trepidabant*, pro *Nihil*, Lovel. et Hav. V. ad 6, 40, 3.

§. 11. *Trepidationem aliquantum edebant*] Pal. pr. *trepidationis aliquantum ed.* soc. *aliquantulum*. GEBH. Rectius Pal. et Juntas *trepidationis*. Sic et Gudianus. Flor. *trepidationi aliquantum*. J. FR. GRON. *trepidatione aliquantum edebant* Lovel. 2. *trepidatione aliquantum edebant* Lovel. 2. 3. 4. Hall. et Hav. *trepidatione alii tantum edebant* Ber. *trepidationis alii quantum edebant* Harl. et Hearnii N. quod recte Gronov. probat. Supra 4, 53, 10. *Praedae ex assiduis populationibus fuit aliquantum*. 21, 28, 2. *Ex pretio rerum venditarum aliquantum pecuniae redactum*. 24, 47, 14. *Aeris argentique signati aliquantum*. 25, 19, 13. *Aliquantum voluntariorum itinere in agris concivit*. 27, 1, 2. *Praeda (et aliquantum ejus fuit) militi concessa*. 29, 18, 17. *Ad aliquantum jam altitudinis excitata erant moenia*. 36, 19, 5. *Aliquantum temporis et direptio castrorum tenuit*. Et eodem cap. *Aliquantum viae praeceperat vox*. 38, 5, 8. *Animique aliquantum obsessis adjecit*. c. 7, 4. *Aliquantum urbis nudaverant*. 42, 10, 8. *Aliquantum temporis absumsit*. c. 15, 5. *Dextra pars babe terrae in aliquantum altitudinis diruta erat*. 44, 2, 7. *Restabat aliquantum viae communis*. c. 10, 8. *Aliquantum praedae contulerunt ad naves*. c. 23, 8. *Aliquantum eam rem ratus animorum iis adjecturam*. c. 33, 4. *Aliquantum ea quoque res ducii famae et auctoritatis apud milites adjecit*. In mentem venire

Digitized by Google

sed, pondere ipso stabiles, dejectis rectoribus, quaerendis pedetentim vadis, in terram evasere.

XXIX. Dum elephanti trajiciuntur, interim Han- 1
nibal Numidas equites quingentos ad castra Roma-
na miserat speculatum, ubi, et quantae copiae es-
sent, et quid pararent. Huic alae equitum missi, 2
ut ante dictum est, ab ostio Rhodani trecenti Roma-
norum equites obcurrunt. proelium atrocius, quam
pro numero pugnantium, editur. Nam praeter mul- 3
ta vulnera, caedes etiam prope par utrimque fuit:

posset, *aliquantum trepidationem* dictum esse, quemadmodum *parum fidem*, *satis otium*, *satis tempus*, de quibus v. viros doctos, quos laudat Cl. Dukerus ad Liv. 1, 16, 8. At, Livium ita locutum esse, nondum notavi. Obcurrit etiam, minima mutatione legi posse *trepidationem aliquantam*, ut 25, 35, 7. *Aliquantum emensus est iter*. 38, 27, 6. *Per aliquantum spatium secuti*. At praestat codd. *trepidationis* legentes sequi. *aliquantulum* Lovel. 5.

Quietem ipse timor circumspicientibus aquam fecisset] Pal. pr. *circumspectibus*. sec. *circumspectantibus*. GEBH. Voss. Men. Pal. *circumspectibus*. Flor. Gud. et Pal. alter *circumspectantibus*. J. FR. GRON. *circumspectibus* Cant. et Hav. *circumspectantibus* Lovel. 4. 5. et Harl. V. supra hoc lib. ad c. 1, 3. Praetereea *quietem et ipse terror* Ber.

§. 12. *Excidere etiam saevientes quidam in flumen, sed pondere ipso stabiles*] *in flumine* Lovel. 2. 3.

§. 1. *Dum elephanti trajiciuntur, interim Hannibal*] *Cum elephanti* Ber. V. ad 1, 40, 7. Tum *Hannibal interim* Lovel. 2.

§. 2. *Trecenti Romanorum equites*] *trecenti Romanorum milites* exhibent Pall. pr. ac sec. GEBH. *milites* etiam Lovel. 3. Ber. Harl. Rec. et Hearnii N. V. ad 10, 29, 10. *milites equitum* Gaertn. quasi duplicem hac ratione lectionem jungens. Tum *obcurrerunt* Lovel. 2. Ber. Hav. et Hearnii N. in margine. V. ad 10, 12, 4. Mox *bellum atrocius*, pro *proelium*, Lovel. 2. V. ad 3, 61, 2.

§. 3. *Praeter multa vulnera, caedes etiam prope par utrimque fuit*] *post multa vulnera* Rec. Tum *caedes prope par* Gaertn. et Hearnii N. a m. 2. quum antea scriptum fuisset *caedes ibi prope par*. Deinde *caedes etiam prope par utriusque fuit* Lovel. 3. Mox *Numidanorum* Flor.

Victores ad centum sexaginta] Polybius [3, 45.] ὥστε τοὺς Ῥωμαίους καὶ Κελτοὺς εἰς ἑκατὸν ἱππεῖς καὶ τετταράκοντα διαφθαρῆναι, τοὺς δὲ Νομάδας ὑπὲρ τοὺς διακοσίους. Scribe igitur *ad centum quadraginta*. Facilis error in numeris. J. FR. GRON.

Digitized by Google

fugaque et pavor Numidarum Romanis, jam admodum fessis, victoriam dedit. victores ad centum sexaginta, nec omnes Romani, sed pars Gallorum: 4 victi amplius ducenti ceciderunt. Hoc principium simul omenque belli, ut summae rerum prosperum eventum, ita haud sane incruentam ancipitisque cer-

Librarios ita peccasse, ut *LX*, pro *XL*, scriberent, vidimus supra ad 10, 38, 4.

Nec omnes Romani, sed pars Gallorum] Si quis hic maluisset *pars Galli*, Gronovium id non improbaturum fuisse, mihi persuadeo. V. eum ad 23, 35, 6. et 24, 16, 4. DUK.

Victi amplius ducentis ceciderunt] Flor. Voss. Mureti, *ducenti*. Et sic passim Livius. Intelligitur enim *τὸ quam*. J. FR. GRON. Similiter Cant. Lovel. quinque, Ber. Hafn. Harl. Gaertner. Hearnii N. et tres Crevier. Solet ita saepissime Livius. 10, 37, 3. *Capta amplius duo millia circa muros caesa*. 23, 49, 11. *Ceperint amplius tria millia hominum*. 28, 2, 11. *Duo haud amplius millia peditum et equitatus omnis effugerunt*. 38, 40, 7. *Thracum decem haud amplius millia viam circumsederunt*. 42, 7, 1. *Capti amplius mille et septingenti*. c. 23, 2. *Amplius septuaginta oppida castellaque agri Karthaginiensis possedisse*. Sic etiam JCtus l. 81. §. 4. ff. de Legat. 1. *Titium non amplius quincuncem in servis vindicare posse*. et l. 30. §. 4. ff. de Legat. 3. *Negavi amplius partem deberi*. Eamdem lectionem ex fide Mſti Valerio Max. restitui supra 6, 35, 5. Simili modo etiam voces *plus* et *minus* construuntur. V. ad 42, 12, 8. Codicum itaque lectionem recipere non dubitavi.

§. 4. *Hoc principium simulque omen belli*] Flor. et Cantabr. *Hoc principium simul omenque belli*. JAC. GRON. Eam lectionem recepi. Gaertn. exhibebat *Hoc principium et simul omen belli*. Mox *proximum eventum*, pro *prosperum*, Harl.

Haud sane incruentam ancipitisque certaminis victoriam] MSS. plerique *incruente*. Alii, in quibus Cantabrig. et Gud. *incruenti*. Habet alibi vulgatum Livius, sed sollenne tamen ipsi est, *haud magni certaminis res fuit*. JAC. GRON. *incruente ancipitisque certaminis* Voss. a m. 1. *incruenti* adscriptum inter versus. *incruentem ancipitisque certaminis* Lovel. 1. *incruenti ancipitisque certaminis* Lovel. 3. 4. 5. Ber. Gaertn. et Hearnii L. 1. et N. Reliqui omnes, et inter eos Flor. vulgatum servant. et recte. Menti enim Livii convenit *victoria haud sane incruenta et certaminis ancipitis*, non vero *victoria certaminis haud sane incruenti et ancipitis*. *Incruenta victoria* supra est 2, 31, 6. *Satis praedae et victoria incruenta fuit*. 4, 17, 8. *Nec incruentam victoriam retulit*. ubi quaedam vide. 7, 8, 7. *Nec Romanis incruenta victoria fuit*. 37, 16, 12. *Romani cum haud incruenta victoria ad naves redierunt*. 39, 31, 16. *Cruentae maxime victoriae speciem fecerunt*. 40, 32, 7. *Magna victoria, non tamen incruenta fuit*. 42, 7, 10. *Nec incruenta victoria fuit*.

Digitized by Google

tamnis victoriam, Romanis portendit. Ut, re ita 5
gesta, ad utrumque ducem sui redierunt, nec Scipioni stare sententia poterat, nisi ut ex consiliis coeptisque hostis et ipse conatus caperet: et Han- 6
nibalem incertum, utrum coeptum in Italiam intenderet iter, an cum eo, qui primus se obtulisset Ro-

§. 5. *Nec Scipionis stare sententia poterat*] Lego *Scipioni*. Hoc enim Latina locutio postulat. Sic paulo post [c. 30, 1.] *Annibal, postquam ipsi sententia stetit pergere ire.* Et 30, [4, 5.] *Proinde seu ipsi staret jam sententia, seu consulendus Asdrubal esset.* Et 44, [3, 1.] *Interim consuli sententia stetit eo saltu ducere.* SIG. *Scipioni* quidem legendum censuit Sigonius, cui sequentes edd. auscultarunt; nihilominus Pall. tres *Scipionis stare sententia.* GEBH. Omnes, quos vidi, codd. et edd. ante Sigon. ut et Hearnii N. et alii, in vulgatum conspirant, praeter unum Hav. qui *Scipioni* praefert. Nihilominus Sigonio eam lectionem probanti consentio. Huc referendum illud Cic. 9. ad fam. 2. *Modo nobis stet illud, una vivere in studiis nostris.* Ultima litera voci *Scipionis* ex principio sequentis adhaesit. V. ad 28, 25, 2. Verum antiquus adeo is error hoc loco exstitit, ut eodem tantum non omnes libri infecti sint. Insuper hanc periodum, quae maxima interpunctione a priori divellitur, ei jungit optimus Flor. unica vocula inserta hoc modo, *Ut, re ita gesta, ad utrumque ducem sui redierunt, nec Scipioni stare sententia poterat*, etc. Quamvis autem quum alibi, tum infra hoc lib. c. 36, 4. dicendum erit, concisis orationibus Livium saepius usum esse, hic tamen praestantissimi Msti fidem spernere non potui. *ut* autem est postquam. Ita 2, 45, 8. *Lacessere ad pugnam, primo obequitando castris provocandoque; postremo, ut nihil movebant, qua consules ipsos, qua exercitum increpando.* hoc lib. c. 47, 3. *Transire non potuit pontem, ut extrema resoluta erant, tota rate in secundam aquam labente.* ubi v. Gronov. et quae notantur ad 23, 17, 10. Id aliorum scriptorum exemplis inlustravit J. Fr. Gronovius infra ad 35, 23, 3. Livio etiam restituere conatus est Cl. Jac. Gronov. ad 2, 40, 7.

Nisi ut ex consiliis coeptisque hostis et ipse conatus caperet] *ex consiliis coeptis hostis* Ber. *ex consiliis coeptisque hospitis* Flor. et Cant. cujus erroris exempla supra v. ad 2, 41, 6. Similiter a m. 1. scriptum erat in Voss. sed subjectis notis pro eo *hostis* emendandum esse indicatum est. Corruptius *ex consiliis coeptisque hospitiis* Lovel. 1. et Hearnii N. in cujus posterioris margine adscriptum est *ex consiliis inventi hostis.* Corruptissime *ex consiliis coeptisque auspiciis* Lovel. 2. et 3.

§. 6. *Utrum coeptum in Italiam intenderet iter*] *coeptum* exsulat a Lovel. 5. *utrum inceptum* legit Lovel. 4. Sed prima syllaba *in* perperam repetita est ex ultima litera vocis praecedentis; ex quo fonte hic *in Italiam tenderet* legit Hav. V. ad 23, 34, 5. Deinde *in Italia intenderet iter*

Digitized by Google

manus exercitus, manus consereret, avertit a praesenti certamine. Bojorum legatorum regulique Magali adventus: qui se duces itinerum, socios periculi fore, adfirmantes, integro bello, nusquam ante
7 libatis viribus, Italiam adgrediendam censent. Multitudo timebat quidem hostem, nondum obliterata memoria superioris belli: sed magis iter inmensum

Ber. Verum ibi litera ultima vocis *Italiam* intercepta est a prima syllaba vocis sequentis. V. ad 37, 29, 5. *Tendere cursum, gressum* usitata esse, olim docui ad Silium 10, 73. at *intendere iter* Livio familiarissimum est. Exempla v. 10, 43, 13. hoc lib. cap. seq. §. 4. 22, 9, 6. 27, 46, 9. 29, 30, 6. 31, 33, 6. et alibi saepe.

Cum eo, qui primus se obtulisset Romanus exercitus, manus consereret] *qui prius se obtulisset* Lovel. 4. et Harl. V. ad 10, 41, 14. eodem errore *primores* et *priores* commutantur; de quo v. ad 37, 43, 10. Deinde *exercitus Romanus* Lovel. 4. et 5. *cum eo, qui primus se obtulisset, Romano exercitu manus consereret* Ber. Hearnii N. in margine, et Brancal. Latinii. Utrumque ferri potest. V. ad 3, 9, 4. Quum tamen plures codd. vulgatum tueantur, et pro eo etiam sint optimi atque integerrimi libri, id etiam quin alteri praeferendum sit, nullus dubito.

Averterat a praesenti certamine] Pall. tres habent *avertit a praesenti certamine.* GEBH. *averterat* Aldi donum, et secutus Frobenius. Juntas, quod ab Andrea omnes, *avertit:* nec secus Flor. Voss. Gud. Men. Pall. J. FR. GRON. *avertit* etiam Lovel. 1. 2. 4. 5. Harl. Berol. Gaertner. Hav. et Hearnii D. et N. Tot igitur codd. fidem habui, et priscam lectionem revocavi; quod nuper etiam fecit Crevier.

Bojorum legatorum regulique Matali adventus] *Magili* ex Polybio [3, 44.] τοὺς βασιλίσκους περὶ τὸν Μάγιλον. SIG. Pall. tres *legatorum* (tert. *legatio*) *regulique Matali.* (Sigonius *Magili.* quorsum alludit Pal. pr. *Macali.* sec. *Machali*) *adventus.* GEBH. Nomen hoc variat in scriptis: *Malcali, Machali, Macali.* Quare putem *Magali* scribendum. Polybius *Magilon* vocat. Caeterum hae literae commutantur saepe in barbaricis nominibus. Ut *Masinissa* et *Masanissa, Mithridates* et *Mithradates*, Ἀνδοβάλης et *Indibilis, Hampsicora* et *Hampsagoras*, Κατάνη *Catina.* J. FR. GRON. *Bojorum legatio* unus Bec. cum edd. Aldo prioribus. Tum corrupte *regulique Matali* Lovel. 2. *Amychali* Ber. *M. Anlii* Lovel. 4. *Maeali* Lovel. 5. *Macali* Flor. Cant. Voss. Lovel. 1. 3. Harl. Gaertn. et Hav. Quum autem nomen hujus regis tantum apud Livium et Polybium memoretur, anceps esse puto, utrum apud Livium ex hoc *Magali*, an apud Polybium ex illo Μάκιλον legendum sit. Inepte *Bojorum legatorum reguli venerunt a Matalo acciti* praefert apud Hearnium N.

Qui se duces itinerum, socios periculi fore adfirmantes] Cum

Alpesque, rem fama utique inexpertis horrendam, metuebat.

XXX. Itaque Hannibal, postquam ipsi sententia 1 stetit pergere ire, atque Italiam petere, advocata concione, varie militum versat animos castigando adhortandoque. *Mirari se, quinam pectora semper* 2 *inpavida repens terror invaserit. per tot annos vincen-*

hi duces itinerum essent, et Hannibal falsum Caeilini monstratorem crucifigere non dubitarit, mirum quo pacto toties postea in Alpibus errans non omnes crucifixerit. Sed talia fortassis dissimulanda sunt. nam in Polybio 13, 44.] ea invenit Livius. GEBH. *sociosque periculi* Lovel. 3. Hinc *nunquam ante libatis viribus*, pro *nusquam*, Lovel. 2. Sed solent hae voces in Mstis commutari. V. ad 36, 17, 10. *Tò ante* deerat in Ber. a m. 1.

§. 7. *Multitudo timebat quidem hostem*] Miror, Hearnium, quum moneret, Cl. Jac. Gronovium ita edidisse pro *hostes*, non tamen addidisse, quam lectionem in codd. suis repererit. Ex meis certe Gronovio consentiunt Flor. Cant. Lov. quinque, Harl. Ber. Hafn. Gaertn. et Hav. Neque aliter editi ante Aldum. Optime itaque veterem lectionem ab eo reductam puto. V. ad Livii 5, 50, 2. Praeterea vox *quidem* exsulat a Lovel. 4.

§. 1. *Varie militum versat animos*] Propertius 4, (5, 61.)

His animum nostrae dum versat Acanthis amicae.

GEBH. Livius 1, 17, 1. *Patrum interim animos certamen regni ac cupido versabat.* c. 58, 3. *Orare, miscere precibus minas, vertere in omnes partes multibrem animum.* 2, 45, 5. *Inperitae multitudinis nunc indignatio nunc pudor pectora versare.* 22, 25, 17. *Tacita invidia dictatoris favorque magistri equitum animos versabat.* 25, 3, 17. *Cui simul metus pudorque animum versabat.* et saepe. Paullo ante *sententia stetit pergere iter*, pro *pergere ire*, Rec. Quae lectio licet forte defendi possit ex illis, quae dicta sunt ad 3, 6, 7. hic tamen ob omnium aliorum codd. dissensum ferri nequit: praesertim quum passim apud Livium obcurrat *pergere ire*. Vide, ut brevis sim in re obvia, 21, 22, 9. 22, 19, 4. et c. 22, 4. 24, 2, 2. 31, 41, 5. 34, 51, 3. 35, 30, 4. et alibi. et ita *pergere navigare* 36, 42, 4. Praeterea *atque ita Italiam petere* Voss. Lovel. 1. 2. et Gaertn. Sed inserta vocula *ita* ex sequentis dictionis prioribus literis perperam repetitis nata videtur.

§. 2. *Quinam pectora semper inpavida repens terror invaserit*] *quisnam pectora* Lovel. 4. 5. Hav. et edd. ante Aldum. *quidnam pectora* Lovel. 2. et Gaertn. quorum posterior etiam praecedentem vocem *se* omisit. Deinde *terror invasit* Lovel. 3. et Ber. V. ad 40, 14, 11. Mox *per tot annos vincentibus eis stipendia facere*, pro *vincentes eos*, Hearnii N. Deinde *nec ante Hispania* Ber. *neque Hispania ante* Hav.

Digitized by Google

tes eos stipendia facere; neque ante Hispania excessisse, quam omnes gentesque et terrae eae, quas duo diversa maria amplectantur, Karthaginiensium
3 *essent. Indignatos deinde, quod, quicumque Saguntum obsedissent, velut ob noxam, sibi dedi postularet populus Romanus, Iberum trajecisse ad delendum nomen Romanorum, liberandumque orbem terra-*

Quam omnes gentes, quae et terras, quas duo diversa maria amplectuntur, Karthaginiensium esse] Sic reor emendandum *terrae*, et *Carthaginiensium essent*. Item non relative, sed copulative scribi debere *que*; perinde ac si dicatur, *omnes et gentes et terrae*. VALLA. Pall. tres *et terras eas, quas duo diversa maria amplectuntur*: ut invenit in suis edd. Valla. GEBH. *gentesque et terrae eae, quas* ab Laurentio Valla, quum in omnibus scriptis, *terras eas* etc. *esse*: quod defenditur more obliquarum orationum. Possis tamen suspicari: *gentesque et terras eas* etc. *Carthaginiensium fecissent*. J. FR. GRON. *gentes terras eas* etc. *Carthaginiensium essent* Harl. *gentes et terrae eas* etc. *Carthaginiensium essent* Cant. *gentes terrae eas* etc. *Carthaginiensium essent* Hearnii N. *gentes quae et terras eas* etc. *Carthaginiensium essent* Lovel. 4. *gentes et terras eas* etc. *Carthaginiensium esse* Gaertn. *gentesque et terras eas* etc. *Carthaginiensium essent* Flor. Voss. Lovel. 3. Ber. Hafn. Rec. Hav. et Hearnii N. *gentes et terras eas* etc. *Carthaginiensium fecissent* Lovel. 5. quemadmodum Gronov. scribendum conjecit, nisi quod vocula *que* omittatur. *omnes gentes et terrae omnes* etc. *Carthaginiensium essent* Lovel. 2. *omnes gentesque et terrae eae quae et trans eas* etc. *Carthaginiensium essent* Lovel. 1. cujus librarius duplicem servare voluit lectionem *gentesque et terrae eae* et *gentes quae et tras*, sive *terras*, (pro quo tamen male datum est *trans*) *eas*. Gronovius in priori ed. notarum ad 1, 50. etiam Putean. *terras eas* praeferre testatus, eam lectionem more obliquarum orationum defendebat: quam sententiam, ibi curis sec. omissam, et hic quasi aliorum nomine obiter tantum memoratam, ferme pro derelicta habuisse videtur. Et recte. Scripturam enim a Valla restitutam veriorem puto. Praeterea *amplectuntur* unus tantum Ber. reliqui cum omnibus edd. *amplectantur*. Sed *quas duo diversa maria incolunt amplectuntur* Lovel. 3.

§. 3. *Indignatos deinde, quod, quicumque Saguntum obsedissent, velut ob noxam sibi dedi*] *Indignantes* Gaertn. *Indignari* pro varia lectione inter versus adscriptum exstat in Voss. Deinde *quicumque obsedisset*, omissa media etiam voce, Ber. *quicumque Saguntum obsedisset* Hearnii N. *quicumque Saguntum oppugnassent* Hav. *quicumque Saguntum oppugnasset* Hafn. Tandem *dedi sibi*, trajectis verbis, Lovel. 3. et

terrarum. Tum nemini visum id longum, quum ab 4
occasu solis ad exortus intenderent iter. Nunc, post- 5
quam multo majorem partem itineris emensam cernant; Pyrenaeum saltum inter ferocissimas gentes superatum, Rhodanum, tantum amnem, tot millibus Gallorum prohibentibus, domita etiam ipsius fluminis vi, trajectum, in conspectu Alpes habeant, quarum alterum latus Italiae sit; in ipsis portis ho- 6

Hav. *Td sibi* deest a m. 1. in Ber.

Iberum trajecisse ad delendum nomen Romanorum] cum *Iberum trajecisset* Harl. *Iberum trajecisset* Voss. a m. 1. Lovel. 1. et Gaertn. *Iberum se trajecisse* Berol. et Hearnii N. a m. 2. *Iberum transisse* Lovel. 4. et 5. Tum *ad delendum nomen Romanum* Lovel. 2. 3. et Hav.

§. 4. *Ab occasu solis ad exortus intenderent iter*] Vet. lib. *ad ortum.* SIG. Pall. duo, pr. et tert. *ad exortus solis.* sec. *ad ortus.* GEBH. Voss. Flor. et edd. *ad exortus.* J. FR. GRON. *ad ortus* Lovel. 4. et 5. *ad exortus* Lovel. 1. 2. 3. *ad exortum* Cant. Rec. et Hearnii L. 1. Sueton. in Aug. 5. *Natus est Augustus IX. Kal. Octobris paullo ante solis exortum.* ubi v. Cel. Burmann. *exortus solis*, *Canieulae*, *siderum* et similia apud Plin. majorem saepius obvia sunt. Tum *intenderet iter* Harl. et Hav. *intenderetur iter* Gaertn. et Hearnii D. V. ad 38, 40, 1.

§. 5. *Rhodanum jam tum amnem, tot millibus Gallorum prohibentibus*] Legendum credo *Rhodanum tantum amnem.* VALLA. Ut correxit Valla, ita reperi in Pal. tert. ut scias sive dubites, an non post Vallae secula exscriptus sit. pr. *jam tum amnem.* sec. *tunc.* GEBH. *Rhodanum jam tum amnem* Flor. Voss. Lovel. 3. 4. et Hearnii N. qui in margine *jam Rhodanum tot millibus* praefert. *Rhodanum jam cum amnem* Lovel. 1. *jam Rhodanum amnem* Ber. *Rhodanum jam amnem* Hav. *Rhodanum jam tantum amnem* Lovel. 5. Reliqui cum Valla *Rhodanum*, *tantum amnem*, *tot millibus* legunt. unde tamen sequi necesse non est, ut omnes post Vallam scripti sint; sed potius Vallam ita emendantem codices secutum esse, quibus illi consentiant. Deinde *tot militibus Gallorum* Flor. qui error in scriptis frequens est. V. ad 23, 41, 10.

In conspectu Alpes habeant, quarum alterum latus Italia sit] Tres codd. Pall. exhibent, *quarum alterum latus Italiae sit.* GEBH. Non utique Italia ipsa latus Alpium. sed Alpium alterum latus est *Italiae* scilicet pars, et ad eam pertinet. Itaque recte Put. et scripti, nec non And. Tarv. Ven. Bec. Asc. *Italiae.* in Mag. prima video mutatum. 21. [49, 4.] *Cognitum ex captivis, praeter viginti naves, cujus ipsi classis essent, in Italiam missas, quinque et triginta alias quinqueremes Siciliam petere.* J. FR. GRON. Non aliter est in meis omnibus et Hearnii Oxon.

Digitized by Google

stium fatigatos subsistere, quid Alpes aliud esse cre-
7 *dentes, quam montium altitudines? Fingerent altio-*
res Pyrenaei jugis. nullas profecto terras coelum
contingere, nec inexsuperabiles humano generi esse.
Alpes quidem habitari, coli, gignere atque alere
animantes. pervias paucis esse, exercitibus invias?
8 *eos ipsos, quos cernant, legatos non pennis sublime*

§. 6. *Quid Alpes aliud esse credentes*] Ita edidit Cel. Jac. Gronov. quum priores typis excusi legant *quid aliud Alpes esse.* Virum Clariss. codd. suos in eo secutum puto. Omnes enim mei ipsius lectionem probant.

§. 7. *Fingerent altiores Pyrenaeis jugis*] *Pyrenaei jugis* et alii, et maxime Put. antiquissimus omnium tota Europa ad hoc usque visorum, a cujus contextu nunquam facile recedendum. Sed rursus destituit nos a fine hujus ad ultima 41. capitis. J. FR. GRON. *Pyrenaei jugis* etiam Flor. Cant. Voss. Lovel. quinque, Ber. Hafn. Gaertn. Hav. et Hearnii Oxon. Supra c. 24, 2. *Vi subactos trans Pyrenaeum Hispanos fama erat.* c. 60, 9. *Omnibus fere caris rebus citra Pyrenaeum relictis.* Vox *altiores* perperam deerat in Cant.

Nec inexsuperabiles humano generi esse] *nec insuperabiles* Ber. Male. Reliqui enim omnes vulgatum defendunt, et inprimis Livius voce *inexsuperabilis* delectatus est. Supra 5, 34, 6. *Alpes inexsuperabiles visas haud equidem miror.* 8, 7, 8. *Movet ferocem animum juvenis seu ira,* etc. *seu inexsuperabilis vis fati.* Infra hoc lib. ac cap. *Militi quidem armato quid invium aut inexsuperabile esse?* 36, 17, 3. *Inexsuperabilis magis saltus ad amnem Aoum fuit.* 38, 20, 8. *Neque inexsuperabilibus vim adferre.* 39, 54, 12. *Alpes prope inexsuperabilem finem in medio esse.* 42, 54, 1. *Inexsuperabilis munimenti spes incolas ferociores faceret.* 43, 18, 1. *Inexsuperabiles ab Thessalia montes nivis altitudo facit.* 44, 35, 9. *Ipsi natura et operibus inexsuperabilis ripa videbatur.* c. 46, 5. *Cingunt paludes inexsuperabilis altitudinis.*

Pervias paucis esse, exercitibus invias] Malim *pervias paucis, esse exercitibus invias,* id est, quas pauci legati Gallorum superaverint, eas hic exercitus non trajiciet. SIG. Allita est vox *invias* exteriori orae Pal. tert. Reliqui *pervias paucis esse exercitibus. eos ipsos.* GEBH. Non inepte, quicumque Mediolani supplevit. Nam Romae *pervias paucis esse exercitibus: eos ipsos.* Et sic Flor. Voss. Gud. Men. Pall. Numquid *pervias paucis esse, non exercitibus?* J. FR. GRON. In omnibus etiam meis et Hearnii vox *invias* deficit. Ceterum Doujatius haec verba ita accipiebat, ut putaret, interrogationem hic negare, id quod videretur adfirmare: quae enim paucis pervia sunt, ea facilius ab ingenti exercitu superari posse. Sed male. Ipsum enim Hannibalis iter eum refellit, qui non sine insigni labore Alpibus supe-

Digitized by Google

elatos Alpes transgressos; ne majores quidem eorum indigenas; sed advenas Italiae cultores, has ipsas Alpes ingentibus saepe agminibus cum liberis ac conjugibus, migrantium modo, tuto transmisisse. Militi quidem armato, nihil secum praeter instrumenta belli portanti, quid invium aut inexsuperabile esse? Saguntum ut caperetur, quid per octo menses pericu- 9

ratis in Italiam descendit, quantas difficultates pauci Gallorum legati eum adeuntes non pertulerunt. Potius itaque videtur, Livium quasi per objectionem proposuisse caussam, ob quam nonnulli in exercitu Hannibalis ab hac expeditione abhorrerent, quod nempe Alpes quidem paucis iter facientibus, non vero magno exercitui, impedimenta secum deducenti, perviae essent: quam deinde in sequentibus tollit. Ita infra 40, 21, 3. *Quum satis inter omnes constaret, viam exercitui nullam esse, paucis et expeditis perdifficillimum aditum.* Utrum vero lectio editionis Mediol. quae vulgo exstat, an potius emendatio Gronovii recipiatur, quod ad sensum adtinet nihil interest. Posterior tamen minus a vulgata recedit, ac facilius *non*, quam *pervias*, [l. *invias*] excidere potuisse puto.

§. 8. *Non pennis sublime elatos Alpes transgressos*] Pal. pr. *non pinnis sublime elatos.* GEBHARD. Ita etiam Flor. *Pennas* a *pinnis* distinguere videtur Quinctil. 1. Inst. Orat. 4. quamvis tamen vulgo haec nomina in libris antiquis a scribis confundantur. V. Gifan. Collect. ad Lucr. v. *Pinna*, Dausqueji Orthogr. part. sec. v. *Penna*, et Cel. Burmann. ad Quinct. l. l. p. 43. Si tamen vera est differentia, *pinnas* esse alarum, *pennam* plumam in pectore, vel in tergo, quam tradit Vlit. ad Grat. Cyn. 83. *pinnis* hic, non *pennis*, legendum erit. Ceterum *pennis in sublime elatos* Lovel. 2. *pennis sublimes elatos* Harl. a m. 1. *pennis sublime elatis* Lovel. 3.

Nec majores quidem ipsorum] Vet. lib. *ne majores quidem ipsorum.* SIG. Non aliter etiam omnes, quibus utor, codices. V. ad 1, 10, 3.

Has ipsas Alpes ingentibus saepe agminibus] Quoties Galli Alpes superaverint ante hoc tempus, tradit supra l. 5, [34.] et Polybius l. 2. SIG. Duae posteriores voces perperam deerant in Harl.

Tuto transmisisse] Vet. lib. *tuto transisse.* SIG. Pal. tert. *transisse.* quod non probo. GEBHARD. Quamvis *transisse* etiam ex meis praeferant Lovel. 3. et Harl. cum reliquis tamen *transmisisse* malo. Eadem verba etiam supra commutabantur hoc lib. c. 20, 9. Vocabulum *tuto* male exsulabat ab eodem Lovel. 3.

§. 9. *Quid invium aut inexsuperabile esse*] *quid majus aut inexsuperabile* Lovel. 3. *quid invium aut insuperabile* Hafn. et Hav. Male. V. supra hoc cap. §. 7. Tum *est*, pro *esse*, Voss. Lovel. quinque, Harl. Ber. Gaertner. Hav. et edd. ante Froben.

Digitized by Google

10 *li, quid laboris exhaustum esse? Romam, orbis ter-*
rarum caput, petentibus quidquam adeo asperum at-
11 *que arduum videri, quod inceptum moretur? Cepisse*
quondam Gallos ea, quae adiri posse Poenus desperet. proinde aut cederent animo atque virtute genti, per eos dies toties ab se victae: aut itineris finem sperent campum interjacentem Tiberi ac moenibus Romanis.

1 XXXI. His adhortationibus incitatos corpora cu-

anni 1531. Praeterea mox *quid laboris exhaustum est* Lovel. 2. 3. 4. 5. Ber. Gaertn. Hav. Hearnii N. et eaedem edd. Sed vulgatum praestat. *exauctum*, pro *exhaustum*, Cant. Primo omissa erat adspiratio. Inde alterum formatum est. Male. 25, 31, 7. *Laborum periculorum, circa moenia Syracusana terra marique tam diu exhausterum, nequaquam tantum fructum esse.* 26, 31, 7. *Multis terra marique exhaustis laboribus, tandem vi atque armis Syracusas cepi.* 44, 39, 6. *Quantum rursus exhauriendum laboris erat.* Ceterum *per novem menses* Lovel. 5. Male. Supra c. 15, 3. *Octavo mense, quam coeptum obpugnari, captum Saguntum.* Polyb. 3, 19. *Τέλος ἐν ὀκτὼ μησὶ κατὰ κράτος εἷλε τὴν πόλιν.*

§. 10. *Romam, orbis terrarum caput*] Absolvi Livius non potest, ita scribens. quod enim *Romam orbis terrarum caput* Annibal appellat, quis id feret? A decoro valde ea laudatio abit, (praesertim cum hostis) et magis a vero. An enim illo aevo Roma terris caput? Imo nec toti Italiae, Gallis Cisalpinis et Liguribus etiamnum restantibus: et extra eam vix quicquam firmiter in potestate sua ac ditione habuit, praeter Sardiniam et Siciliae partem. En dominam orbis! Aevum suum pro veteri, cum haec scriberet, mente complexus est. PH. RUBEN. 1. Elect. 25. Livium adversus censuram Rubenii excusare conatur Barthius 14. Advers. 10. At non persuadet. Ceterum *caput orbis terrarum* Flor. Mox *atque arduum* exsulat a Lovel. 3.

§. 11. *Cepisse quondam Gallos ea*] Romam intelligit. SIG. *Gallos et ea* Voss. Lovel. 1. et Hearnii N. Verum, *τὸ et* delendum esse, additis notis in Voss. indicatur; in Oxon. N. a m. 2. inductum est. Mox *quae adiri Poenus desperet*, omissa media voce *posse*, Voss. et Lovel. 1. ac 2. at insuper *quae adire Poenus desperet* Gaertn.

Campum interjacentem Tiberi ac moenibus Romanis] *ac finibus Romanis* Latinii Brancal. Male. Intelligitur enim campus Martius, ut Doujatius monuit.

§. 1. *His adhortationibus incitatos*] *His exhortationibus* Lovel. 4. et editi Aldo priores. Sed cap. praec. dixit: *Varie militum versat animos castigando adhortandoque.* Pro vulgato etiam stant reliqui codd.

§. 2. *Postero die, profectus*] *Postera die* Harl. Ber. et Gaertn. Sed v. ad 1, 12, 1. Mox *recta ad Alpes via*, pro *rectior*, Bec.

Digitized by Google

rare, atque ad iter se parare jubet. Postero die, 2
profectus adversa ripa Rhodani, mediterranea Gal-
liae petit: non quia rectior ad Alpes via esset, sed,
quantum a mari recessisset, minus obvium fore Ro-
manum credens: cum quo, priusquam in Italiam 3
ventum foret, non erat in animo manus conserere.
Quartis castris ad Insulam pervenit: ibi Arar Rho- 4
danusque amnes, diversis ex Alpibus decurrentes,

Quantum a mari recessisset, minus obviam fore Romanum credens] Quod conjeceram dudum, Flor. unicus *obvium*. J. FR. GRON. V. ad 1, 26, 2. Praeterea *quantum mari recessisset* Hav. Tum *tanto minus* Lovel. 4. 5. At, saepe omitti *τὸ tantum* praecedente *quantum*, vidimus ad 2, 10, 12.

§. 3. *Priusquam in Italiam ventum foret*] Pal. pr. *in Italiam eventum foret.* *Evenire* dictum intensive, ut *edomare, edolare, evincere.* GEBH. Similiter etiam Voss. et Lovel. 1. *in Italiae ventum foret* Flor. a m. 1. pro quo emendatur m. 2. *in Italiam.* Sed *in Italia ventum foret* Gaertn. Mox *manum conserere*, pro *manus*, Gaertn. et Hearnii D. *manum conferre* ejusdem Hearnii N. Quaeque harum lectionum admitti posset, ut exempla probant, quae laudavi ad 6, 42, 5. nisi, vulgatam hoc loco veriorem esse, reliquorum codicum consensus clamaret.

§. 4. *Ad Insulam pervenit. ibi Arar Rhodanusque amnes, diversis ex Alpibus decurrentes*] Polybius [3, 49.] *ἦκε πρὸς τὴν καλουμένην Νῆσον, ἔχουσαν δὲ τὴν προσηγορίαν ἀπὸ τοῦ συμπτώματος. Τῇ μὲν γὰρ ὁ Ῥοδανὸς, τῇ δὲ Σκώρας προσαγορευόμενος, ῥέοντες παρ' ἑκατέραν τὴν πλευρὰν συμπίπτουσιν.* Mendum tamen puto esse in voce *Σκώρας* pro *ὁ Ἄραρ.* SIG. Occultum, sed certum vitium est in his Livii verbis. Minime enim *diversis*, sed *diversi.* Ex iisdem enim Alpibus Arar et Rhodanus orti seorsim separatique aliquamdiu fluunt. Seneca in Apocolocynthosi:

Vidi duobus imminens fluviis jugum,
Quod Phoebus ortu semper obverso videt:
Ubi Rhodanus ingens amne praerapido fluit,
Ararque dubitans, quo suos cursus agat.

PH. RUBEN. 1. Elect. 36. Rubenius legit *diversi*, contra MSS. codices. Forte, si quid mutandum, leg. *diversim.* Statim restat in Pall. tribus *in mediis campis.* GEBH. *diversi ex Alpibus decurrentes* conjectura est Philippi Rubenii. Veteres omnes libri *diversis.* An fuit *divortiis?* Curtius de Tigri et Euphrate l. 5, [1.] *Ipsi amnes ex Armeniae montibus profluunt, ac magno deinde aquarum divortio iter, quod coepere, procurrunt.* Cicero 3. de Oratore [19.] *Ut ex Apennino fluminum, sic ex communi sapientium jugo sunt doctrinarum facta divortia.* J. FR. GRON. Omnia prorsus integritatem hujus lectionis refutant, nec potest ullo modo de

Digitized by Google

agri aliquantum amplexi, confluunt in unum. Mediis
5 campis Insulae nomen inditum. Incolunt prope Al-

Arare ac Rhodano tale quid affirmari; Arare ad Sequanos Helvetiosque tendente, ut patet ex Caesare 1. B. Gall. [12.] Ex aliis MSS. nullam varietatem observatam video: quum tamen Cantabrigiae legerim: *pervenit: Bisarar Rhodanusque*. Itaque idem hoc loco agendum, quod nuper in Polybio [p. 415.] fecimus, reponendumque: *pervenit. Isara Rhodanusque amnes diversis ex Alpibus decurrentes, agri aliquantum amplexi, confluunt in unum. Inde mediis campis Insulae nomen inditum*. Nam Flor. Voss. Gud. cum eodem Cant. *in mediis*; omnes vero *aliquantum*, non *aliquantulum*. His inscribendus est Cluverius 1. Italiae [63, 367.] Et frustratio est Phil. Rubenii, dum quia ex eisdem Alpibus, non diversis, eos amnes currere sibi inculcat, corrigentis *diversi*. *Diversis ex Alpibus* est alia atque alia parte earundem Alpium. Id mutari vix placet. JAC. GRON. Cluverii emendatio, *Isara* pro *Arar* scribentis, confirmatur in Memoriis Academ. Reg. Paris. tom. 2. p. 142. ed. Hag. 1724. DUK. V. etiam Histor. Acad. Reg. inscr. T. 3. p. 295. ed. Amstel. (* Act. Lips. anni 1741. p. 201.) *ad Insulam venit* Hearnii N. altera tamen lectione in marginem rejecta. In verbis proxime sequentibus parum a vulgato differunt codd. mei. *ibi Ara Rhodanusque amnes* legit Lovel. 3. *ibique Arar Rhodanusque amnes* Ber. *ibique Arar Rhodanusque amnis* Lovel. 2. 5. Hafn. Harl. Rec. et Hearnii D. et N. *ibi Arar Rhodanus amnis* Gaerta. Virorum doctorum, *Isara* pro *ibi Arar* subponentium, sententiae adversatur Harduin. ad Plinii 3, 4. eos sincerum vas incrustare, nec scriptoris mentem adsequi pronuncians. Sed nullum, cur ita sentiret, argumentum in medium adfert: quum tamen operae pretium fuisset, caussam sententiae indicasse, vel mentem Livii minus perspicacibus aperuisse. Multa enim vidit, quae praeter eum nemo nec vidit umquam, nec visurus est. Adversatur etiam Doujatius, existimans Insulam hanc, cujus Polyb. et Livius meminerunt, non ad Araris ac Rhodani, sed ad Druentiae ac Rhodani confluentes fuisse, idque variis argumentis firmare conatur. Putat enim Hannibalem, unius diei, aut certe minus quam bidui, itinere a mari remotum, Rhodanum trajecisse; quia equites ejus Numidae, speculatum missi, manus conseruerunt cum equitibus Scipionis, ad ostium Rhodani castra habentis. Id si verum est, fieri non posse statuit, ut Hannibal ab eo loco quartis castris pervenerit ad Araris et Rhodani confluentes, emensis circiter centum quadraginta millibus passuum, et transitis decem majoribus aut minoribus fluviis. Secundo id probari dicit vocibus *diversis ex Alpibus*: Rhodanum enim ex Alpibus Cottiis, Druentiam ex Penninis oriri; quum Arar non ex Alpibus, sed ex Vogeso oriatur. Tertio vocibus *agri aliquantulum*; terrarum enim tractum inter Ararim et Rhodanum majorem esse, quam ut ei convenirent; quum recte conveniant insulae, quam efficit Druentia in Rhodanum influens. Quarto vocibus *ad laevam in Tricastinos*. Si enim Hannibal ad confluentes Araris ac Rhodani usque jam adscendisset, Tricastinos non ad laevam, sed ad dextram habuisset. Quomodo ta-

Digitized by Google

lobroges, gens jam inde nulla Gallica gente opibus aut fama inferior: tum discors erat. Regni certa- 6

men pro *ibi Arar et Rhodanus* legendum putet, non addidit. Nomen autem *Druentiae* longius et a vulgata et a codicum scriptura recedit, quam ut ob aliquam literarum vel soni similitudinem alterum alteri substitutum fuisse credamus. Tandem Rolin. Gronovio consentit in libro lingua Francica conscripto de Hist. antiq. Karthagin. tom. 1. p. 317. Tres itaque viri docti, ex eadem Francia orti, qui patriae periti esse debebant, attamen tres diversas foverunt sententias: ut periculosius et nimis anceps mihi extraneo futurum putem, de ea sententiam interponere. Id unum verum esse videtur, confluentes Druentiae et Rhodani intelligi non posse: nam postea, quam ad alterutram partem (ad utram vero disceptatur) flexisset, ad Druentiam venit, et fluvium hunc transiit, ut Livius infra hoc cap. narrat. Si tamen Gronov. *Isara* hic revocari debeat, mallem, priori voce non omissa, legere *ibi Isara et Rhodanus amnes*. Praeterea *diversis ex Alpibus* servant Flor. Voss. Lovel. 2. 4. 5. Harl. Ber. Hafn. Rec. Gaertn. Hav. et Hearnii Oxon. quod optime Cl. Jac. Gronov. exposuit adversus Ruben. ex alia atque alia parte earumdem Alpium. Vogesus enim etiam Alpium pars habetur. Certe Strabo etiam Ararim ex Alpibus oriri scribit 4, 186. Insuper *agri aliquantum* Flor. Lov. 2. 3. Harl. Ber. Gaertn. et Hav. Ex reliquis nihil notatum reperio. V. ad 7, 36, 5. Neque inprobabilis est Gron. conjectura *Inde mediis campis*. Nam τῷ *inde*, sive *iñ*, saepe substitutum est *in*. V. ad 10, 20, 6. *In mediis campis* autem hic praeferunt, praeter codd. a Gronovio laudatos, Lovel. 1. 2. 3. Harl. Ber. Gaertn. Hav. et Hearnii Oxon. Illa vero praepositio in aliis codd. intercepta est a vocis praecedentis litera finali *m*. V. ad 10, 13, 3. Tandem *Insulae nomen indictum* Lovel. 2. Ber. et Hav. sollemni scribarum lapsu. V. ad 3, 65, 4. *Insulae inclitum nomen*, litera *d* in *cl* resoluta, Lovel. 5. V. ad 10, 24, 2.

§. 5. *Adcolunt prope Allobroges*] Restat in Pall. tribus *Incolunt prope*. GEBH. Tres Pall. Fl. Men. Voss. Aldina *Incolunt*. ut Caesar 1. de Gall. [1.] *Proximi sunt Germanis, qui trans Rhenum incolunt, quibuscum continenter bella gerunt*. Sueton. Julio 25. *Germanos, qui trans Rhenum incolunt, primus Romanorum aggressus*. Noster principio operis. *Qui inter mare Alpesque incolebant*. J. FR. GRON. Similiter Cant. Lovel. quinque, Harl. Ber. Hafn. Rec. Gaertn. et Hav. Livius 5, 33, 6. *Inter Apenninum Alpesque incolebant*. 26, 51, 11. *Cuncti fere, quae cis Iberum incolunt, populi*. 28, 24, 5. *Praesidium gentibus, quae cis Iberum incolunt, inpositum*. 35, 13, 5. *Ad Pisidas, qui circa Sidam incolunt, oppugnandos est profectus*. 38, 16, 10. *Omnibus, quae cis Taurum incolunt, gentibus*. Eodem cap. §. 15. *Quia procul mari incolerent*. c. 37, 1. *Legationes ex omnibus gentibus, quae cis Taurum incolunt, conveniebant*. 40, 41, 3. *Qui eorum circa Macram fluvium incolebant*. V. etiam ad 22, 20, 10. Eodem modo *colere* sine casu absolute ponitur. V. ad 38, 18, 12.

Jam inde nulla Gallica gente opibus aut fama inferior:

Digitized by Google

mine ambigebant fratres. major, et qui prius imperitarat, Brancus nomine, minore ab fratre et coetu juniorum, qui jure minus, vi plus poterant, pelle-
7 batur. Hujus seditionis peropportuna disceptatio

tum discors erat] *jam nulla inde* Lov. 4. 5. et Harl. Male. V. ad 3, 36, 1. *opibus atque fama* Lovel. 4. et 5. Deinde *discors erat illa gens regni certamine. Regnum ambigebant fratres* Lov. 3. et Hafn. *discors erat regni certamine. Regnum ambigebant fratres* Ber.

§. 6. *Minor erat fratre et coetu juniorum, qui jure minus, qui plus poterat, pellebatur*] Vos sic emendastis: dictionem *jure* delestis rubra sive violacea linea, addidistisque alias dictiones, sic: *qui minor, ab eo, qui plus poterat, pellebatur.* O lippi, o aliis, quae vobis multa est, lippitudinem exprobrantes! estne istud servare similitudinem, servare numerum literarum in conjectanda scripturae veritate, alias dictiones eximere, alias adjicere? Videte, quanto id a me sincerius custoditur. *ambigebant fratres: major, et qui prius imperitarat, Brancus nomine, minore a fratre et coetu juniorum, qui,* (vel *quia*) *jure minus, vi plus poterat, pellebatur.* VALLA. Manarunt haec, ut vulgata sunt, a Valla. Pall. codd. mire hic laceri sunt ac deformes: quippe sec. (a quo pauxillum discrepat pr.) *minor erat fratre: et coetu juniorum qui minus ab eo, qui plus poterat, pellebatur.* Tert. vero, *major erat frater et coetu junior, qui jure minus, qui plus poterat, pellebatur.* GEBH. *qui jure minus, vi plus poterat* ad *fratrem* referre serum est, ad *coetum* ineptum. Ergo ad *juniores*; et legatur invitis omnibus libris *poterant.* J. FR. GRON. Quemadmodum tempore Vallae legebatur, praeferunt Florent. Lovel. 1. 4. et Harl. Ab illis parum discedit Gaertn. *minor erat fratre coetu juniorum*, omissa particula *et*, praeferens. Eamdem omisit Cant. et insuper legit *vi plus poterat.* Voss. etiam *vi plus poterat*, et in principio *minore fratre* a m. 2. Alii latius latiusque divertunt. *minor erat fratre et coetu junior, qui minus ab eo, qui plus poterat, pellebatur* inveni in Lovel. 2. *minor erat fratre coetu juniorum, qui jure minor eum, qui plus poterat, pellebat* in Hearnii N. *minor erat fretus coetu juniorum, qui jure potior erat ab eo, qui plus sui poterat, pellebatur* in Hav. *minore fratre coetuque inimicorum pellebatur, qui jure minus, vi plus poterat* in Ber. *a minore fratre et coetu juniorum, qui jure minus ni plus poterat, pellebatur* in Lovel. 4. *a minore tum fratre et coetu juniorum, qui jure minus, vi plus poterant, pellebatur* in Lovel. 5. in quo illud *poterant*, quod Gronov. ex conjectura reponebat, offendi. (* v. Act. Lips. anni 1741. p. 202.) Et lectio haec, quae sensui satisfacit, probari posset, nisi, quum admodum recens sit, suspicio foret, librarium emendationem Vallae recepisse. Paullo ante *major, qui prius imperitarat*, ejecta copula *et*, legendum esse, ad marginem Livii conjecit Cl. Ant. Perizonius. Sed, copula trajecta, *qui et prius imperitarat* conjicit Crevier. Deinde *Braneus* Flor. Voss. Lovel. 1. 4. et Hav. *Biraneus* Ber. *Bráneus* Gaertn. *Branius* Hearnii D.

Digitized by Google

quum ad Hannibalem rejecta esset, arbiter regni factus; quod ea senatus principumque sententia fuerat, imperium majori restituit. ob id meritum com- 8
meatu copiaque rerum omnium, maxime vestis, est

§. 7. *Ad Hannibalem rejecta esset*] *dejecta* Voss. Lovel. 1. Harl. Rec. Hearnii N. et priscae edd. Sed alibi ea verba inter se commutantur in Mstis. V. ad 5, 22, 1. 22, 24, 7. 24, 2, 6. et viros doctos ad Cic. 2. Catil. 1. Quin et, passim literas *D* et *R* in codd. confundi, dictum est supra ad 9, 10, 6. *delata* Lovel. 2. 4. 5. Ber. Hafn. Gaertn. Hav. et Hearnii N. in margine. *delata esset* etiam Flor. a m. 2. quum ante scriptum fuisset *delectasset*. Sed, *rejicere* in hac re proprium esse, vidimus ad 2, 22, 5. Paullo ante *discensionis*, pro *disceptationis*, Ber. *dissensionis* Hearnii N. *discrepationis* Hafn. Alibi hae voces confunduntur a scribis. V. supra ad 3, 31, 8. 10, 18, 7. (* 35, 17, 2.) et viros doctos ad Tertull. 5. adv. Marc. 10.

Quod erat senatus principumque sententia futurum] Voss. et Men. *quod ea*. Flor. et Gud. *quod ea senatus principumque sententia fuerat*. de quo dubitare nefas. J. FR. GRON. *quod ea* etiam Lovel. 1. 2. 4. Harl. et Hav. *quod erat ea* Cant. *quod ea senatus principumque sententia futura* Lovel. 5. *quod ea senatus principumque sententia fuerit* Ber. et Hearnii N. unde lectio, a Gronovio inventa ac probata, firmatur; quam in contextum recepi, quemadmodum et fecit Crevier.

§. 8. *Ob id meritum commeatu copiaque rerum omnium et vestimentis est adjutus*] Iterum corrupti codd. MSS. Pal. pr. *ob id emeritum commeatu maxime copiaque rerum omnium vestis est adjutus*. sec. *ob id emeritum commeatus copiaque rerum omnium et vestis est addita*. tert. *ob id emeritum commeatus copiaque rerum omnium et vestis est traditus*. GEBHARD. Scripti o. et Andr. Beco. Ven. Tarv. Ald. Juntas *et vestis*. Ascensius et Mag. jam mutatum habent: sed male. Cicero in Verrin. [1, 10.] *Argenti vestisque stragulae quod fuerit, curasse auferendum*. Iterum, [2, 72.] *Plurimam vestem Melitensem, plurimam stragulam*. Noster 31, [17, 6.] *Aurum et argentum in forum deferri, vestem pretiosam in naves*. 44, [26, 9.] *Quanta omnium praeparata cura regis copia multitudini foret, quibusque muneribus principes advenientes vestis argenti equorumque excepturus rex esset*. Sed plus hic infuscati. Promiscui libri *copiaque rerum omnium vestis*, sine copulativa: quod mirabar, priusquam in Fl. et Gud. inveni: *copiaque omnium rerum, maxime vestis*. Hoc quoque praeclarum: sed tamen aliquid supereft. Flor. Voss. Men. *quod inf. fr. Alpes praeparari*. Totum igitur accipe ex Gudiano: *Ob id meritum commeatu copiaque rerum omnium, maxime vestis, est adjutus, quam infames frigoribus Alpes praeparari cogebant*. J. FR. GRON. *ob id emeritum* Voss. Lovel. 1. 2. Harl. Ber. Gaertn. et Hav. Neque aliter scriptum primo exstitit in Flor. ubi deinde litera *e* initialis expuncta est. In verbis sequentibus Gronov. edidit *commeatu copiaque rerum omnium*

Digitized by Google

adjutus, quam infames frigoribus Alpes praeparari
9 cogebant. Sedatis certaminibus Allobrogum, quum jam Alpes peteret, non recta regione iter instituit; sed ad laevam in Tricastinos flexit; inde per extremam oram Vocontiorum agri tetendit in Tricorios: haud usquam inpedita via, priusquam ad Druentiam

et vestis est adjutus, quod servant Hearnii Oxon. et Ber. neque aliquid ex Rec. notatur. sed *commeatu copiaque rerum omnium vestibus est adjutus* habet Lovel. 5. *commeatum copiaque rerum omnium et vestis est additus* Lovel. 1. et 4. neque aliter Gaertn. nisi quod *adjutus* praeferat. *commeatum copiaque rerum omnium et vestis est traditus* Cant. *commeatus copiaque rerum omnium vestitusque est additus* Lovel. 2. *commeatus copiaque rerum omnium vestis et additus* Lovel. 5. *commeatu copiaque rerum omnium vestis est additus* Voss. *commeatu copiaque rerum omnium vestis est adita* Hafn. *commeatu copiaque rerum omnium vestimentis adjutus* Hav. *commeatus copiaque rerum omnium maxime vestis est aditus* Harl. Praeterea *quae inf. fr. A. parare cogebant* Ber. *quae infames frig. Alpes praeparari cogebant* Lovel. 1. et Voss. *quod infames frig. Alpes praeparare cog.* Lovel. 4. Cant. Rec. et pleraeque antiquarum edd. *quos inf. fr. A. praeparari cog.* Lovel. 3. *quod inf. fr. A. praeparari cog.* Lovel. 2. 4. Harl. Gaertn. et Hav. *quam inf. fr. A. praeparari cogebant* Hafn. Ex his singulis patet, optime Gronov. hujus loci veram lectionem ex Gud. constituisse, quam etiam exprimi in contextu jussi.

§. 9. *Ad laevam in Tricastinos flexit* etc.] Tricorii oppidi meminit Plinius 3, 4. Caeterum cum in Allobrogibus jam esset Hannibal, Alpes transiturus, quomodo ad laevam in Tricastinos potuit flectere iter? quomodo deinde in Tricorios, atque adeo ad Druentiam flumen? Polybius certe ea non habet, undeunde acceperit Livius. Ego *ad dextram* malim legere, sive locorum ignorantia, sive casu lapsus Livius, sive denique temporum injuria id erroris in auctoris codicem manaverit. GLAR. De hoc itinere nihil Polybius: at Ammianus 15, [10.] *Annibal Taurinis ducentibus accolis per Tricastinos, et oram Vocontiorum extremam ad saltus Tricorios venit. indeque exorsus aliud iter ante hac insuperabile fecit, excisaque rupe in immensum elata [per] Druentiam flumen gurgitibus vagis in totum regiones occupavit Etruscas.* SIG. Non recta ad Alpes (quod fuisset per Peninas aut Grajas) ivit, sed flexit in ulteriora, ut ad Coctias postea dictas perveniret. *ad laevam* inquit. quomodo? profecto *ad dextram*, nisi si relegere iter, et transire iterum Rhodanum voluit. Tabulas geographicas vide, et Glareanum, qui Livium incuriae vel erroris hic notat. Ego legendum putem *a laeva*: et verum est. nam fluvium ad laevam reliquit, et ab eo flexit in Tricastinos, et mox Vocontios. LIPS. Cent. 1. ad Belg. Ep. 93. Iter hoc Hannibalis describit etiam Silius 3, 466. ubi, postquam narrasset,

Digitized by Google

flumen pervenit. Is et ipse Alpinus amnis longe 10
omnium Galliae fluminum difficillimus transitu est.
nam, quum aquae vim vehat ingentem, non tamen
navium patiens est: quia nullis coërcitus ripis, plu- 11
ribus simul, neque iisdem alveis fluens, nova sem-
per vada novosque gurgites faciens, (et ob eadem

quemadmodum Rhodanum transierit, addit:

Jamque Tricastinis intendit finibus agmen,
Jam faciles campos, jam rura Vocuntia carpit.
Turbidus hic truncis saxisque Druentia laetum
Ductoris vastavit iter.

Ceterum *ad laevam* in omnibus constanter scriptis superest, nisi quod *ad lenam* sit in Hav. et tamen, ut vel *addextram*, vel *a laeva*, quod propius ad vulgatum accedit, legamus, ratio itineris Hannibalici exigere videtur. Deinde *in Ticastinos* Hearnii N. *inter Castinos* Hav. *in Curstastinos* Lov. 3. Hinc *Vocuntiorum* Lovel. 2. *Vocuorum* Voss. *Vocentiorum* Ber. et Hearnii N. *Vecontinorum* Hav. *Nocontiorum* Hafn. Tum *tendit* Flor. Voss. Lovel. 2. 3. 4. Harl. Ber. Hafn. Gaertn. Hav. et Hearnii N. Postea *in Trigorios* Flor. Cant. Voss. Lovel. 1. 2. 4. 5. Harl. Hafn. Rec. Gaertn. et Hearnii D. ac N. a m. 2. (in quo *in Tigorios* est a m. 1.) *in Trigoros* Ber. *ad Trigorios* Lovel. 3. *inter Gorios* Hav. Deinde *ad Ruentiam* Lovel. 1. 2. 3. Harl. Ber. Hav. et Hearnii D. ac N. Neque aliter erat in Flor. a m. 1. prima litera vocis *Druentiam* ab ultima praepositionis praecedentis elisa. V. ad 2, 44, 6. *ad Durentiam*, literis transpositis, Cant. *ad Adruentiam* Gaertn. Tandem *pervenerat* Ber.

§. 10. *Is et ipse Alpinus amnis*] *Isque ipse* Lovel. 4. et 5. reliquis invitis.

§. 11. *Nova semper vada novosque gurgites faciens*] *Τὸ faciens* prodiit ex officina Mediolanensi. Romae ignoravit Andreas, et arguunt *vosetas* omnes scripti. Livius verbum *volvens* ad haec omnia sufficere putavit: nam et *vada volvere ac gurgites* bene dicitur amnis, qui volvendo arenas facit vada hac, illac gurgites. J. FR. GRON. Illud *faciens* deest etiam in Flor. Cant. Voss. Lov. quinque, Gaertn. et Hearnii Oxon. D. et N. Cl. Crevier. expeditissima videtur lectio, quam Campanus expressit, *pluribus simul neque iisdem alveis fluens, per nova semper vada novosque gurgites, et ob eadem* etc. Insuper *semper*, quod in reliquis Mstis superest, in uno deficit Ber. Paullo ante *nullis coactus ripis*, pro *coërcitus*, Hearnii N. quod ex alterius expositione ortum videtur. Curtius 6, 4. *Angustioribus coërcitus ripis iter cogit.* 9, 2. *Angustis ripis coërcita, et in angustiorem alveum elisa torrentes aquas invehunt.* Praeterea *non iisdem alveis*, pro *neque iisdem*, Lov. 4. et 5. In sequentibus *peditis quoque incerta via est* Voss. Lov. 3. 4. 5. Harl. et Hearnii N. *peditis incerta via est* Lov. 1. *peditis quoque certa via est* Hafn. *peditis quoque via incerta est* Lov. 2. et Ber. *quoque impeditis incerta via est* Rec. *pediti quo-*

Digitized by Google

pediti quoque incerta via est) ad haec saxa glareosa volvens, nihil stabile nec tutum ingredienti praebet;
12 et tum, forte imbribus auctus, ingentem transgredientibus tumultum fecit, quum super cetera trepidatione ipsi sua atque incertis clamoribus turbarentur.

1 XXXII. P. Cornelius consul, triduo fere post,

que incerta est via Flor. Silius 8, 472.

Ac vada translato mutat fallacia cursu,
Non pediti fidus, patulis non puppibus aequus.

Ad haec saxa glareosa volvens, nihil stabilis nec tuti ingredienti praebet] Veteres libri *glomerosa*. recte. Subdit enim, *nihil stabilis nec tuti ingredientibus praebet*. SIG. Editio antiqua Mogunt. *nihil stabile nec tutum ingredienti praebet*. Sed de Drucntiae violentia poëtam audiamus [Silium 3, 468.]

Turbidus hic truncis saxisque Druentia laetum
Ductoris vastavit iter etc.

MOD. Sunt haec in fornace Sigonii cusa, qui, recentissimae notae MS. libro usus, plurimum interpolavit nitidissimum Romanae historiae auctorem. Pall. pr. et sec. *ad hoc saxa glareosa volvens, nihil stabile nec tutum ingredienti praebet*. GEBH. Sic partim a Sigonio, partim ab Aldo. Scripti tamen fere, ut Andreas: *glareosa*, at *nihil stabile nec tutum*. Unus e Pall. Tarvis. Ven. Bec. Asc. Aldus, Mogunt. etiam *globosa*. Sic 38, [29, 4.] *Saxis globosis, quibus ferme arenae immistis strata littora sunt, funda mare apertum incessentes*. Plinio tamen *glareosum solum*, et Columellae *glareosa loca*. Sed *saxa glareosa* parum bene. Scribe *ad haec saxa glareasve*, vel *glareasque*. J. FR. GRON. 25, 17, 2. *Saxisque, quae volvit amnis, propugnantem*. JAC. GRON. *ad hoc* Flor. Ber. et Harl. V. ad c. 52. hujus lib. §. 10. *Tò haec* deerat in Cant. Tum *saxa globosa* Lov. 4. 5. et Brancal. Latinii. *saxa gloriosa* Lov. 1. et Hav. *saxa glariosa* Harl. et Hafn. Non displicet Gronovii conjectura *saxa glareasque*, vel *glareasve*. Colum. 6, 23. *Stabula sunt optima saxo aut glarea strata*. et lib. de Arbor. c. 17. *In imum scrobem lapidem glareamque abjicere*. Hinc *volens* Cant. scribae lapsu. V. ad 4, 49, 16. Deinde *nihil stabile nec tutum* omnes scripti mei: quod recte Gronov. contextui, unde ab Aldo ejectum fuerat, restituit. Denique *ingredientibus* Harl. a m. 1.

§. 12. *Et tum, forte imbribus auctus*] *quod cum forte imbribus actus* Lovel. 2. *actus* etiam Voss. a m. 1. V. infra hoc lib. ad c. 61, 4. *qui tum forte* Hav. *et cum forte* Lov. 3. 4. et Gaertn. Mox *tumultum facit*, pro *fecit*, Lov. quinque, Hafn. et Gaertn. Tandem *clamoribus terrebantur*, pro *turbabantur*, Lov. 4.

§. 1. *P. Cornelius consul*] *P. Cornelius Scipio consul* Hearnii L. 1. Contra praenomen omittitur in Ber. et Gaertn.

Digitized by Google

quam Hannibal ab ripa Rhodani movit, quadrato agmine ad castra hostium venerat, nullam dimicandi moram facturus. ceterum, ubi deserta munimenta, nec facile se tantum praegressos adsecuturum videt; ad mare ac naves rediit, tutius faciliusque ita descendenti ab Alpibus Hannibali obcursurus. Ne tamen nuda auxiliis Romanis Hispania esset, 3

§. 2. *Nec facile se tantum progressos adsecuturum*] Lege *praegressos*. Voss. *praeversos*. sed ad marginem *progressos*. J. FR. GRON. Si excerptis cod. Voss. quae habeo, credere licet, is legit *perversos* in contextu, *praegressos* in margine. At Hearnii N. *progressos* quidem a m. 1. sed *praegressos* a m. 2. praefert. Non tantum *praegredi* et *progredi*, sed et plura alia verba, cum praepositionibus *prae* et *pro* composita, passim a librariis confundi, supra dictum est ad 9, 10, 7. *se* deest in Ber. a m. 1. qui etiam paullo ante ostentat *munimenta deserta*. Voss. *deserta munita*.

Ad mare ad naves rediit] Pall. pr. et sec. *ad mare ac naves rediit*. tert. *ad naves ac mare rediit*. GEBH. Sic jam Mog. Sed priores et scripti *ad mare ac naves*. 22, [19, 7.] *Tumultusque prius in terra, quam ad mare et ad naves, est ortus*. 28, [15, 17.] *Atinio cum suis ad mare ac naves deducto*. J. FR. GRON. Vulgata lectio defendi posset ex 31, 42, 6. *Per aversam partem castrorum ad tumulum, ad castra Athamanum perfugiunt*. ubi v. quae notantur. Id tamen ne probare possim, obstat auctoritas Mstorum, qui omnes, etiam mei, uno excepto Cant. legunt *ad mare ac naves rediit*: quod etiam servant edd. Rom. anni 1472. et Parm. Ita infra 27, 28, 17. *Tantus pavor Romanis est injectus, ut passim ad mare ac naves fugerent*. 30, 36, 1. *Cum ingenti praeda ad mare ac naves rediit*. 37, 13, 9. *Exutosque magna parte praedae ad mare ac naves redegit*. 41, 7, 10. *Ceteros inermes fusosque ad mare ac naves fugisse*. 42, 63, 12. *His gestis in Boeotia ad mare ac naves rediit*. *ad mare ad naves* autem non apud primos Moguntinos obvium est; sed ita jam legunt iis antiquiores edd. Mediol. anni 1480. Tarvis. utraque, et Veneta anni 1498. quod Moguntini deinde revocarunt, quum interim alii recte *ad mare ac naves* restituissent. Solent autem voculae *ad* et *ac* innumeris locis commutari. V. ad 2, 10, 8. c. 12, 8. 3, 42, 7. 4, 12, 3. c. 17, 1. 6, 14, 12. c. 28, 1. c. 35, 3. c. 36, 12. 7, 12, 10. c. 19, 9. c. 40, 2. 9, 5, 9. c. 44, 7. 10, 17, 8. c. 18, 7. hoc lib. c. 46, 6. 22, 1, 12. c. 28, 9. 23, 19, 9. 28, 19, 16. 41, 27, 7. Adde Cel. Burm. ad Suet. Caes. 88.

Faciliusque ita descendenti ab Alpibus Hannibali obcursurus] Clariss. Ant. Perizonius ad marginem Livii notavit, vel voculam *ita* inducendam, vel locum hoc modo sibi refingendum videri: *faciliusque ratus descendenti ab Alpibus Hannibali occursurum*, vel *occurrere*. Codices nihil mutant, nisi quod unus Ber. a m.

Digitized by Google

quam provinciam sortitus erat, Cn. Scipionem fratrem cum maxima parte copiarum adversus Hasdru-
4 balem misit; non ad tuendos tantummodo veteres socios conciliandosque novos, sed etiam ad pellen-
5 dum Hispania Hasdrubalem. ipse cum admodum exiguis copiis Genuam repetit, eo, qui circa Padum
6 erat, exercitu Italiam defensurus. Hannibal ab Druentia campestri maxime itinere cum bona pace

1. legat *tutius facilius descendenti ab Alpibus Hannibali.*

§. 3. *Sortitus erat, Cn. Scipionem fratrem cum maxima parte copiarum adversus Hasdrubalem misit*] Pal. pr. *cum magna.* GEBH. V. ad Epit. Liv. 50. *sortitus erat consul, Scipionem fratrem* Rec. *Cn.* praenomen et *consul* etiam commutantur 7, 16, 3. *sortitus erat, Cn. Scipionem fratrem suum* Ber. V. ad 5, 46, 1. Tum *adversus Hannibalem* Harl. Paullo ante *nec tamen nuda* Hearnii D. V. ad Livii 3, 47, 7. *ne tam nuda* Ber. V. ad 22, 59, 13.

§. 4. *Non ad tutandos tantummodo veteres socios*] Omnes tres Pall. *non ad tuendos.* GEBH. Tres Pall. Men. *tuendos.* Voss. *adjiciendos*, et in margine *alliciendos.* J. FR. GRON. *adjiciendos* unus meorum Lov. 1. *tuendum* etiam unus Lov. 3. sed *tuendos* Flor. Cant. Lov. 2. 4. 5. Harl. Ber. Gaertn. Hav. et Hearnii N. quod tot codicum auctoritate confisus recepi. Mox *sed ad pellendum*, media voce *etiam* neglecta, Ber. quam etiam a Pal. tert. omitti Gebh. ad §. 7. notavit. *sed etiam ad expellendum* Voss. *sed etiam ad depellendum* Hav.

§. 5. *Ipse cum admodum exiguis copiis Genuam repetit*] Antea *Placentiam.* At *Genuam* habent et veteres libri, et Ammianus [15, 10.] loco citato. Supra autem [c. 26, 3.] dixit, eum praeter oram Ligurum pervenisse Massiliam. SIG. *idem cum admodum* Ber. et Hearnii N. Tum *Jenuam* Ber. Gaertner. et Hearnii N. *Jenevam* Rec. *Januam* Lov. 3. Hafn. et Hearnii N. in cujus tamen margine est *Genuam*, quod pro *Placentiam* Aldus jam recepit, et exstitit etiam in edd. Rom. anni 1472. ac Parm.

Eo, qui circa Padum erat, exercitu Italiam defensurus] *Τὸ qui* non adparet in Voss. Lov. quinque, Harl. Gaertn. et Hearnii D. ac N. nisi quod ultimo huic adjectum sit a m. 2. Deinde *exercitus* Flor. Cant. Voss. Lov. 2. 3. 4. Harl. Gaertn. Hearnii N. et, eodem teste, Romana ed. Aleriensis, quod etiam habebat Rom. anni 1472. Mediolan. anni 1480. et Parm. Denique *descensurus* Hav. quae verba librarios etiam alibi commutasse, infra videbimus ad 39, 24, 9.

§. 6. *Ab Druentia campestri maxime itinere cum bona pace ad Alpes*] *ab Ruentia* Lov. 2. 3. 5. Hav. et Hearnii L. 1. ac D. V. ad cap. praec. §. 9. *ab Adruentia* Flor. Cant. Lov. 1. Gaertn. Harl. Ber. Hafn. et Rec. qui indicare

Digitized by Google

ad Alpes incolentium ea loca Gallorum pervenit. Tum, quamquam fama prius (qua incerta in majus vero ferri solent) praecepta res erat, tamen ex propinquo visa montium altitudo, nivesque coelo propa inmixtae, tecta informia inposita rupibus, pecora jumentaque torrida frigore, homines intonsi et inculti, animalia inanimaque omnia rigentia gelu, cetera visu, quam dictu, foediora, terrorem reno- 7

videntur, duplicem se scripturam *ab* vel *a Druentia* invenisse. Deinde *ad Alpes cum bona pace incolentium ea loca Gallorum pervenit* Flor. et Ber. Vox *Gallorum* exulat ab Harl.

§. 7. *Quamquam fama prius (qua quidem incerta in majus vero ferri solent) percepta res erat*] *Τὸ quidem* abest a Pall. tribus: sicut paullo ante *τὸ etiam* a Pal. tert. GEBH. Tres Pall. et Voss. ablegant *τὸ quidem:* dein Voss. et Men. *praecepta.* Ego vero libens induxerim *τὸ res:* ut *praecepta erat* respiciat *τὸ altitudo:* aut etiam fecerim *praecepta erant.* nempe omnia, quae mox exponit. Nam *prius praecepta* non magis me offendit, quam alibi *ante praecautum:* nisi *τὸ prius* delere mavis. J. FR. GRON. Flor. Voss. Gud. *quae incerta.* Gudianus etiam et Andreas *solet.* Fore *quae incerta in majus vero ferre solet.* Flor. quoque *praecepta.* IDEM. Nullus etiam meorum codd. *τὸ quidem* agnoscit, nisi solus Cant. qui contra praecedens *qua* omisit. Tum *qua incerta in majus oratio ferri solet* Lov. 1. *quam incerta in majus oratio ferri solet* Voss. *fama priusquam incerta immaniora ferri solent* Lov. 3. *fama plusquam in cetera in manis omnino ferri solent* Lov. 5. *fama prius incerta in majus vero ferre solent* Harl. *fama prius qua incerta in majus omnino vero ferri solent* Gaertn. *qua* (*quae* a m. 2.) *in cetera* (*incerta* a m. 2.) *in majus vero ferri solet* Flor. *qua incerta immanis vero ferri solet* Hafn. *quae incerta in majus vero ferri solet* Ber. et Hav. ut et mihi Gronovii conjectura verisimilis videatur. *praecepta* autem non tantum mei, praeter Harl. et Hav. omnes, sed et Hearnii Oxon. cujus caussa nequaquam vocula *prius* delenda est. *prius praecipere* etiam dixit Lucret. 6, 1046.

Propterea quia nimirum prius aestus ubi aeris
Praecepit, ferrique vias possedit apertas.

ubi v. Lambin. et quae notantur supra hoc lib. ad c. 20, 8. *percipere* autem et *praecipere* saepe in codd. commutantur. V. ad 7, 26, 8. Voculam autem *res* omnes libri tuentur, quibus invitis inducere non audeo.

Animalia inanimaliaque omnia] Sic vos. At debuistis mutare istud *inanimalia*, quod non reperitur, in id, quod consuetum est, *inanima.* VALLA. Et hoc (*inanimaque*) Mediolanensis est officinae, acceptum a Laur. Valla. Romani et scripti *inanimaliaque.* Lege *inanimataque.*

Digitized by Google

8 varunt. Erigentibus in primos agmen clivos adparuerunt inminentes tumulos insidentes montani: qui, si valles occultiores insedissent, coorti in pugnam
9 repente, ingentem fugam stragemque dedissent. Hannibal consistere signa jubet; Gallisque ad visenda loca

Statim quoque consensu scripti *terrorem renovarunt*, non *renovavere*. J. FR. GRON. *animaliaque omnia rigentia gelu* Lov. 2. Gaertn. et Hearnii D. atque a m. 1. N. *animalia inanimalia rigentia gelu* Ber. a m. 1. qui *inanimaliaque rigentia* habet a m. 2. *animalia inanimaliaque omnia rigentia* Flor. Cant. Voss. Lov. 1. 3. 4. 5. Harl. Ber. Hafn. Hearnii N. a m. 2. et edd. Rom. anni 1472. ac Parm. Si *inanimataque* codd. auctoritate firmaretur, omnino probarem. Id enim vocabulum adversus Vossium satis adseruit Borrich. in Cogitat. de ling. Lat. p. 127. Nunc, ut propius ad scriptorum lectionem accederem, vellem *inanimātiaque*, sive *inanimantiaque*, modo eam aevi Liviani vocem esse constaret, quam apud Senecam invenio Ep. 58. *Hoc sic dividam, ut dicam; corpora omnia aut animata esse, aut inanimantia.* et paullo post. *Corpus quomodo divido? ut dicam, aut animantia sunt, aut inanimantia.* Voce *animantia* Livius usus est, sed ei obposuit *inanima*, 41, 18, 4. *Satiati caede animantium, quae inanima erant, parietibus adfligunt.* Donec igitur de *inanimans* melius constet, τῷ *inanimataque* Gronovii controversiam non movebo, quamvis etiam id me alibi apud Livium legere non memini. Deinde *renovarunt* etiam omnes mei. *renovant* Hearnii D. *renovare* primae edd. quod postea mutatum est in *renovavere*. Aldus deinde in erratis substituit *innovarunt*: quod obtinuit, usque dum Froben. anno 1531. *renovavere* revocaret.

§. 8. *Erigentibus in primos agmen clivos adparuerunt inminentes tumulos insidentes montani*] *Erigentibus agmen in clivos* Lov. 2. *Erigentibus primis agmen in primos clivos* Ber. *Erigentibus primis agmen in clivos* Hafn. Gaertn. et Hav. Manus docta ad marginem ed. Curionis scribendum conjecit *Emergenti in primos agmini clivos*. *Erigere* in hac re saepissime a Livio adhibetur. V. ad 10, 26, 8. Tum *properaverunt inminentes* Hav. *apparuerunt inde inminentes* Ber. a m. 2. Hinc *montani insidentes* Gaertn.

Qui, si valles occultiores insedissent] Pal. sec. *valles insedissent occultiores*. At pr. *qui si valles occultiores in se dedissent*. Persuadeo mihi, legendum omnino fore *insesedissent*, ab antiquo praeterito *insesedi*. Sic veteris historici Sisennae fragmentum ex vestigiis cod. MS. restitui, *proloqui supersesederunt de virtute eorum accusanda*. Sic Antias dixit *occecurrit*. V. Antiq. Lect. 1, 14. GEBH. *qui si valles occultiores in se dedissent* etiam Harl. Gebhardi conjecturam *insesedissent* verissimam esse, ego etiam mihi persuadebo, ubi nobis probaverit,

Digitized by Google

loca praemissis, postquam comperit, transitum ea non esse, castra inter confragosa omnia praeruptaque, quam extentissima potest valle, locat. Tum 10 per eosdem Gallos, haud sane multum lingua moribusque abhorrentes, quum se inmiscuissent conloquiis montanorum, edoctus interdiu tantum obsi-

Livium historicum decere, quae Ennium aut Pacuvium, et optimo seculo linguae Latinae eodem modo Romanos locutos esse, quo Numa in carminibus Saliaribus. *in valles occultiores insedissent* Voss. Lovel. 1. Rec. Gaertn. et Hearnii N. a m. 1. Male. Infra 22, 28, 7. *Quot quemque locum apte insidere poterant.* 25, 17, 3. *Ab insidentibus forte locum duabus turmis Numidarum circumventum scribunt.* 26, 44, 2. *Quingentis militibus arcem insedit.* 35, 4, 4. *Saltum, qua transeundum erat Romanis, insederunt.* c. 11, 2. *Ipsas fauces exercitus Ligurum insedit.* 36, 30, 5. *Qui tam inpeditum saltum nullo praesidio, ut clauderet transitum, insedisset.* 38, 2, 10. *Per notos calles breviore via praegressi transitus insedere.* 44, 2, 9. *Perseus omnes saltus insidere praesidiis statuit.* V. ad 9, 15, 3. et quae notavi ad Silii 12, 486.

Coorti in pugnam repente, ingentem fugam stragemque dedissent] *ad pugnam* Flor. et Harl. supra 4, 56, 4. *Fama adfertur, summa vi ad bellum coortos.* Sed nec alterum damno. 7, 3, 9. *Omnibus in eum tribunis plebis coortis.* Tum *edidissent* Gaertn. Verum, licet alibi forte apud Livium *edere stragem* obcurrat, quum tamen alii codd. vulgatum servent, verius videtur, ultimam literam τοῦ *stragemque* in voce sequenti perperam repetitam, atque ita ex *dedissent* factum esse *edidissent:* praesertim quum *dare stragem* in Livio obvium sit. 4, 30, 8. *Stragem siti pecorum morientium dedit.* c. 33, 8. *Ruinae similem stragem eques dedit.* 7, 23, 10. *Stragemque inter se caede ipsa foediorem dare.* Ceterum *fugam ac stragem* Rec.

§. 9. *Consistere signa jubet; Gallisque ad visenda loca praemissis*] Legatos Bojorum intelligit, qui se hujus itineris duces futuros esse professi fuerant. SIG. *consistere signa jussit* Flor. et Cant. Vox autem *loca* non exstat in Lov. 3.

Inter confragosa omnia praeruptaque, quam extentissima potest valle, locat] Initio fuerat in Pal. tert. *quam extentissima pote.* Sicut Prop. [2, 1, 46.]

Qua pote quisque in ea conterat arte diem.

Et saepissime utitur P. Syrus. GEBH. Id mihi ita per compendium pro *potest* in eo cod. scriptum fuisse videtur, aut error librarii habendus est. Alibi enim Livius aut ceteri ejus seculi scriptores prosaici ita non loquuntur. Ceterum *confragosa omnia et praerupta* Ber. Deinde *extensissima* dedit ultima Gruteri ed. quod posteriores retinuerunt. At *extentissima* superest in Flor. Lov. 1. 2. 4. 5. Ber. Gaertn. et Hav. Infra 30, 19, 1. *Profectus, quantum pati viae per vulnus poterat, itineribus extentis.*

§. 10. *Tum per eosdem Gallos*]

Digitized by Google

deri saltum, nocte in sua quemque dilabi tecta; luce prima subiit tumulos, ut ex aperto atque inter-
11 diu vim per angustias facturus. Die deinde simulando aliud, quam quod parabatur, consumto, quum eodem, quo constiterant, loco castra communissent,
12 ubi primum degressos tumulis montanos laxatasque sensit custodias, pluribus ignibus, quam pro numero manentium, in speciem factis, inpedimentisque cum equite relictis, et maxima parte peditum;

Uberius Pal. sec. *Tum per eosdem Gallos, quos praemiserat ad visenda loca.* GEBH. Una adhuc voce auctior Lov. 2. *Tum per eosdem Gallos, quos ante praemiserat ad visenda loca* dedit. Sed illa ex praecedenti ad marginem adscripta perperam in contextum inrepserunt. Mox *obsederi*, pro *obsideri*, Lov. 1. V. ad 9, 2, 3. Deinde *noctem* Cant. Sed ultima litera repetita est ex similitudine vocis sequentis. V. ad 3, 48, 5. *Interdiu* et *Nocte* hic obponuntur, de quo v. ad 40, 10, 7.

Ut ex aperto atque interdiu viam per angustias facturus] Sic quoque primi Mediolanenses. Scripti et Romae Andreas, *ut ex aperto atque interdiu vim per angustias facturus.* Quod quid necesse fuerit mutari, non video. V. ad 32, 9, 8. J. FR. GRON. *vim* Flor. Cant. Voss. Lov. 2. 4. Gaertner. Hav. Hearnii N. et apud Crevier. editio Campani. Inter versus tamen in Voss. pro *vim* adscribitur *iter.* Sed vox tota omissa est in Hearnii L. 1. unde etiam praeclare *τὸ vim* adstruitur. Quum enim per compendium *ut* scriptum fuisset, a vocis praecedentis literis ultimis id interceptum est. Porro voces *vim* et *viam* alibi scribae in membranis vetustis commutarunt. V. ad locum laudatum 32, 9, 8. Praeterea *ut ex ea aperto* Flor. Voss. Lov. 1. 2. a m. 1. Harl. et Hav. *ut ex eo aperto* Gaertn. *ut ex ea aperte* Lov. 4. et 5.

§. 11. *Quum eodem, quo constiterat, loco castra communisset*] Pall. tres *cum eodem, quo constituerant, loco castra commovissent.* GEBH. Scripti *eodem, quo constiterant, loco castra communissent.* ut intelligantur Poeni vel milites, non solus Hannibal, ut ad proxima verba. J. FR. GRON. *constiterant* et *communissent* etiam plerique, quibus utor, eodd. praesertim optimi eorum Flor. et Cant. etiam Voss. Lov. 1. 2. 4. et alii, invitis Hearnii Oxon. alterum servantibus. At Gronovio adsentiuntur primae edd. fere usque ad Aldum, qui in erratis *constiterat* et *communisset* emendavit; cui reliqui postea obtemperarunt. In nonnullis antiquissimis edd. per errorem datum erat *constiterant*, et *communisset*, unde in alia factum est *constiterant* et *communisset*, quod etiam servant Ber. Harl. et Gaertn. Vox *castra* deficit in Cant. Paullo ante *aliud quam parabatur* Rec. *aliud quam apparabatur* Lovel. 4. et 5. *aliud quam quod paratur* Flor.

Digitized by Google

ipse cum expeditis, acerrimo quoque viro, raptim 13
angustias evadit: iisque ipsis tumulis, quos hostes tenuerant, consedit.

XXXIII. Prima deinde luce castra mota, et a- 1
gmen reliquum incedere coepit. Jam montani si- 2
gno dato ex castellis ad stationem solitam conveniebant; quum repente conspiciunt alios, arce occupata sua, super caput inminentes, alios via transire hostes. Utraque simul objecta res oculis ani- 3

§. 12. *Ubi primum degressos tumulis montanos laxatasque sensit custodias*] *digressos tumulis* Flor. Voss. Lov. 1. 2. 3. 5. Ber. Rec. Gaertn. Hav. Hearnii N. et edd. usque ad Gruter. qui in ultima recte *degressos* restituit. V. ad 4, 17, 1. Tum *et laxatas sensit* Ber. *laxatasque sentit* Lov. 4. et 5. Mox *pluribus luminibus*, pro *ignibus*, iidem duo posteriores: quod ex glossa interpretis invaluit. Ea vero vox deerat in Flor. postea inter versus adscripta, in quo etiam a m. 2. emendatur *maxuma parte*. V. ad 4, 2, 3.

§. 13. *Ipse cum expeditis, acerrimo quoque viro, raptim angustias evadit*] *cum expeditis acerrimoque viro* Ber. et Hav. V. ad 5, 27, 1. Deinde Cl. Ant. Perizonius ad marginem Livii dubitat, an non legendum sit *in angustias evadit*: quod sensui repugnare puto. Nam *evadere in aliquid* notat nitendo in illud adscendere, pervenire. At hic angustiis deprehensus erat Hannibal, ut aperte ex praecedentibus patet, quibus se expedire, inde se eripere conabatur. De locutione v. infra ad 45, 41, 4. Mox *isque ipsis tumulis* Hafn. et Gaertn. *iisque ipse tumulis* Flor.

§. 2. *Alios arce occupata sua super caput inminentes*] Vet. lib. *sua supra capita*. SIG. Liber Sigonii *sua supra capita*. In Pal. pr. a secunda manu interpolatum est *sua super capita imminentes*. Reliqui duo non divertunt a vulgata lectione, nisi quod ἀρχαϊκῶς *imminentis*. GEBH. *arce sua occupata* Ber. *arce occupatos sua* Harl. Tum *super capita inminentis* Hav. Reliqui omnes, a vet. lib. Sigonio magis dissentientes, vulgatum tuentur. Utrumque *super* et *supra*, *caput* et *capita* ferri posset. V. ad 3, 17, 2. 4, 22, 6. et 10, 41, 14. *super* etiam ac *supra* passim commutantur. V. ad 23, 36, 6. Mihi itaque standum, nihilque mutandum puto. Paullo ante *dato* deficit in Lovel. 1.

Alios via transire] Forte *alios infra transire*. J. FR. GRON. Ex meis codd. nihil notatum invenio, nisi Ber. alio ordine praeferre *alios transire via*.

§. 3. *Utraque simul objecta res oculis animisque inmobiles parumper eos defixit*] Conjunctionem *que* omiserunt quidam codices recentes; sed absque ea nullus erit hic sensus. GLAR. Notatum patri video, in uno Gud. hanc scriptura m *objecta res ocu-*

Digitized by Google

misque inmobiles parumper eos defixit. deinde ut trepidationem in angustiis, suoque ipsum tumultu
4 misceri agmen videre, equis maxime consternatis, quidquid adjecissent ipsi terroris, satis ad perniciem fore rati, perversis rupibus juxta invia ac devia ad-

lis, *animis immobiles* exstare. Flor. et Voss. *oculis animisque imm.* quod et ipse in Cantabr. et Oxon. offendi. Nec defixi animo magis sunt immobiles, quam corpore, nec unam partem hominis turbatam refert Livius hoc loco potius, quam 28, 6, 4. *Quum omnium animos oculosque ad certamen avertisset.* et alibi. JAC. GRON. Si Glareanus, ut plerumque alibi, etiam hic per codices intellexit editiones priores, verum non est, recentes demum codd. conjunctionem *que* omisisse, quum ab antiquissimis exsulet. Ex illis enim, quibus utor, solas eam servare video Ven. anni 1495. et 1506. cum Ascensianis quatuor, ed. Cervicorni, et Paris. anni 1529. Haec autem non ideo disputo, quia copulam ejiciendam puto; sed ut veritas rei et priscarum edd. lectio adparcat. Praeter codd. vero, quos Cl. Gronovius laudavit, copulam probant etiam Lovel. 3. Ber. Gaertn. et Hearnii N. Eandem etiam in duobus e suis superesse Crevier. monuit. At omnes hae voces, praeter primam *Utraque* et ultimam *defixit*, perperam neglectae sunt a scriba Hav. Praeterea *Utraque simul res objecta* Lovel. 2. et Ber. Tum *eos parumper defixit* Lovel. 3.

Ut trepidationem in angustiis, suoque ipso tumultu Hannibalis misceri agmen] Tres Pall. exturbant vocem *Annibalis*. GEBH. Lege *suo ipsum tumultu misceri agmen videre*. Et sic Florent. 1, [54, 8.] *Alios sua ipsos invidia opportunos interemit*. Nam τὸ *Annibalis* tres Pall. Mon. Voss. refutant. J. FR. GRON. *ut trepidatione in angustiis* Lovel. 2. et Hav. Sed ultima litera vocis *trepidationem* intercepta est a vocula sequenti. V. ad 37, 29, 5. Contra *ut trepidationem angustiis* praefert Hearnii N. a m. 1. ubi litera ultima τοῦ *trepidationem* intercepit vocem proximam. V. ad 10, 13, 3. Deinde vocem *Hannibalis* ignorant omnes omnino, quos vidi, Mſti, ut et Hearnii Oxon. Videat igitur Doujatius, quinam codd. fuerint, qui habeant *Hannibalis misceri agmen*. Quum autem ipse fateatur, eo nomine omisso sensum satis patere, facile carere possumus hoc emblemate scribarum, licet addat idem Doujat. illud receptum faciliorem adhuc intellectum praestare. Insuper *suosque ipso tumultu* Lovel. 1. et ejusdem Hearnii D. et N. a m. 1. qui *suoque ipso tumultu* servat a m. 2. quod etiam est in Cant. Voss. Lovel. 2. 3. 4. 5. Harl. Hafn. Hav. et Gaertn. *suoque ipsi tumultu* Ber. Gronovius in prima notarum ed. legendum censuit *suoque ipsorum tumultu*. Nactus deinde excerpta optimi Flor. ejus lectionem in curis secundis rectius probavit. Et solet ita eleganter τὸ *ipse* inter *suus* ejusque substantivum alio casu medium interponi. Supra 7, 4, 3. *Saevitiam non magis in alienis, quam in proximis ac sanguine ipse suo exerceret.*

§. 4. *Equis maxime consternatis, quidquid adjecissent ipsi*

Digitized by Google

sueti discurrunt. Tum vero simul ab hostibus, si- 5
mul ab iniquitate locorum Poeni obpugnabantur; plusque inter ipsos, (sibi quoque tendente, ut periculo prius evaderet) quam cum hostibus, certaminis erat. Equi maxime infestum agmen faciebant, 6

terroris] Hoc loco Pall. tres inserunt provocabulum, *quibus quicquid adjecissent*. GEBH. Inserunt etiam Voss. Lovel. quinque, Harl. Ber. Hafn. Rec. Gaertner. Hearnii D. et N. et edd. Frobeniana anni 1531. antiquiores. Insuper *quidquid adjecissent ipsis* Flor. Voss. Lovel. 1. 2. 3. 4. Ber. et Hav.

Satis ad perniciem fore rati] Hearnius notat, aliquem ad marginem Oxon. N. notasse, praepositionem *ad* vacare? quod quid sit, non intelligo; licet etiam meminerim eorum, quae notavi ad 4, 30, 15. Non enim videntur huc convenire. *Satis ad terrorem*, ut *satis ad arcendum* 21, 17, 6. *Si ad arcendum Italia Poenum consul alter satis esset.*

Perversis rupibus juxta invia ac devia adsueti discurrunt] Pal. sec. *diversis rupibus*. Mox omnes tres *decurrunt*. GEBH. Pall. et Andreas *decurrunt*, non *discurrunt*. Forte etiam *per transversae rupis juxta invia ac devia*. J. FR. GRON. *decurrunt* Flor. Cant. Lovel. 3. 4. 5. Harl. Hafn. Rec. Hearnii N. et edd. ante Aldum, qui primus dedit *discurrunt*. Etiam alibi haec verba commutantur. V. ad 10, 27, 8. et Cel. Burm. ad Nason. 3. Met. 569. Et ita passim verba cum *de* et *dis* composita a librariis confunduntur. V. ad 7, 23, 6. et mox hoc cap. ad §. 7. Gronovii conjectura Cl. Crevier. nimis audax videbatur, qui *perversis rupibus* exponit, per infestas incommodasque rupes, eoque sensu eam vocem usurpari docet apud Plaut. Men. 5, 5, 1. Virgil. 7. Aen. 584. et Propert. 4, 9, 38. *invia* autem *ac devia* refert ad τὸ *decurrunt*. Totum igitur locum ita accipit: per infestas molestasque rupes decurrunt haud aegre, utpote adsueti, invia pariter ac devia. An tamen *perversus* ita accipi possit, admodum dubito. Certe Cerda ad l. l. Virgil. *perversus* locis illis Plauti, Virg. et Propert. interpretatur adversus, contrarius.

§. 5. *Sibi cuique tendenti, ut periculo prius evaderet*] Perperam hic Pal. sec. *sibi quisque intentus*. GEBH. Gronovius edidit *sibi quoque tendente*, testatus ad 22, 5, 1. se manum dedisse ita corrigenti Freinshemio, quem v. ad Curtii 4, 9, 19. Proxime accedit Voss. si excerptis ejus credere licet, in quibus ex illo cod. notatur *sibi quoque tendenti*. Omnes fere reliqui, quibus utor, codd. *sibi cuique tendenti* servant, quod de suis D. et N. monuit etiam Hearne. Soli Ber. et Hav. praeferunt *sibi cuique cedenti*. Tale aberrationis librariorum exemplum supra habuimus 10, 36, 7. Scriptum fuerat primo *tēdenti*; unde, neglecta addita nota, factum est *cedenti* ob similitudinem literarum *t* et *c* in scriptura Longobardica; de qua re v. ad 6, 35, 2. Deinde *periculum prius evaderet* Ber. Sed nihil muto ob reliquorum Mstorum vulgatum tuentium auctoritatem. Supra 8, 26, 4. *Ut expeditior in praesentia fuga*,

Digitized by Google

qui et clamoribus dissonis, quos nemora etiam repercussaeque valles augebant, territi trepidabant; et icti forte aut vulnerati adeo consternabantur, ut stragem ingentem simul hominum ac sarcinarum om-

ita foedior, postquam periculo evaserunt, visa. V. Cel. Burm. ad Val. Flacci 7, 163. Insuper *periculo prior evaderet* scribendum conjecit Gronov. loco laud.

§. 6. *Clamoribus dissonis, quos nemora etiam repercussaeque valles augebant*] Perperam Pal. pr. et sec. *clamoribus dissensionibusque.* GEBH. Ex aliis scriptoribus quaedam subjungam, quae hunc locum illustrare possunt. Arrianus 6. Exped. Alex. 13. Ὡς δὲ ἐπιβὰς τοῦ ἵππου ὤφθη, ἄυδις κρότῳ δὴ πολλῷ ἐπεκτύπησεν ἡ στρατιὰ πᾶσα· ἐπήχησαν δὲ αἱ τε ὄχθαι, καὶ αἱ πλησίον αὐτῶν νάπαι. *Ut autem inscendisse equum visus est, ab universo rursus exercitu applausum est, ripis ac nemoribus vicinis clamore resonantibus.* Curtius 3, 10. *Redditur a Macedonibus major* clamor, *exercitus impar numero, sed jugis montium vastisque saltibus repercussus: quippe semper circumjecta nemora petraeque, quantamcunque accepere vocem, multiplicato sono referunt.* Idem 4, 12. *Et Macedones, sive alacritate, sive taedio exspectationis, ingentem pugnantium more, edidere clamorem, redditus et a Persis, nemora vallesque circumjectas terribili sono impleverat.* Quo loco *nemora* et *valles* junguntur, ut hic apud Livium. LAMB. BOS Specim. Animadv. Lat. p. 6. *qui ex clamoribus dissonis* Hafn. *qui et clamoribus dissensionis* Florent. et Cant. *qui et clamoribus dissentionibusque* Hearnii N. *qui et clamoribus dissessionibus* Lovel. 1. *qui et clamoribus et dissensionibus* Lov. 4. *qui et clamoribus dissentientibus* Voss. cujus margini *dissonis* vel *dissentientibus* adscribitur. *qui et clamoribus dissonantibus* Lovel. 2. Paullo ante *equis maxime infestum* Lovel. 3. 4. Gaertn. et Hearnii N. *equi tamen infestum* Harl. In verbis sequentibus *territi trepidant*, pro *trepidabant*, Flor. a m. 1.

Icti forte aut vulnerati adeo consternati sunt] Flor. et Gud. *vulnerati adeo consternabantur*, non *consternati sunt.* J. FR. GRON. *icti ac vulnerati* Lovel. 3. 4. Harl. et Gaertn. V. infra hoc lib. c. 53, 3. et mox ad §. 8. Deinde *consternabantur* primus edidit Cl. Jac. Gronovius, secutus, ut videtur, Cant. et a patre consultum Flor. in quo ita est a manu altera inter versus emendatum, quum in contextu scriptum fuisset *consternebantur.*

§. 7. *Quum praecipites diruptaeque utrimque angustiae essent*] *deruptum* verum sincerumque puto. Atque multis locis penitus inolevit error iste, ut *di* pro *de* vicaria quadam opera subierit per obreptionem. *Deruptae* autem sunt deorsum ruptae. Sic [c. 82, 12.] *degressos tumulis*, non *digressos*, integrum incontaminatumque credo, id est, de tumulis gressos. TURNEB. 13. Advers. 18. Conjecturam Turnebi ultima ed. Gruteri in contextum recepit. Vulgato plerique codd. consentiunt. Sed *praecipites diruptae* legit Ber. *praecipites derutaeque* Lovel. 2. et 4. quod cum *deruptae* eodem modo

Digitized by Google

nis generis facerent: multosque turba, quum praecipites deruptaeque utrinque angustiae essent, in immensum altitudinis dejecit; quosdam et armatos. sed ruinae maximae modo jumenta cum oneribus devol- 7

commutari potuit, quo *dirutus* et *diruptus* permutantur. V. ad 9, 45, 17. Infra 37, 39, 11. *Flumen ab ea parte ripaeque deruptae claudebant*. ubi vide. Verum autem esse, *de* et *di* in compositis commutari, modo dictum est ad §. 4. Tum *angustiae erant* Hearnii N. In verbis mox proximis *immense altitudinis dejecit* Lovel. 2. *immensum altitudinis dejecit* Hav. praepositione elisa a prima syllaba vocis sequentis. V. ad 3, 41, 6. *immensum altitudinis dejectum* Ber. a m. 1. *in immensum* a m. 2.

Quosdam et armatos, inde ruinae maximae modo jumenta cum oneribus devolvebantur] Vet. lib. *quidam et armati in ruinas maximas, modo jumenta cum oneribus devolvebantur*. SIGON. Pessime isthaec depravaverat Sigonius, arbitratus *modo* esse adverbium, cum sit sexti casus nomen. Sic alibi dixit Livius *agminis modo, grandinis modo, torrentis modo*, quod notat agminis more, torrentis more, grandinis more. Idem semet explicat Livius 42, 66, 8. *Ruinae quoque prope similem trepidationem fecit*. GRUT. Haec ita exhibet Pal. sec. *immensae altitudinis dejecit quosdam: et armatos ruinae maximae modo. ut jumenta cum oneribus devolvebantur*. GEBH. Pessime hunc locum tractarat Sigonius. Intelligendum, hunc tumultum accidisse maxime circa impedimenta. Ideo quam antea hominum stragem, et quos praecipites turba dejectos dixit, accipio lixas et calones. Pergit: *quosdam et armatos, sed ruinae maximae modo jumenta cum oneribus*. Sic enim Florentinus a m. 1. etsi postea adscripserit aliquis *devolvebantur*. Unum verbum *dejecit* sufficit omnibus. Nihil politius. J. FR. GRON. Fortassis scripserat Livius *ruinae maxime modo*. Infra c. 38, 1. *Hoc maxime modo in Italiam perventum est*. 34, 13, 10. *In hunc modum maxime adhortatus pronunciat*. 35, 34, 10. *Itineris maxime modo solutis ordinibus*. 37, 30, 10. *Hoc maxime modo ad Myonnesum navali proelio pugnatum est*. DUK. *quidam et armati in ruinas maximas, modo jumenta cum oneribus devolvebantur* Ber. a m. 1. qui *et* pro *modo* praefert a m. 2. *quidam et armati in ruinas maximas, modo jumenta cum hominibus devolvebantur* Hav. *quidam et armati in ruina maxima, et jumenta cum oneribus devolvebantur* Lovel. 2. *quosdam et armatos, inde per ruinas montium jumenta cum oneribus devolvebantur* Hafn. Reliqui codd. parum a lectione, quae ante Sigonium obtinuit, abierunt. *si* pro *inde* erat in Cant. *eidem* in Lov. 3. *idem* in Lov. 5. V. ad 1, 19, 7. Tum *cum omnibus oneribus* Gaertn. et *devolvebant* Lov. 1. Sed recte Gron. Florentini scripturam probavit, quam etiam recepi, nisi quod tamen *devolvebantur* expungere ausus non fui: quod nec fecit Cl. Crevier. licet ita in uno cod. invenisset, eamque scripturam probaret. Recte τὸ *modo* Gruterus exposuit. Infra 27, 48, 3. *Advenit Livius peditum omnibus copiis, non itineris modo, sed ad conseren-*

Digitized by Google

8 vebantur. Quae quamquam foeda viau erant, ſtetit parumper tamen Hannibal, ac suos continuit, ne 9 tumultum ac trepidationem augeret. deinde, poſtquam interrumpi agmen vidit, periculumque eſſe, ne exutum inpedimentis exercitum nequidquam incolumem traduxiſſet, decurrit ex superiore loco; et, quum inpetu ipso fudiſſet hoſtem, suis quoque

dum extemplo proelium instructis armatisque. 44, 41, 7. *Si vero aut ab latere, aut ab tergo aliquid tumultus increpuit, ruinae modo turbantur.* Spart. Hadr. 9. *Omnia denique ad privati hominis modum fecit.* V. ad 27, 4, 13.

§. 8. *Suos continuit, ne tumultum ac trepidationem augeret*] Gruterus in ultima ed. vulgarat *tumultum ad trepidationem.* Sed Gron. recte priorem lectionem recepit, eamque ab vett. codd. firmari in priore ed. notarum monuit. non diſſentiunt mei, niſi quod *tumultum ad trepidationem* in Lovel. 3. inveniam, *tumultum aut trepidationem* in Cant. V. modo ad §. 6. Hearnius *tumultum ac trepidationes* ex suo N. profert. Deinde *augerent* Lovel. 5. Gaertn. et Hearnii D. ac N. altera lectione poſtremi margini adscripta. Paullo ante *visu foeda* Lovel. 2. Ber. et Hav. *foeda visa* Gaertn. *foeda visui* Lov. 1. Male. Supra in praef. *Foedum inceptu, foedum exitu, quod vites.* ubi quae notavi exempla, vulgatum hic adſtruunt.

§. 9. *Quum inpetu ipso fudisset hostem, equis quoque tumultum auxit*] Vos mutaſtis unam tantum dictionem, *equumque* indocte pro *equis* ponentes, quum fuerit ponendum *suis.* Praeterea sic mutandum *periculumque, ne exutum impedimentis exercitum nequicquam incolumem traduxisset.* VALLA. *suis tumultum auxit* reſtituit Valla. In Pall. binis adhuc residet lectio eidem exacta. Sed sec. *ipse quoque tumultum auxit.* ad quod alludunt laudati modo codices, in quibus initio perscriptum fuerat *quis modo tumultum auxit.* GEBH. *equis quoque tumultum*, ut Valla in cod. emendando invenit, superest in Flor. Lovel. 3. 4. et Harl. *equis tumultum auxit* in edd. Rom. anni 1472. ac Parm. *quis quoque tumultum* in Lov. 1. *quisque tumultum* in Lov. 2. et Hec. *is equis tumultum* in Hafn. *ipse quoque tumultum* in Ber. Lovel. 5. Gaertn. Hav. et Hearnii N. *ipse quis quoque tumultum* in Cant. duabus lectionibus simul junctis. Particula *quoque* deerat ab omnibus edd. quam se ex veteribus adjeciſſe Gronov. in pr. ed. notarum monuit. Ceterum in superioribus *periculumque esse, exutum inpedimentis exercitum nequidquam incolumem traduxisse* legunt Harl. et edd. Rom. anni 1472. ac Parm. quomodo etiam Valla in cod. invenit, pro quo subſtituendum censuit, quod nunc vulgo circumfertur. *To ne* perperam etiam omittebatur in Voſſ. Lovel. 1. 2. 4. et Gaertn. ejus loco *ac* praefert Lovel. 3. *si* Lovel. 5. Ber. Hafn. et Hav. Tum *nequiquam* Flor. V. ad 40, 47, 9. *nequaquam* Lovel. 4. V. ad 27, 26, 2.

Digitized by Google

tumultum auxit. sed is tumultus momento temporis, 10
postquam liberata itinera fuga montanorum erant, sedatur: nec per otium modo, sed prope silentio, mox omnes traducti. Castellum inde, quod caput 11
ejus regionis erat, viculosque circumjectos capit, et captivorum pecoribus per triduum exercitum aluit. et quia nec montanis primo perculsis, nec loco ma-

§. 10. *Postquam liberata itinera fuga montanorum erant, sedatur*] Flor. *liberatum*. Ut possis suspicari fuisse *liberatum iter*. J. FR. GRON. In neutris ejusdem cod. excerptis, quae habeo, lectionem illam reperi. Fidem tamen viri summi arguere nequeo, nisi forte Flor. pro alio codice memorarit. Praeterea vox *fuga* exsulat a Voss. Lovel. 3. 4. Harl. et Hearnii Oxon. (nisi quod codici N. a m. 2. adjiciatur) et edd. Rom. anni 1472. ac Parm. ut sit *liberata montanorum*, quemadmodum 5, 28, 1. *Ejus verecundiam non tulit senatus, quin sine mora voti liberaretur*. et 41, 19, 6. *Senatus nec liberavit ejus culpae regem, neque arguit*. At, eadem transposita, *montanorum fuga* Lov. 2. Hinc *sedatus* idem Lov. 2. et Hav. *sedantur* Hearnii N. a m. 1. Mox *transducti* Harl.

§. 11. *Castellum inde, quod caput ejus regionis erat*] Hanc πόλιν vocat Polybius [3, 51.] id est, urbem eam, ex qua Allobrogum incursiones in exercitum Annibalis fiebant. SIG. Vox *ejus* deficit in Ber.

Vicosque circumjectos] Flor. *viculosque circumjectos*. J. FR. GRON.

Ut captivo a pecoribus per triduum exercitum aluit. Et quia nec montanis primo perculsis, nec loco magnopere inpediebantur] Hic vos nihil aliud, quam *loca* mutastis in *locis*. Ego vero sic *et captivorum pecoribus per triduum exercitum aluit. Et quia nec montanis proelio perculsis, nec loco magnopere impediebantur*. VALLA. *captivorum pecoribus* a Valla est, cum libri haberent *captivo ac pecoribus*. Posset quidem *captivis pecoribus*, vel *captivo pecore* legi: sed altius ulcus sedisse videtur. Polybius in commodis hujus victoriolae [3, 51.] Παραυτίκα μὲν γὰρ ἐκομίσατο πλῆθος ἵππων καὶ ὑποζυγίων καὶ τῶν ἅμα τούτοις ἐαλωκότων ἀνδρῶν. εἰς δὲ τὸ μέλλον ἔσχε μὲν καὶ σίτου καὶ σρεμμάτων ἐπὶ δυοῖν καὶ τρισὶν ἡμέραις ἐυπορίαν. Ergo suspicio est, post *captivo* excidisse quaedam, quibus idem exposuerat Livius, recepisse illic Annibalem magnum numerum captivorum equorum et jumentorum, a montanis abductorum. J. FR. GRON. *et captivis ac pecoribus* Lov. 1. *et captivo ac pecoribus* Flor. Cant. Lovel. 1. 3. Harl. Hafn. Gaertn. Hav. et edd. Rom. anni 1472. ac Parm. *et captivo et pecoribus* Lovel. 4. 5. *et captivo atque pecoribus* Berol. Vellem docuisset nos Doujatius, in quibus scriptis legeretur *captivo ac pecore*. Sed verisimiliter id hausit ex Gronovii notis nimia neglegentia consultis. Quod ut credam, efficiunt, quae pari diligentia ac cura ex eodem ad-

Digitized by Google

gnopere inpediebantur, aliquantum eo triduo viae confecit.

1 XXXIV. Perventum inde ad frequentem cultoribus alium, ut inter montana, populum. ibi non bello aperto, sed suis artibus, fraude, deinde insidiis
2 est prope circumventus. Magno natu principes castellorum oratores ad Poenum veniunt: *alienis malis, utili exemplo, doctos*, memorantes, *amicitiam*

dit, Polybium referre, „Hanni„balem ab montanis, quos in„petu facto devicerat, magnum „equorum ac jumentorum nume„rum abduxisse. eorum itaque „*captivorum pecoribus* triduo „victitasse ejus exercitum." quod tamen neque Gronovius, neque Polybius, cujus verba Gron. hic laudat, dixerunt, aut dicere potuerunt: quo enim referenda essent verba *captivorum pecoribus*? an pecoribus captivorum equorum ac jumentorum, quorum proxime mentio facta erat? aliud enim nihil video. Ceterum Gronov. in pr. ed. not. malebat *captivis pecoribus*, notans *captiva pecora* non insolentius dici, quam *captiva arma* 7, 14, 7. *captiva navigia* 10, 2, 12. et *captivum aurum argentumque* 45, 40, 1. Et ita *captivum solum* 5, 30, 3. *captiva pecunia* 10, 46, 6. *naves captivae* 26, 47, 3. V. ad 6, 22, 4. Crevier. etiam vel *captivis pecoribus*, vel *captivo pecore* legendum putat.

Quia nec montanis primo perculsis, nec loco magnopere inpediebantur] Vitium alit *τὸ primo*. Deinde Flor. Gud. Voss. *loca*. Fortasse *et quia nec montani proelio perculsi, nec loca magnopere impediebant, aliquantum eo triduo viae confecit. Τὸ proelio* vidit et Valla, sed *loco* fecit, pro *loca*. J. FR. GRON. *proelio*, pro *primo*, Campanum, sed forte Vallae obsecutum, edidisse, auctor est Crevier. Tum *loca* etiam Cant. Lovel. 1. 3. et Hafn. *locis* Lovel. 4. 5. Ber. et Hearnii N. Ex Lovel. 2. Harl. Rec. Gaertn. et Hav. nihil notatur, unde in iis *loco* fuisse videtur, ut Valla volebat, et edd. exhibent. Ceterum displicet etiam *inpediebantur* propter sequens *confecit*; unde, si lectio Vallae placet, *inpediebatur* legendum puto. Posses tamen et *inpediebantur* retinere, et accipere hoc modo: Hannibal eo triduo aliquantum viae confecit, quia milites ejus non inpediebantur vel montanis proelio perculsis, vel loco. Ceterum *percussis* Lovel. 3. et Ber. Tum *magno opere* Flor. a m. 2. V. ad 28, 18, 4. Mox *aliquantulum* Ber. et quaedam antiquarum edd. V. ad 7, 36, 5. et *fecit*, pro *confecit*, Hav. reliquis invitis.

§. 1. *Perventum inde ad frequentem cultoribus alium, ut inter montana, populum*] *Populum* dixit aeque ac Graeci δῆμον usurpant. Qui et *populum* significat et *castellum*. SIG. *Perventum deinde* Lovel. 4. Sed sensus requirit *inde*, nimirum a montanis, quorum capp. duobus praecedentibus meminit. Quin, si vel maxime sensui *deinde* conveniret, attamen, reliquis codd.

Digitized by Google

malle, quam vim experiri Poenorum. itaque obedien- 3
ter imperata facturos, commeatum itinerisque duces,
et ad fidem promissorum obsides acciperet. Hanni- 4
bal nec temere credendo, nec aspernando, ne repudiati aperte hostes fierent, benigne quum respondisset; obsidibus, quos dabant, acceptis, et commeatu, quem in viam ipsi detulerant, usus, nequaquam ut inter pacatos, composito agmine duces eo-

invitis, nihil mutandum putarem. *inde* enim saepe pro deinde usurpatur. V. ad 42, 55, 6. *deinde* autem mox sequitur. Habendum itaque pro aberratione librarii, quales passim obcurrunt. V. ad 36, 24, 10. Deinde *ut intra montana* Lovel. 2. et Hav. V. ad 5, 27, 2. *ut inter montanos* Flor. (* Cel. Burmanno displicet *populus frequens cultoribus*, quod idem putat ac si dixisset *populus frequens populo*. Conjicit itaque *scopulum*, ac monet, voces *populus* et *scopulus* saepe commutari. Mihi vulgatum nondum displicet.)

Fraude, deinde insidiis] Flor. *fraude et insidiis*. J. FR. GRON. Similiter legit Cant.

§. 3. *Obedienter imperata facturos*] *obedientur* Lovel. 5. *obediunt* Hav. *obedientes* Gaertn.

§. 4. *Nec temere credendum, nec adspernandos, ne repudiati aperte hostes fierent*] Credo legendum, *nec temere credendo, nec aspernando*. VALLA. *nec temere credendo, nec aspernando* praeivit emendare Valla, cujus judicium confirmat Pal. tert. nisi dicendum sit, illum codicem post tempora Vallae descriptum. Pal. pr. *nec temere credendum, nec adspernandos*. sec. *credendum, nec aspernendos*. GEBH. *nec temere credendum, nec adspernandos* Flor. Cant. Voss. Lovel. 1. 2. 3. 4. Ber. Hafn. *adspernandos* etiam Harl. *nec temere credendum ratus, nec adspernandos* Hav. *nec temere credendum, nec adspernandos ratus* Lov. 5. Si lectio, quam Valla in cod. inventam rejecit, et tamen tot codd. probant, placet, illud *ratus*, vel quid simile, requiritur. At emendationem Vallae tuentur Rec. et Gaertn. V. etiam, num forte legendum sit *aperti hostes fierent*. quod foret ut *dubii hostes*, de quo v. ad 34, 43, 5. Et ita Polyb. 3, 52. Μὴ προσδεξάμενος δὲ, προδήλους ἔξει πολεμίους ἀνδρός.

Et commeatu, quem in viam ipsi detulerant, usus] Exhibent tres codd. Pall. *in via*. GEBH. Ita et Flor. Voss. Lov. 2. 3. Harl. Ber. Gaertn. Hav. et edd. ante Frob. anni 1535. *quem ipsi in via detulerant* insuper alio ordine Lov. 4. et 5. Praeterea voculam *et*, a nonnullis priorum omissam, servant edd. Rom. anni 1472. et Parm. quam deinde recepit Aldus. Exsulat autem ab uno Lov. 3.

Nequaquam ut inter pacatos, composito agmine] Alii *incomposito*, quod hic ex MSS. mutatum puto: nam Hearnii libri habent *composito*. In eo hic sensus esse potest, Annibalem fidem Gallorum suspectam habentem,

Digitized by Google

5 rum sequitur. Primum agmen elephanti et equites erant: ipse post cum robore peditum, circumspe-
6 ctans sollicitusque omnia, incedebat. Ubi in angustiorem viam ex parte altera subjectam jugo insuper

quod etiam Polyb. 3, 53. scribit, duces eorum composito agmine secutum, secus atque inter pacatos, a quibus nihil metuitur, solet. Livius 24, 35, 10. *Metu Himilconis Poenorumque maxime intentus, atque agmine ad omnes casus composito ibat.* 27, 28, 12. *Salapitani alii perfugas negligenter ex itinere suspensa humeris, ut inter pacatos, gerentes arma invadunt.* Doct. Wasse tamen ad Sallust. Jug. 50. scribit, mendum esse ex incuria operarum, et ex sensu loci ac Polybio l. 3. legendum *incomposito.* DUK. *nequicquam* omnes Latinii codd. errore scribarum. V. ad 27, 26, 2. Tum *composito agmine* primus edidit Cl. Jac. Gronovius, nisi quod similiter sit in contextu Aldino, ubi tamen id iterum in erratis mutatur. *composito agmine* etiam erat in Voss. a m. 1. Lov. quinque, Harl. Ber. Hafn. Rec. Gaertner. Hav. et omnibus Hearnii ac Latinii codd. Contra *incomposito agmine* cum prioribus editis servant Flor. Cant. et Voss. a m. 2. Livius omnino voluit, Hannibalem sibi ab his montanis metuisse, ideoque ita agmen composuisse, ne incautus ab illis obprimi posset. Idem hic sensus Livio constabit, sive *composito*, sive *incomposito* legamus, mutata tantum interpunctione. Si prius placet, distinguendum est, quemadmodum, Gronovium secutus, edidi. Ita enim Livius docet, Hannibalem duces montanorum secutum esse agmine composito; nequaquam vero quemadmodum incessurus fuisset inter populos pacatos. Omissio voculae *sed* non adtendenti tenebras obfundere posset: qua addita locus erit clarissimus, hoc modo; *nequaquam ut inter pacatos, sed composito agmine duces eorum sequitur.* Sed saepissime Livius hanc voculam omittere solitus est, et quidem, vel si utrique membro orationis suum additur verbum, et tum ellipsis illa facile deprehenditur, et vix difficultatem cuiquam ereare potest. Eo pertinent exempla, quae laudavi ad 6, 32, 8. vel etiam, si ambo membra tantum ex unico verbo pendent. Talis locus est 1, 25, 3. *Nec his, nec illis periculum suum; publicum imperium servitiumque obversatur animo.* et, quem ibi laudavi, 3, 14, 6. *Ne voce quidem incommodu, nedum ut ulla vis fieret, paullatim permulcendo tractandoque mansuefecerant plebem.* Contra, si posteriorem lectionem praeferimus, ita interpungendum est: *nequaquam, ut inter pacatos, incomposito agmine* etc. Quum igitur utraque lectio eumdem plane sensum efficiat, Polybius magis huic, quam illi, favere dici nequit. Quae autem earum praeferenda sit, lectoris judicio relinquo. Animus tamen in priorem magis inclinat. Ceterum Joh. Clericus, qui Gronovii lectionem *composito agmine* expressit, infeliciter distinctionem ejus mutavit, ac dedit, *nequaquam, ut inter pacatos, composito agmine.* Saltem dedisset *nequaquam, ut inter pacatos; composito agmine.* Ita enim colligi potuisset, hunc esse sensum: nequaquam duces eorum secutus est, ut secutus fuis-

Digitized by Google

inminenti ventum est, undique ex insidiis barbari a fronte, ab tergo coorti, cominus, eminus petunt: saxa ingentia in agmen devolvunt: maxima ab tergo vis hominum urguebat. in eos versa peditum acies 7

set inter pacatos; sed composito agmine sequitur.

§. 5. *Circumspectans sollicitus omnia, incedebat*] Cum copula Pall. duo *sollicitusque omnia.* et amplius sec. *sollicitusque per omnia.* GEBH. *circumspectans sollicitus omnia* quoque Flor. At Voss. Gud. et Cantabrig. *sollicitusque,* ut c. 53, 9. *sollicitusque intentusque.* Videtur exturbatum ab iis, qui τὸ *omnia* apponi verbo *sollicitus* non ferebant, quum sic 28, [19, 17.] *Ab sollicitis vicem imperatoris militibus.* Lib. 44, [3, 5.] *Sollicito consuli et eorum vicem.* Palia sunt 1, 32, 2. *Regnum caetera egregium.* et c. 35, 6. *Virum caetera egregium.* 21, 8, 10. *Ligno caetera tereti.* Ut vix dubitandum videatur, quin ita quoque Livius dederit l. 10, 39, 8. *L. Papirius jam omnia ad dimicandum satis paratus.* ubi vulgo auctius *jam per omnia.* JAC. GRON. *solitusque omnia* Hav. *sollicitansque omnia* Ber. et Brancal. Latinii. *sollicitusque omnia,* praeter codd. Cl. Gronovio laudatos, Lov. quinque, Hearnii L. 1. N. et Vatic. Latinii. Gronovius quidem pro vulgata scriptura laudat optimum Flor. atque ita *circumspectans sollicitus* referri posset ad illa, de quibus agitur ad 10, 35, 9. et ad 27, 16, 4. Verum utraque ejus cod. excerpta, quae mihi ante oculos sunt, testantur, hunc quoque praeferre *circumspectans sollicitusque omnia.* quare hanc lectionem recipere non dubitavi. De locutione *sollicitus omnia* eique similibus v. supra ad 1, 9, 15.

§. 6. *In angustiorem viam ex parte altera subjectam jugo insuper inminenti*] *et parte altera subjectam jugo* Cant. *in angustiore via et parte altera subjecta jugo insuper inminentem* Flor. a m. 1. in quo postremae vocis ultima litera postea expuncta est. *ex parte altera subjecta jugo* etiam Lov. 1. 3. 4. 5. Harl. et Gaertn. Tum *jugo imminenti* Rec. *jugo superimminente* Lov. 3. Verbo illo usus est Virg. 12. Aen. 306.

Ense sequens nudo superimminet.

et Val. Max. 1, 8, 2. *Myrto frequentibus ramis diffusae superinminentem excelsae magnitudinis palmam circumdedit.* ubi v. viros doctos, et hoc verbum Statio restituentem Inl. Heinsium ad Nason. 4. Met. 680. Unius tamen testimonio hic credere periculosum puto. *desuper inminere* dixit Statius 1. Theb. 660.

Pallidus Inachiis qui desuper inminet Argis.

Pariter *superinponere* et *insuper inponere* permutantur supra hoc lib. c. 1, 5. *jugo insuper inminente* Lov. 2 4. 5. Ber. a m. 1. Harl. Gaertn. et Hav.

A fronte et a tergo coorti, cominus eminusque petunt] Elegantius Flor. *barbari a fronte, ab tergo coorti, cominus, eminus petunt.* J. FR. GRON. Ita et in Cant. fuisse videtur. *a fronte et ab tergo* Voss. Lovel. 1. 2. 3. Ber. Hafn. Gaertn. a m. 2. et Hav. *ab fronte et ab tergo* Lov. 5. *a fronte, ab tergo* Hearnii

Digitized by Google

haud dubium fecit, quin, nisi firmata extrema agminis fuissent, ingens in eo saltu accipienda clades
8 fuerit. Tunc quoque ad extremum periculi ac prope perniciem ventum est: nam, dum cunctatur Hannibal demittere agmen in angustias; quia non, ut ipse equitibus praesidio erat, ita peditibus quid-
9 quam ab tergo auxilii reliquerat; obcursantes per

D. et N. Tum *cominus, eminus agmenque petunt* Lov. 3. *eminus cominusque petunt* Lov. 4. et 5.

§. 7. *Nisi firmata extrema agmina fuissent*] Pall. duo *extrema agminis*. tert. *nisi firmata agminis extrema*. GEBH. Scripti et Juntas *agminis fuissent*, idque agnoscit Laurentius. *Agmen* pro toto exercitu procedente. l. 22, [2, 3.] *Sequi Gallos, ut id agminis medium esset*. J. FR. GRON. Ita et omnes mei atque Hearnii codices. Supra 6, 32, 11. *Prius itaque moenia intravere hostes, quam Romanus extrema agminis carpere aut morari posset*. V. infra ad 37, 58, 8.

Ingens in eo saltu accipienda clades fuerat] Emendare debuistis *fuerit*. VALLA. *fuerit* etiam Flor. Cant. et Lovel. 1. *in saltu* edidit Sigonius, omisso pronomine; sed invitis Mstis. Tum *capienda clades* Lov. 4. *clades accipienda* Ber.

§. 8. *Dum cunctaretur Hannibal dimittere in angustias agmen*] Pal. pr. *dum cunctanter Annibal dimitteret*. sec. *cunctatur*. Mox idem cod. refert *ipse equitibus praesidio praeerat*. GEBH. Rectius erit *quum cunctaretur*. Si illud voluisset, scripsisset *dum cunctatur*, ut est in Flor. Sed nec in scriptis inveni *tò agmen*. Elephanti, equites, impedimenta erant in primo agmine, et angustias evaserant. Quum pedes eodem tenderet, impetum fecere barbari, et maxime a tergo. Substitit ergo Hannibal, qui in fronte peditum incedebat, ut praesentia sua adderet infestatis ab tergo animos, et regeret illorum virtutem: nec passus est illos, quibuscum ipse erat, continenter sequi primum agmen. Hoc est, *quum cunctaretur demittere in angustias*, pati ex eodem loco, ubi constiterant, qui circa ipsum erant, intelligens quae retro agerentur, excedere et progredi in fauces. J. FR. GRON. Mihi haec tam insolens significatio, quam hic verbo *demittere* tribuit vir summus, videtur debuisse confirmari auctoritate probatorum scriptorum. Et non ab omnibus MSS. abesse *agmen*, constat ex adnotat. Hearnii. Apud Livium quidem multis locis legitur *demittere agmen*. 3, 8, 6. *Praedonum agmen supra montes Praenestinos ductum, inde demissum in campos*. 7, 23, 6. *Postquam neque in aequum demitti agmen vidit*. et ibidem c. 34, 3. 9, 2, 9. 32, 13, 5. DUK. J. Fr. Gronov. edidit *cum cunctaretur*; pro quo Cl. filius ejus substituit *dum cunctatur*. Id autem non tantum superest in Flor. verum etiam in Cant. Lov. 2. 4. 5. Voss. Ber. Hafn.

Digitized by Google

obliqua montani, perrupto medio agmine, viam insedere: noxque una Hannibali sine equitibus atque inpedimentis acta est.

XXXV. Postero die, jam segnius intercursantibus barbaris, junctae copiae, saltusque haud sine elade (majore tamen jumentorum, quam hominum, pernicie) superatus: inde montani pauciores jam,

Rec. et Hav. V. ad 1, 40, 7. Praeterea idem Jac. Gronov. etiam vulgari curavit *agmen demittere in angustias*, secutus, ut videtur, Cant. ex quo nihil notatum video. Et quidem *dimittere* servant tantum non omnes mei. V. ad 34, 50, 2. pristinum autem verborum ordinem unus servasse videtur Lov. 5. pauci recentem probant. *dimittere agmen in angustias* habent Flor. Lov. 2. 3. 4. Harl. Ber. Gaertn. et Hav. In nullo autem meorum, nisi forte in Lov. 1. *τὸ agmen* omittitur. Hearne etiam non nisi in uno L. 1. deesse notavit. Paullo ante *τὸ est* non exstat in Ber.

§. 9. *Montani, erupto medio agmine, viam insedere*] Quid sit *erupto medio agmine* haud sane intelligo. Vide num *interrupto medio agmine* sit legendum. GLAR. Vet. lib. *perrupto medio agmine*. Recte. SIG. Omnes tres Pall. *erupto medio agmine*. GEBHARD. *perrupto medio agmine* Sigonius. Omnes scripti nostri, ut edebatur, *erupto*. Scribendum *montani interrupto*. Illud *INT* hauserunt praecedentis vocis postremae literae, ut saepe. J. FR. GRON. *erapto* Flor. a m. 1. quod deinde mutatum est in *erupto*. Posterius illud praeferunt etiam Cant. Voss. Lov. 3. 4. Harl. Hafn. Rec. Gaertn. Hav. et Hearnii N. atque L. 1. *errupto* Ber. *eruto* Lov. 2. *rupto* Lov. 5. Glareani et Gronovii conjectura *interrupto* non displicet. Supra cap. praec. *Postquam interrumpi agmen vidit*. 40, 40, 3. *Tunc quoque turbatae legiones sunt, prope interrupta acies*. V. ad 6, 13, 3. Praeterea vox *agmine* deficit in Voss. Lov. 3. 4. 5. Hearnii N. a m. 1. et edd. Rom. anni 1472. ac Parm.

Noxque una Hannibali sine equitibus atque inpedimentis acta est] *nox itaque una* Ber. a m. 2. et Hearnii N. in margine. *nox una* Hav. Vox autem *una* deerat in Flor. quam alia manus postea adjecit. Deinde *atque impedimentis* primus dedit Cl. Jac. Gronovius. Quod firmant omnes mei. Antea vulgabatur *ac impedimentis*. V. ad 10, 36, 17. Denique *apta est* Harl. errore scribae. V. ad 40, 13, 6.

§. 1. *Junctae copiae, saltusque haud sine clade (majore tamen jumentorum, quam hominum, pernicie) superatus*] sec. Pal. *superatur*. GEBH. *junctisque copiis saltus haud sine clade* etc. *superatus* Hearnii N. *junctis copiis saltusque* Ber. a m. 2. *haud sine majore tamen jumentorum, quam hominum, pernicie* Lovel. 1. omissa voce *clade*, quum potius vocem *pernicie* redundare, et ex praecedentibus *clade* repeti posse, notarit Crevier.

Digitized by Google

et latrocinii magis quam belli more, concursabant; modo in primum, modo in novissimum agmen, utcumque aut locus opportunitatem daret, aut progres-
8 si morative aliquam occasionem fecissent. Elephanti, sicut praecipites per artas vias magna mora agebantur, ita tutum ab hostibus, quacumque incederent, (quia insuetis adeundi propius metus erat) agmen

§. 2. *Jam et latrocinii magis, quam belli, more*] Livius 2, 48, 6. *Neque pax, neque bellum cum Vejentibus fuit. res proxime formam latrocinii venerat.* 3, 61, 13. *Quid latrocinii modo procursantes pauci recurrentesque, tererent tempus.* 29, 6, 2. *Latrociniis magis, quam justo bello, in Bruttiis gerebantur res.* 33, 29, 2. *Proximum bello quod erat, in latrocinium versi.* 38, 32, 2. *Incursionibus tamen parvis, latrocinii magis, quam belli, modo fines eorum vastati.* Eodem sensu *latrones* et *hostes* obponuntur etiam 35, 7, 7. 40, 27, 10. et alibi. *et jam latrocinii* erat in Ber.

Ut cuique aut locus aut opportunitatem daret, aut progressi] Vos emendatis, *prout cuique aut locus aut opportunitas apud eos erat:* cum nihil sit mutandum, nisi delendo ex tribus *aut* secundum: sic *ut cuique aut locus opportunitatem daret.* VALLA. Ita correctum a Valla receperunt omnes edd. Pal. pr. post *τὸ locus* inscrit *aut.* at sec. *ut cuicuique locus aut opportunitas daret.* GEBH. Meliores *utcumque aut locus.* hoc est, prout. Plautus [Poen. 3, 5, 9.] *Utcumque in alto ventus est, exin velum vortitur.* J. FR. GRON. *utque* Lov. 1. *utrumque* Harl. *uté* Voss. pro quo vel *ut res*, vel *ut tempus*, vel *ut iter* exstat in margine. *utcumque* Flor. Cant. Lov. 4. Hafn. et meliores Crevier. codd. quod recte exponit Gronov. Ita infra ponitur 26, 42, 8. *Stagnum claudit, incertae altitudinis, utcumque exaestuat aut deficit mare.* Similis varietas supra erat 2, 12, 16. Praeterea *aut locus aut opportunitatem daret* Lovel. 1. et Harl. *aut locus aut opportunitas daret* Lovel. 2. et Hearnii N. *aut opus aut opportunitas daret* Hav. *aut locus aut tempus opportunitatem daret* Lov. 3. Ber. et Hafn. *locus opportunitatem daret* Lov. 4.

§. 3. *Elephanti, sicut praecipites per arctas vias magna mora*] Qui *praecipites* agebantur? nisi perierunt praecipitati. Scribae, *sicut principes.* Habes enim capite superiore: *Primum agmen elephanti et equites erant.* J. FR. GRON. *per artas praecipites vias* Flor. Eumdem ordinem verborum Crevier. etiam in uno e suis codicibus invenit; unde legendum conjicit *sicut per aretas praecipitesque*, vel *et praecipites vias.* Mihi non displicet Gronovii conjectura *principes.* Solent enim hae voces saepe in Mstis confundi. V. ad 21, 18, 3. Deinde *artas* legunt etiam Voss. Lovel. 1. 2. 5. Ber. Gaertn. et Hav. V. ad 2, 50, 11. et 3, 6, 3. Mox *abeundi propius*

Digitized by Google

agmen praebebant. Nono die in jugum Alpium 4
perventum est, per invia pleraque et errores, quos
aut ducentium fraus, aut, ubi fides iis non esset, te-
mere initae valles a conjectantibus iter, faciebant.
Biduum in jugo stativa habita: fessisque labore ac 5
pugnando quies data militibus: jumentaque aliquot,
quae prolapsa in rupibus erant, sequendo vestigia
agminis in castra pervenere. Fessis taedio tot malo- 6

Voss. V. ad 6, 13, 4. Tum *agmen procedebant*, pro *praebebant*, Lov. 1. 2. Hafn. et Hearnii N. *agmen praecedebant* Flor. Cant. Lov. 3. 4. 5. Harl. Hav. omnes Latinii codd. et edd. Moguntina priores.

§. 4. *Nono die in jugum Alpium perventum est*] Polyb. [3, 53.] ἐνναταῖος δὲ διανύσας εἰς τὰς ὑπερβολάς, ἀυτοῦ κατεστρατοπέδευσε, καὶ δύο ἡμέρας ἔμεινε. SIG. Imo duodecimo. Silius [3, 554.]

Bis senos solos, totidem per vulnera saevas
Emensi noctes, optato vertice sidunt,
Castraque praeruptis suspendunt ardua saxis.

Sed quis a poëta juratorem umquam exegit? MOD. *in juga Alpium* Gaertn. V. mox ad §. seq.

Per invia pleraque et errores] *et terrores* Flor. Voss. Lov. 2. 3. 5. Harl. Gaertn. et edd. principes, errore librariorum, qui ultimam literam voculae praecedentis in initio vocis *errores* perperam repetierunt. V. ad 37, 29, 8. quamvis tamen et alibi voces *terror* et *error* commutari soleant. V. ad 24, 30, 6. *et errores* primi ediderunt Moguntini, hinc Aldus in erratis, et postea reliqui omnes. Mox *iter* deficit in Gaertn.

§. 5. *Biduum in jugis stativa habita*] In Cantabrig. legebam *in jugos*. Itidem ex Flor. et Voss. notavit pater. Scribendum igitur *in jugo*, ut est in Gud. et praecedit *in jugum Alpium*. JAC. GRON. *in jugos* etiam Lovel. 1. Hafn. et Ber. a m. 1. quorum librarii contrario, ac modo notatum est, errore literam initialem vocis *stativa* in fine vocis praecedentis repetierunt. V. ad 28, 25, 2. *in jugo* enim legendum esse, recte Gronovius monuit. Et ita praeferunt Lov. 2. 3. 4. 5. Gaertn. Ber. a m. 2. Hearnii L. 1. N. et Victorin. apud Crevier. Infra cap. seq. [c. 37, 1.] *Tandem, nequidquam jumentis atque hominibus fatigatis, castra in jugo posita.* Id itaque recepi.

Fessis labore ac pugnando quies data militibus] Ita primum editum vidi Francof. anno 1578. quum proximi Paris. anni 1573. dedissent *fessisque labore.* Reliquae edd. legunt *fessisque labore.* Et ita inveni in omnibus Mstis, Hearnius autem in D. quare et hanc lectionem Livio restitui. Mox *jumentaque aliqua*, pro *aliquot*, Ber. V. ad 6, 37, 8.

§. 6. *Nivis etiam casus, occidente jam sidere Vergiliarum, ingentem terrorem adjecit*] Polyb. [3, 54.] διὰ τὸ συνάπτειν τὴν τῆς Πλειάδος δύσιν. SIG. *unus*

Digitized by Google

rum nivis etiam casus, occidente jam sidere Vergi-
7 liarum, ingentem terrorem adjecit. Per omnia nive
oppleta quum, signis prima luce motis, segniter
agmen incederet, pigritiaque et desperatio in omni-
8 um vultu emineret; praegressus signa Hannibal in
promontorio quodam, unde longe ac late prospe-
ctus erat, consistere jussis militibus Italiam ostentat,
subjectosque Alpinis montibus Circumpadanos cam-

etiam casus Lov. 5. qui error ex literarum similitudine in scriptura Longobardica natus est. Tum *occidente sidere jam* Lov. 4. et 5. *Τὸ jam* deficit in Lov. 2. Deinde *vigiliarum* Voss. Lov. 3. et Gaertn. qui *Virgiliarum* scribere voluerunt, quomodo J. Fr. Gronovius anno 1667. edidit. Utro modo scribendum sit, non convenit. alii, a *vere* nomen deducentes, malunt *Vergiliae:* alii a *virgula*, quod virgulae more porrigantur, *Virgiliae*. At prius servant hic plerique codd. et inter eos optimus Flor. quemadmodum etiam optimus Sangerm. apud Colum. 9, 14. et 11, 2. Praeterea *injecit*, Rec. Male. Milites Hannibalis, quum iter in Italiam suscipere certum esset, *terror invaserat* supra c. 30, 2. postea Alpes ex propinquo visae *terrorem renovarunt* c. 32, 7. Nunc vero nivis casus *ingentem terrorem*, non *injecit*, sed *adjecit*, nempe priori terrori: vel *adjecit taedio tot malorum*, aut fatigationi ex taedio tot malorum ortae.

§. 8. *In promontorio quodam, unde longe ac late prospectus erat*] *Promuntoria* cum prominentes sint in mare rupes, per *u* scribi haec vox debet, ut veriloquium demonstrat. Non enim a *monte*, sed a *prominendo* deducitur: idque et libri praeferunt antiqui, et me docuit Gulielmus Pelisserius, Montispessuli episcopus. Hic tamen eminens et editissimum in Alpibus jugum *promontorium* appellatur. TURNEB. 13. Advers. 18. De voce *promontorium* hoc sensu v. Cluver. 1. Ital. ant. 33, 370. et Salmas. Exerc. Plin. p. 550. Tum *longe lateque* Lov. 3. et Hearnii N. *longe et late* Lov. 5. Paullo ante §. praec. *nive completa* edd. ante Aldum.

Subjectosque Alpinis montibus Circumpadanos campos] Polyb. [3, 54.] τὰ περὶ τὸν Πάδον πεδία. SIG. *subjectos Alpinis montibus* Hearnii N.

§. 9. *Moeniaque eos tum transcendere non Italiae modo, sed etiam urbis Romae*] Flor. Gud. Voss. *Romanae*. quod passim Livio auctoritate vett. codd. restituimus. J. FR. GRON. Ita omnes etiam mei non tantum, sed Hearnii quoque codd. Recte igitur id Cl. Gronovius contextui reddidit. V. ad Epit. Liv. 49. Insuper τὸ *tum* exsulat a Ber. Hafn. et Hav. Mox *proeliva* Gaertn. *proclivaque* Lovel. 2. quasi esset a recto *proclivus*. V. ad 35, 30, 1.

Uno aut ad summum altera proelio] Pal. tert. *uno aut summo altero proelio arcem et caput Italiae in potestate habituros*. GEBH. Optimus Pall. Fl.

Digitized by Google

pos: *moeniaque eos tum transcendere non Italiae* 9
modo, sed etiam urbis Romanae. cetera plana, pro-
clivia fore: unò, aut summum altero proelio arcem
et caput Italiae in manu ac potestate habituros.
Procedere inde agmen coepit; jam nihil ne hostibus 10
quidem, praeter parva furta per occasionem, ten-
tantibus. Ceterum iter multo, quam in adscensu 11
fuerat, (ut pleraque Alpium ab Italia sicut breviora,

Voss. Men. et Andreas Romae, *uno aut summo.* Scribe, *uno aut summum altero.* Genus loquendi, quod ut in Cicerone, ita et in Livio non semel corruperunt. 31, [42, 4.] *Binis ternisve summum ex manipulis aquandi caussa missis.* ubi reddidit Gelenius. 33, [5, 8.] *Duo aut summum tres juvenes connixi arborem unam evellebant.* 34, [32, 6.] *Duorum aut summum trium in ea re, non civitatis, culpam esse.* 35, [35, 11.] *Tyrannus cum tribus summum equitibus ante signa vectabatur.* 44, [38, 7.] *Exituri in aciem hodierno, aut summum crastino die.* J. FR. GRON. In Cicerone quoque hoc saepe corruptum emendarunt viri docti. V. Victor. ad 2. ad famil. 1. Graev. ad 5. epist. 21. et 14. ep. 3. et Jac. Gronov. orat. pro Milone 9. DUK. *uno aut summo altero proelio* etiam Cant. Lovel. 1. 2. 3. 5. Ber. Harl. Hav. Hearnii D. N. et edd. Rom. anni 1472. ac Parm.

§. 10. *Jam nihil ne hostibus quidem, praeter parva furta*] *jam nil hostibus quidem* Ber. a m. 2. *jam nihil hostibus quidem* Hearnii N. a m. 2. *jam nihil ne montanis hostibus quidem* Lov. 3. et Hafn. Tum *nisi parva furta* Lovel. 4. et 5. quod ex alterius interpretatione natum est. Supra 3, 68, 10. *Mens nihil praeter commodum publicum videt.*

§. 11. *Iter multo, quam in adscensu fuerat, difficilius fuit*] *quam ut in ascensu fuerat* Flor. Lovel. 3. Harl. Recan. Haverk. Hearnii N. et edd. Rom. anni 1472. ac Parm. Deinde *fuerat* deficit in Ber. a manu 1.

Sicut breviora, ita arctiora sunt] *ita adrectiora sunt* scribunt Pall. pr. et sec. GEBH. Duo Pall. Fl. Voss. et Andreas, *ita adrectiora sunt:* quod forte non spernendum. Sequitur enim *ita rectis saxis.* 38, [20, 4.] *Ad septentrionem arctas et rectas prope rupes.* J. FR. GRON. *ita erectiora sunt* Lovel. 2. *ita adrectiora sunt* Lovel. 1. Harl. Hearnii N. et aliquot a Crevier. inspecti, qui eam lectionem etiam recte probat. *ita arrectiora sunt* Lovel. 4. 5. et pleraeque edd. *ita arrectiora,* omisso etiam *τοῖς sunt,* Gaertn. et Hav. Illud *sunt* deficit etiam in Ber. a m. 1. *arctiora,* quod pauci mei et Vatic. Latinii praefert, non inveni, nisi in edd. Ven. anni 1498. Mediol. anni 1505. Ascens. anni 1513. et 1516. ac Paris. 1529. quarum tamen tres postremae *arrectiora* in margine ostentant. Prima deinde recentiorum *arctiora* recepit Francof. anni 1578.

Omnis enim ferme via praeceps, angusta, lubrica erat] Pal. pr. *omnis enim jam via praeceps.* GEBH. *angusta, pu-*

Digitized by Google

ita adrectiora sunt) difficilius fuit. omnis enim fer-
12 me via praeceps, angusta, lubrica erat: ut neque sustinere se a lapsu possent; nec, qui paullulum titubassent, haerere adflicti vestigio suo; aliique super alios, et jumenta et homines, occiderent.

blica erat Flor. et Cant. Et id voluisse videtur librarius Lovel. 5. qui *puca*, pro *publica*, dedit. at *angusta, libica, publica erat*, duplici lectione simul recepta, Lovel. 1. 2. Gaertn. et Hearnii N. a m. 2. in quo postea manus altera *τὸ publica* delevit, et insuper in margine notavit, eam vocem pro *lubrica* in aliquot codd. reperiri.

§. 12. *Nec, si qui paullulum titubassent, haerere adflicti vestigio suo*] Pall. tres, *nec qui paullulum titubassent*. Pal. pr. a m. 2. *afficti*. sed *affligere* hic est *προσουδίζειν*. GEBH. Flor. *ne, qui*. Gud. *neque, qui*. Voss. et Cant. *nec, qui*. Vides *τὸ si* ab scriptis non admitti. JAC. GRONOV. *neque, qui paullulum* Lovel. 4. et 5. *nec, qui paullulum* Lovel. 1. 2. 3. Harl. Hafn. Gaertn. Hav. et Hearnii N. *posset, nec, qui paullulum titubasset, haerere afflictus vestigio suo* Ber. a m. 2. in quo *possent* et *titubassent* a m. 1. scriptum fuerat. Voculam itaque *si* in nullo cod. obviam delevi. Praeterea *paulum titubasset* Flor. et Hearnii N. in margine. Deinde *haerere afflictis* Flor. Voss. Lovel. 1. 2. 4. 5. Harl. Hafn. Hav. et edd. antt. *afflicti* jam vidi in Ven. anni 1495. *afflictos* in Mediol. anni 1506. quorum illud in contextu, hoc in margine ostentant Aseens. anni 1513. et 1516. ac Paris. anni 1529. *affictis* est in Vatic. Latinii. An forte legendum *haerere affixi vestigio suo*? Ita 3, 68, 7. *Haerete adfixi concionibus, et in foro vivite*. Solent autem *adfigere* et *adfligere* confundi. V. ad 4, 19, 5. Crevier. sensum clariorem fore putabat, si, transposita particula *nec*, hoc modo legeretur: *ut neque sustinere se a lapsu possent, si qui paullulum titubassent, nec haerere afflicti vestigio suo*.

Aliique super alios, et jumenta et homines, occiderent] Pall. tres *et jumenta in homines occiderent*. GEBH. Ita et Flor. Lovel. 1. 2. 4. 5. Ber. Gaertn. et Hav. *et jumenta in homines caderent* Hafn. *et jumenta nil omnes occiderent* Voss.

§. 1. *Ad multo angustiorem rupem, atque ita rectis, ac si istud aegre*] Vos, ut dixi, emendastis, *atque ita rectam, ac si istud*. Ego sic, *atque ita rectis saxis, ut aegre*. VALLA. Abnegant *τὸ saxis* Pall. tres. Sed sec. tertiusque, *atque ita rectam, ac si istuc aegre*. GEBH. *atque ita rectis, ac si istud aegre*, quod in cod. suo inventum Valla damnavit, praeferunt Voss. Lov. 2. 4. 5. Harl. et Hearnii L. 1. Id etiam voluisse videtur librarius Flor. qui tamen *atque ita rectis axus tut aegre* sine sensu dedit. *atque ita rectam, ac si istud aegre*, quod Vallae aemuli reposuerant, est in Hav. neque multum abit Gaertn. in quo *atque ita rectam, ac si istuc aegre* inveni. *atque ita erectam, ac si ut aegre* Lovel. 3. *atque ita rectam, ac si ut aegre*, una litera minus, Hearnii N. in quo, vocibus *ac si* deletis, a m. 2. factum est *ai-*

Digitized by Google

XXXVI. Ventum deinde ad multo angustiorem 1
rupem, atque ita rectis saxis, ut aegre expeditus
miles tentabundus, manibusque retinens virgulta ac
stirpes circà eminentes, demittere sese posset. Na- 2
tura locus jam ante praeceps, recenti lapsu terrae

que ita rectam, ut aegre; quod ipsum Ber. servat. *atque ita rectis, ut aegre* Lovel. 1. *atque ita rectam, ut vix si istud aegre* Cant. Vallae conjectura vera videtur. (* v. Opera Vallae p. 602.)

Tentabundus, manibusque retinens virgulta] *reptabundus* Lovel. 3. Scriptum forte fuerat *tèptabundus*, id est *temptabundus*; ut est in Flor. quod, neglecta addita nota, facile in *reptabundus* mutari potuit ob similitudinem literarum *t* et *r* in scriptura Longobardica. V. ad 5, 55, 8. Sed nihil muto. *tentare* de eo dicitur, qui manu aliquid explorat. V. Cel. Burmann. ad Phaedri 3, 10, 26. Ita *tentare venam*, de quo v. eumdem ad Quinctil. 11. Instit. 3. p. 1018. *tentabundus pedibus manibusque retinens* est in Harl. 2. Mox *dimittere*, pro *demittere*, Cant. Ber. Gaertn. et edd. ante Mogunt. frequenti admodum scribarum errore. V. ad 34, 50, 2.

§. 2. *Recenti terrae lapsu impeditus, dum ille admodum altitudinem*] Vos emendatis, *dum* mutantes in *tum*. Ego sic, *lapsu terrae in pedum mille admodum altitudinem abruptus erat.* VALLA. Polybius [3, 54.] cum hanc rupem describeret, non de altitudine, sed de angustia viae angustiore facta meminit. Livius vero, quum ab initio dixisset, *Ventum deinde ad multo angustiorem rupem*, paulo post subjungit: *Natura locus jam ante praeceps recenti terrae lapsu in pedum mille admodum altitudinem abruptus erat*, nulla amplius *angustiae* mentione facta. Polybius praeterea *ducentorum pedum* meminit, ubi Livius *mille* ponit. Sed haec ejus erant, qui commentarium scriberet, longius prosequi. Attigit et Valla locum. GLAR. *terrae lapsu in pedum mille admodum* emendavit olim Valla, cum antea legereiur: *Natura locus jam ante praeceps, recenti terrae lapsu impeditus, tum ille admodum altitudinem abruptus erat.* Utramque autem lectionem mendosam esse, sensus ipse docet. Describit enim Livius locum angustum et abruptum. Nam paulo ante dixit: *Ventum est ad multo angustiorem rupem, atque ita rectis saxis, ut* etc. Ex emendatione autem Vallensi nihil elici de angustia potest. Quamobrem ex veterum libris aliquot fide dignis ita legendum est: *Natura locus jam ante praeceps, recenti terrae lapsu impeditus in miram admodum altitudinem abruptus erat.* Duo enim significat incommoda naturalibus incommodis accessisse, quod cum natura locus jam ante praeceps esset, nunc dejectu terrae impeditus erat, et in magnam admodum altitudinem abruptus. Quo fit, ut expresserit caussam, cur dixerit: *multo angustiorem rupem, atque ita rectis saxis.* Ita etiam Polybius [3, 54.] Ὅυτε τοῖς ὑποζυγίοις δυνατὸν ἦν παρελθεῖν διὰ τὴν στενότητα, σχεδὸν ἐπὶ τρία ἡμιτάδια τῆς γῆς ἀπορρῶγος, καὶ πρὸ τοῦ μὲν οὔσης, τότε δὲ καὶ μᾶλλον ἔτι προσφάτως

Digitized by Google

in pedum mille admodum altitudinem abruptus erat.
3 Ibi quum, velut ad finem viae, equites constitissent, miranti Hannibali, quae res moraretur agmen, nun-

ἀπερρωγύιας. ἐνταῦθα πάλιν ἀθυμῆσαι, καὶ διατραπῆναι συνέβη τὸ πλῆθος. Et paulo ante dixerat: οὔσης γὰρ τενῆς, καὶ κατωφερούς τῆς καταβάσεως. SIG. Pal. pr. *abrutus erat*. GEBH. A Laur. Valla est haec lectio [*terrae lapsu in peditum mille admodum*,] neque propius potuit ad vett. lib. in quibus: *impeditus dum ille*. Sigonius tamen eam rejicit, quia ex hac emendatione nihil de angustia loci possit alici. Neque debebat: satis praecedenti periodo monuisse de illa Livium. Quod autem eggerit ille *impeditus in miram admodum*, a mala manu est, neque invenitur, nisi in recentissimis et interpolatis codicibus. Auctor ejus in mente habuit Ciceronis 5. Verr. [27.] *Saxo in mirandam altitudinem depresso*. Ego vero amplector Vallae restitutionem, cum praesertim Polybius eam firmet: σχεδὸν ἐπὶ τρία ἡμιστάδια τῆς γῆς ἀπορρῶγος, καὶ πρὸ τοῦ μὲν οὔσης, τότε δὲ καὶ μᾶλλον ἔτι προσφάτως ἀπερρωγύιας. Viri summi interpretatio *in pedes fere centum nonaginta*. Atqui tot passus faciunt praeterpropter τρία ἡμιστάδια. Hoc, credo, voluit. Sunt autem ista singula trecentenum pedum. Sic ergo jam olim nongentenum pedum altitudine fuisse illud abruptum, tunc autem recenti lapsu etiam plurium, ut ait Polybius: *mille admodum*. Livius. quid proximius? Superius hoc lib. cap. 28, 7. ratis describitur, qua Rhodanum transvecti elephanti, *ducentos longa pedes*. Polybio [3, 46.] δύο πλέθρα, quae plane conveniunt, si πλέθρον est centum pedum, seu sexta pars stadii, δίπλεθρον triens ejusdem. At vir summus vertit *jugera duo*: qua ratione cum jugerum sit minimum pedum ducentorum, quadringentos pedes voluerit Polybius: id quod verisimile non est. J. FR. GRON. Non capio, quae hic scribit Gronovius. Si verba, *locus jam ante praeceps*, ita sunt exponenda, locum jam ante terrae lapsum in mille admodum pedum altitudinem abruptum fuisse, quod vult Gronovius, non potuit Livius post terrae lapsum eumdem numerum pedum retinere. Mihi Livius aliter videtur accepisse verba Polybii 3, 54. quam Casaubonus et Gronovius. Hi conjungunt σχεδὸν ἐπὶ τρία ἡμιστάδια τῆς γῆς ἀπορρῶγος, καὶ πρὸ τοῦ μὲν ὄυσης, *quod locus jam ante praeceps erat in tria ἡμιστάδια*, id est, nongentos pedes, ut recte Gronovius; nam stadium sexcentis pedibus quidam definierunt. Sed satis adparet ex interpretatione Livii, eum posteriora illa καὶ πρὸ μὲν ὄυσης, quae vertit *natura locus jam ante praeceps*, a prioribus, σχεδὸν ἐπὶ τρία ἡμιστάδια τῆς γῆς ἀπορρῶγος, separasse, nec putasse Polybium dicere, locum jam ante terrae lapsum in tot pedes praecipitem fuisse. Nec quidquam obstat, quo minus verba Polybii ita accipiantur. Nam Graeca sic verti possunt; *quod locus in tria ferme ἡμιστάδια abruptus erat, jam ante quidem praeceps, sed tum nuper in majorem altitudinem abruptus*. Haec autem major altitudo erat σχεδὸν τρία ἡμιστάδια, *mille admodum pedes*, ut docuit Livius, quum ante recentem terrae lapsum minor fuisset. Casauboni interpretatio vocis πλέθρον in Polybio 3, 46. ea ratio-

Digitized by Google

ciatur, rupem inviam esse. digressus deinde ipse ad 4
locum vicendum. haud dubia res visa, quin per
invia circa nec trita antea, quamvis longo ambitu,

ne defendi potest, quod etiam Plinius eam ita vertit. V. Perizon. ad Aelian. 3. Var. Hist. 1. Glossae πλέθρα, *jugera*. πλέθρον, *jugerum*. Et Charisii MS. apud Schottum 1. Obs. 14. *haec jugera πλέθρα*. Malim tamen Livium, quam hos auctores, sequi. DUK. Codices variant. *impeditus dum ille admodum altitudine* Lov. 3. 4. *impeditus dum ille admodum altitudinem* Lovel. 1. 5. et Hearnii L. 1. quod in cod. inventum damnat Valla. Non aliter praefert etiam Flor. a m. 1. Sed *dum* postea deletum, ejusque loco in margine *impeditus in mirandam ille admodum altitudinem* ab alia manu repositum est. quod servant etiam Harl. et Hearnii D. nisi quod eorum prior *impeditus* omittat, posterior *impeditus mirandum* legat. *impeditus in mirandam admodum ille altitudinem* edd. Rom. anni 1472. et Parm. *impeditus tum ille admodum altitudine* Lovel. 2. *impeditus in miram admodum altitudinem*, ut Sigonius emendat, Ber. Hafn. Rec. Hav. et Hearnii N. *impeditus in miram ille admodum altitudinem*, una voce addita, Brancal. Latinii. *impeditus in miram dum ille admodum altitudinem*, duabus lectionibus junctis, Cant. *impeditus in nimiam admodum altitudinem* Gaertn. *impeditus admodum altitudinem* Voss. a m. 1. *altitudine* a m. 2. Sed recte viros doctos Vallae conjecturam probasse puto. Insuper *recenti lapsu terrae* edidit Jac. Gronov. secutus, ut videtur, Cant. et forte etiam aliorum auctoritatem. Certe ita plerique apud me codd. Flor. tamen et paucis aliis exceptis. Tum *abrutus* Voss. Lovel. 2. et Ber. a m. 1. *obruta* Lovel. 1.

§. 3. *Ibi quum velut ad finem viae*] *Ibi vel cum ad finem* Cant. *Ibi veluti cum ad finem* Flor. Lovel. 1. 2. 4. 5. Harl. Gaertn. Hav. et edd. vett. *Ibi velut cum ad finem* Lovel. 3. *Ibi cum ad finem* Ber. Mox *agmen* exsulat ab Harl.

§. 4. *Digressus deinde ipse ad locum visendum*] Sensus sequentium versuum perquam obscurus est. Polybii verba [3, 54.] Perrotto interprete (nam Graeci codicis copia defuit nobis) clariora visa sunt. ea ita habent. *Dux Carthaginiensium principio per loca invia, nec ante eum diem trita, circumducere agmen conatus, quoniam iter id nives insuperabile faciebant, a proposito destitit.* GLAR. Sensus est: Digressus ad rupem invisendam Annibal sensit, se per invia loca, nec trita antea, agmen ducere. neque ea re quicquam profecisse, quod longo ambitu exercitum circumduxisset, quo facilius et expeditius iter haberet. Polybius [3, 54. et 55.] ait, Annibalem inspecta rupe conatum esse eam superare; verum nova accedente nive deterritum esse, atque ad saxum illud caedendum se convertisse. In quo nihil ab eo diffidet Livius. SIG. Fortasse, *digresso deinde ipsi ad locum visendum haud dubia res visa, quin per invia circa nec trita antea, quamvis longo ambitu, circumduceret agmen.* Sensum ait esse Sigonius, advertisse Annibalem, se per invia loca agmen ducere, nec quicquam profecisse, quod longo ambitu exercitum

Digitized by Google

5 circumduceret agmen. Ea vero via insuperabilis fuit. nam quum super veterem nivem intactam nova modicae altitudinis esset, molli nec praealtae nivi 6 facile pedes ingredientium insistebant. ut vero tot hominum jumentorumque incessu dilapsa est, per nu-

circumduxisset. Hic error inde, quod non vidit, *to circumduceret* poni, ut significet, circumducendum esset, circumducere deberet. Remedium enim difficultatis, in qua erant, exponitur. Sic Cic. 2. de Offic. [20.] *Cum consuleretur, utrum bono viro pauperi, an minus probato diviti filiam collocaret.* J. FR. GRON. Nimius in eo fuisse Gronovius videtur, quod ubique efficere voluerit, ut Livii oratio uno spiritu legatur, qui eam saepius interrumpere, et in parvas periodos concidere solitus est. Tale est 3, 10, 7. *Libri per duumviros sacrorum aditi: pericula a conventu alienigenarum praedicta.* c. 31, 4. *Ibi pugnatum. supra septem millia hostium caesa; alii fugati: praeda parta ingens.* c. 32, 4. *Mortuus consul Quinctilius, quatuor tribuni plebis. Multiplici clade foedatus annus. ab hoste otium fuit.* c. 44, 8. *Ait se jure grassari, non vi. Vocat puellam in jus.* 4, 48, 1. *Turbatores vulgi erant Spurii Maecilius quartum et Metilius tertium tribuni plebis, ambo absentes creati, et quum rogationem promulgassent,* etc. 5, 32, 3. *Fusa concursu primo acies in fugam: millia octo armatorum in deditionem venerunt.* 7, 14, 4. *Jumenta Gallo abigenti duo milites Romani ademerunt. In eos saxa conjecta a Gallis.* 10, 5, 13. *Pax negata: induciae biennii datae. dictator triumphans in urbem rediit.* c. 34, 8. *Urbemque ex tuto rectis itineribus perviam conspiciunt: ad consulem referunt excessum urbe; solitudine haud dubia id perspicuum esse.* 30, 3, 3. *Uticam obsidebat. castra in conspectu Hasdrubalis erant. Karthaginienses deduxerant naves. classem paratam instructamque ad commeatus intercipiendos habebant.* Haec speciminis loco sufficiant. Ubi igitur in oratione refingenda praeeunt codd. quibus tuto credi potest, mutanti haud temere adversandum censeo: at, dissuadentibus libris, id tentare, periculosum puto. Hinc a viris doctis dissentire, et vulgatum defendere ausus sum supra 2, 53, 1. 3, 1, 6. 4, 25, 4. c. 53, 10. 5, 26, 4. hoc lib. c. 6, 5. aliisque locis. V. etiam, quae notantur ad 3, 22, 3. Mox *circa* deficit in Rec. *nec trita* in Lovel. 1. Tum *ante ea*, pro *antea*, legit Lovel. 3. Optime vero *circumduceret* exponit Gronovius; quem etiam v. ad 37, 17, 6.

§. 5. *Molli nec peraltae nivi facile ingredientium pedes insistebant*] *praealtae* scribendum est. VALLA. Vox *nivi* deficit in omnibus omnino, quibus utor, codicibus, nisi quod ex solo Rec. nihil notetur. Deficit etiam in Hearnii N. Vatic. Latinii, et edd. Rom. anni 1472. ac Parm. quasi vox illa satis commode ex praecedenti hic repeti posset. Deinde *mollis nec peralta* Ber. et Vatic. Latinii. *mollis nec par aliae* Hav. *alius* et *altus* saepius inter se commutari, videbimus ad 37, 26, 7. *mollis nec par alterae*

Digitized by Google

dam infra glaciem fluentemque tabem liquescentis nivis ingrediebantur. Tetra ibi luctatio erat. ut a 7
lubrica glacie, non recipiente vestigium, et in prono citius pede se fallente, et, seu manibus in adsurgendo seu genu se adjuvissent, ipsis adminiculis

Hearnii N. Facile etiam confunduntur *alta* et *alt'a*, sive *altera*. V. supra hoc lib. c. 28, 5. *mollis nec praealta* Hafn. *molli nec paraltae* Flor. a m. 1. *peraltae* a m. 2. *molli nec peraltae* Voss. Lov. 2. 3. 5. et Gaertn. *molli nec paltae* Harl. Sed recte Valla *molli nec praealtae*. V. infra hoc lib. c. 54, 1. Praeterea *insistebantur* Cant. Paullo ante *super veterem nivem intacta nova* etc. *esset*, pro *intactam*, quin rescribendum sit, non dubitat Crevier. epitheton enim *intacta* longe melius cadere in *novam*, quam in *veterem nivem*.

§. 6. *Dilapsa est, per nudam infra glaciem fluentemque labem liquescentis nivis ingrediebantur. Tetra ibi*] Libentius legerem *jumentorumque incessu dilapsa, per nudam infra glaciem fluentemque labem liquescentis nivis ingrediebantur, tetra ibi luctatio erat*. Ut nondum absolvat *ingrediebantur* sensum, sed porro transmittat pendentem. TURNEB. 13. Adv. 18. Omnino *tabem*. Cicero 2. de Natura Deorum [10.] *Aquilonibus reliquisque frigoribus durescit humor, et idem vicissim mollitur tepefactus, et tabescit calore*. Seneca 3. Nat. q. 27. *Congestae seculis tabuerunt nives*. 4, 2. idem. *Tunc enim maximae integraeque adhuc nives, ex mollissimaque tabes est*. et c. 5. *Teneram et tabefactam nivem* dicit. J. FR. GRON. *Labes* et *Tabes* saepius in Mstis confundi, infra videbimus ad 39, 9, 1. (* Lucan. 10, 225.) Et ita mox hoc cap. *tabidam nivem* dixit. Sic et cera calore liquescens dicitur *tabere* apud Ovid. 2. Art. Am. 89. *Tabuerant cerae*. Quod repetitur 8. Met. 227. Scripti tamen nihil mutant, nisi quod *lauem* sit in Flor. et Cant. et *luem* in margine N. apud Hearnium. quomodo *lues* etiam est apud Petron. 123.

Ut paullo ante lues jam concidenda jacebat,
Tum vero malefida virum vestigia lusit.

quemadmodum hunc locum legendum censuit Ill. Bonhierius, Franciae suae decus et ornamentum. Quid de consilio Turnebi sentiam, qui duas periodos ex conjectura connectere voluit, constare poterit ex illis, quae dixi ad §. 4. *liquentis* in Cant. fuisse, ex ejus excerptis disco.

§. 7. *In prono citius pede se fallente*] Nisi mavis *pedem fallente*. J. FR. GRON. *Saxa fallunt vestigium* dicit Curtius 4, 9, 18. *Sed gradum firmare vix poterant, quum modo saxa lubrica vestigium fallerent*. et 5, 4, 18. *Praeter invias rupes et praerupta saxa vestigium subinde fallentia*. DUK. *ludere vestigia* dixit Petron. loco modo laudato. Vide vero, num minori mutatione legi possit *pedes fallente*. ut ita sola tantum litera *E* expungenda sit, quae adcrescere potuit ex similitudine *vot* *F*, quae vocis proximae initialis est.

Digitized by Google

prolapsis, iterum corruissent, nec stirpes circa radicesve, ad quas pede aut manu quisquam eniti

Ipsis adminiculis prolapsi si iterum corruissent] Haec verba videntur nescio quid desiderare. Quid enim sensus hic est, *prolapsi si iterum corruissent?* GLAR. Scribe: *ipsis adminiculis prolapsi si iterum corruissent: (nec stirpes circa radicesve, ad quas pede aut manu quisquam eniti posset, erant) itaque in levi tantum glacie tabidaque nive volutabantur. Jumenta interdum secabant etiam tum infimam ingredientia nivem, et prolapsa.* Quum jungimus sine interpunctione *prolapsi corruissent*, memineris nihil esse superflui. Virgilius [6. Aen. 310.] *autumni frigore primo Lapsa cadunt folia.* Cicero 1. de Offic. [22.] *De manibus audacissimorum civium delapsa arma ceciderunt.* Petron. [16.] *Sera sua sponte delapsa cecidit.* Noster 5, [21, 16.] de Camillo: *Convertentem se inter hanc venerationem prolapsum cecidisse.* Adeo illis offendi Glareanus non debuit. Attamen Flor. Voss. Mur. *prolapsis iterum.* Deinde Flor. Gud. Mur. *corruerent.* Forte, *et seu manibus in assurgendo seu genu se adjuvissent, ipsis adminiculis prolapsis iterum corruebant.* id est, manibus genibusque, quibus innitebantur, non firmatis in vestigio, sed, ut in lubrico, elusis ac fluentibus. Post *παρένθεσιν τὸ itaque* eleganter *παρέλκει.* Ita enim cohaeret oratio, ut dicat, cum quis cecidisset, et manu genuve conatus erigere sese, ipsam manum ipsumque genu, perinde ut ante pedes, frustrata glacie, rursum porrectus esset, quia nihil erat stirpium, quod comprehenderent ad se sustinendos, nihil nisi volutatos fuisse, quoad fortunae libuisset. Particulam autem illam prorsus eodem modo interpositam videre licet l. 2, 12, 2. ubi, ut et hic, illustrandam nobis praebuit Sigonius. Adhuc de hominibus: nunc etiam aliquid proprium de jumentis. Illa vero non modo, ut homines, volutabantur in tabe nivium super glaciem, sed interdum etiam *infimam* illam nivem, hoc est veterem, duram, molli primum et recenti nive, dein ejus liquescentis tabe obtectam, tum ingredientia pondere et mole corporum ac sarcinarum gravatam secabant, collidebantque, tum prolapsa contentius jactando ungulas ad firmandum vestigium penitus perfringebant. In his, *tum ingredientia, et prolapsa*, particulae valent *cum tum*, vel *et* duplicatum. Itaque non placet Turnebi, *etiam dum infirmam*, 13. Adv. 18. multo minus Sigonii *necabantur interdum etiam, dum.* J. FR. GRON. Post *volutabantur* puto recte poni distinctionem maximam: nam omnia, quae eo usque dicit, ad homines pertinent. ceterarum mutationum causam non video. Non dicit Gronovius, in scriptis *ita* invenerit, an *itaque.* Sed ex adnotatione Hearnii propemodum credo, in plerisque esse *ita.* DUK. Mihi quoque ex conlatione Livii cum verbis Polybii certum est, majorem distinctionem post verbum *volutabantur* recipiendam esse; et vocem *jumenta*, quae a sequentibus interpunctione distinguitur, iis jungendam esse. In verbis autem Livii *ipsis adminiculis prolapsis iterum corruerent* legunt Flor. et Ber. a m. 2. *ipsis adminiculis prolapsi si iterum corruerent* Cant. *ipsis adminiculis prolapsis iterum corruissent* Voss. Lo-

Digitized by Google

posset, erant; ita in levi tantum glacie tabidaque nive volutabantur. jumenta secabant; interdum etiam, 8

vel. 2. 3. 4. 5. Harl. Gaertn. Rec. Hav. Hearnii L. 1. D. N. et Vatic. Latinii. *ipsis adminiculis prolapsi iterum corruissent* pr. edd. Tum *nec stirpes circa radices suas* Voss. et Lovel. 1. ac 2. *nec stirpes cura radicesve suae* Lovel. 5. Deinde *itaque*, quod Gronov. probavit, non nisi in edd. pr. exstat; cujus loco constanter *ita* legunt codd. Et hoc praeferendum videtur; respondere enim puto praecedenti particulae *ut*. Videtur distinguendum ac legendum esse. *Tetra ibi luctatio erat. ut a lubrica glacie, non recipiente vestigium, et in prono citius pedes fallente*, (sc. *corruerant*, quod ex sequenti hic repetendum) *et, seu manibus in adsurgendo seu genu se adjuvissent, ipsis adminiculis prolapsis, iterum corruerant, nec stirpes circa radicesve, ad quas pede aut manu quisquam eniti posset, erant; ita in levi tantum glacie tabidaque nive volutabantur. Jumenta* etc. Cl. Crevier. si lectio vulgata maneat, *nec stirpes* interpretatur *ne stirpes quidem*. Planius tamen et expeditius fore putat, si legamus *ipsis adminiculis prolapsi iterum corruebant*.

§. 8. *Jumenta secabantur, interdum etiam infima ingredientia nivem*] Mutatis *infima* in *semita*, quasi solum jumentorum semita secaretur. Legendum est, *infimam ingredientia nivem*. VALLA. Ita [*secabantur interdum*] quidam restituerunt hunc locum, cum prius *necabantur* legeretur. Sed totus hic locus verbis sequentibus perquam obscurus est, ideoque et hic Polybii verba ex interpretatione Perotti ponam, si studiosus lector, fortassis his adjutus, melius Livii sensum percipere queat. *Jumenta vero* (inquit) *interdum quidem prolapsa glaciem secabant: sed pressa oneris magnitudine, pedibusque eorum indurata glacie perstrictis, moveri postea inde non poterant*. Haec ille. Tu etiam atque etiam vide, quid sensus ex his Livii verbis colligere queas: *Et prolapsa, jactandis gravius in continendo ungulis, penitus perfringebant*. Nam ego ea plane non intelligo. GLAR. Primum dicam, quae in his verbis emendanda arbitror, deinde qui sit eorum sensus. nam cum Glareanus, homo ingenuus, plane se ignorare profitetur. in vet. lib. est, pro *itaque*, *ita*; pro *secabantur*, *necabantur*; pro *interdum etiam tum*, *interdum etiam dum*, pro *infirmam*, *infimam*; pro *alta concreta*, *alte concreta*, †,, Glareanus libenter ,, fatetur, se nescire quaedam, ,, imo plurima, exemplo D. Eras- ,, mi praeceptoris sui, Angeli Po- ,, litiani ac aliorum doctissimo- ,, rum virorum. At Sigonio om- ,, nia sunt pervia ,, †. Ea vero omnia probe habere, sensus ipse demonstrat, qui est ejusmodi: In superanda rupe duplex labor susceptus est, unus propter recentem modicam, alter propter veterem intactam nivem. Nam cum superior illa hominum jumentorumque incessu dilapsa esset, et per nudam infra glaciem, fluentemque labem liquescentis nivis ingrederentur, tetra ibi luctatio erat, ut ab lubrica glacie non recipiente vestigium, et in prono citius pede se fallente. Et seu manibus in assurgendo, seu genu se adjuvissent, nec stirpes circa radicesve, ad quas pe-

Digitized by Google

tum infimam ingredientia nivem, et prolapsa jactandis gravius in continendo ungulis, penitus perfringebant: ut pleraque, velut pedica capta, haererent in durata et alte concreta glacie.

de aut manu quisquam eniti posset, erant. Atque hunc, inquit, in modum, *in levi glacie tabidaque nive jumenta volutabantur.* addit deinde. *Necabantur interdum etiam, dum infimam ingredientia nivem, et prolapsa jactandis gravius,* ut se continerent, *ungulis perfringebant, ut pleraque velut pedica capta haererent in durata, et alte concreta glacie.* Quam posteriorem sententiam sic expressit Polybius [3, 55.] *τὰ δ' ὑποζύγια διέκοπτεν, ὅτε πέσοι, τὴν κάτω χιόνα κατὰ τὴν ἐξανάστασιν. διακόψαντα δὲ ἔμενε μετὰ τῶν φορείων.* Id est, *jumenta vero perfringebant, ubi prolapsa erant, infimam nivem in assurgendo. qua fracta haerebant una cum oneribus.* SIG. Lego *Secabant interdum etiam, dum infirmam ingredientia nivem, et prolapsa, jactandis gravius in continendo ungulis, penitus perfringebant.* Nam et firmam illam nivem dicit Polybius, sed et infirmam, itaque utrumque legi potest. Auguror autem *continere* esse, se in prolapsione a lubrico retinere, et cohibere conari. *Secabant* autem est, quod *διέκοπτεν* Polybius dixit. TURN. 13. Adv. 18. Restitutio hujus loci debita est Turnebo. GRUT. Pal. pr. *secabantur interdum etiam. tamen infimam ingredientia nivem.* neque aliter tert. At vero sec. *ut seu manibus in assurgendo, seu genu se adjuvissent ipsis adminiculis prolapsis iterum corruerent. nec stirpes circa radicesve, ad quas pede aut manu quisque eniti posset, erant. Ita in levi tantum glacie tabidaque nive volutabantur jumenta secabantur: interdum etiam femina ingredientia nivem et prolapsa jactandis gravius in continendo ungulis perfringebant: ut plera velut pedica capta haererent in dura et alta concreta glacie.* GEBH. *jumenta necabantur* Voss. *jumenta sectabantur* Lovel. 1. *jumenta secabantur* Lovel. 2. 3. 4. 5. Harl. Ber. Gaertn. Hav. Hearnii N. D. et edd. principes. *jumenta secabant* Cant. et Flor. in posteriori tamen cod. ultimae literae posterioris vocis inposita est nota, quasi librarius etiam vellet *secabantur.* Gruterus in ultima ed. ex Turnebi conjectura *secabant* recepit. Tum *interdum etiam tam infimam ingredientium nivem* Flor. *interdum etiam tamen infimam ingredientia nivem* Cant. et Lovel. 4. ac 5. *interdum etiam tam infimam ingredientia nivem* Voss. Harl. Gaertn. et Hav. *interdum tam infimam ingredientia nivem* Lov. 1. et 2. *et interdum infimam ingredientia nivem* Ber. *interdum etiam tum infirmam ingredientia nivem* edd. princ. Optime hunc locum constituit Gronovius paullo superius ad §. praec.

Jactandis gravius in continendo ungulis] An non melius *connitendo*? T. FABER. Turnebus putat 13. Adv. 18. *continere* hic esse se a prolapsione in lubrico retinere, et cohibere conari. Sed Polybius et Livius loquuntur de jam lapsis. Itaque non displicet conjectura Fabri, quam etiam confirmant verba Po-

Digitized by Google

XXXVII. Tandem, nequidquam jumentis atque 1
hominibus fatigatis, castra in jugo posita, aegerrime ad id ipsum loco purgato. tantum nivis fodiendum atque egerendum fuit. Inde ad rupem munien- 2

lybii κατὰ τὴν διανάσασιν, *in adsurgendo, dum nituntur adsurgere.* Cicero 5. de Finib. 15. *Connitunturque, ut sese erigant.* Sallust. Jug. 101. *Niti modo ac statim concidere.* Curtius 7, 3, 13. *Ut rursus ad surgendum conniti non possent.* Et 9, 5, 13. *Clipeo se adlevare conatus est, et postquam ad connitendum nihil supererat virium.* DUK. Cl. Jac. Perizonius tuendae vulgatae lectioni ad marginem Livii adscripserat locum ex 22, 2, 6. *Galli qui neque sustinere se prolapsi, neque adsurgere ex voraginibus poterant.* Mihi tamen Fabri, transpositis literis *connitendo*, pro *continendo*, scribentis, conjectura haud inprobanda videtur.

Velut pedica capta, haererent indurata et alta concreta glacie] Silius [3, 550.]

Dumque premit sonipes duro vestigia cornu, etc.

MOD. Lege *haererent in durata et alte concreta glacie.* Plerique etiam libri *dura.* Multa hujus loci eleganter expressit Petronius in specimine belli civilis, et tantum debet Livio, quantum Livius Polybio. J. FR. GRON. *in dura* Flor. Harl. et Hearnii L. 1. et N. a m. 2. V. ad Livii 10, 37, 2. *in dura* etiam edd. principes, pro quo Colon. anno 1525. *indurata* substituit, Frobenius anno 1531. *in durata.* Sed mox anno 1535. *indurata;* quod deinde editores servarunt usque ad Gronov. qui anno 1667. *in durata* emendavit. Praeterea *et alta concreta glacie* Voss. Lov. 2. 4. 5. Ber. Hafn. Gaertner. Hav. et Hearnii N. *et lata concreta glacie*, transpositis literis, Lov. 1. V. ad 5, 37, 7. *et alta concretaque glacie* Lov. 3. *et late concreta glacie* recte Flor. et Cant.

§. 1. *Tandem, nequidquam jumentis*] *Tamen nequidquam* Lov. 1. V. ad 22, 2, 11. *Tum nequidquam* Lovel. 2. *nequiquam* Flor. V. ad 40, 47, 9. Mox *aegre jam*, pro *aegerrime*, Lov. 4. et 5. Hinc *tantum fodiendum nivis* Lovel. 1. Denique *erigendum*, pro *egerendum*, Hearnii N. in margine.

§. 2. *Ad rupem minuendam*] Lego *muniendam.* Polybius enim [3, 55.] scribit τὸν κρημνὸν ἐξοικοδόμει, et mox οἰκοδομίαν appellat. Interpretor autem *munire*, per rupem viam aperire, viamque in ea munire, et tamquam struere, eam caedere, et in ea opere laboreque militari complanare, et aequare iter, aut deorsum deprimere, et declive reddere quodam anfractu molli. Itaque qui aggerem jaciunt, fossas aperiunt, vias muniunt, *munitores* vocantur. Esse autem ita legendum, ex eo etiam apparet, quod non longe hinc scribitur: *Et quies muniendo fessis hominibus triduo data.* TURN. 13. Adv. 18. Turnebus *muniendam*. *Munire viam* est apud Senecam Ep. 33. Varr. περὶ αἱρέσεων apud Prisc. l. 3, [607.] in Sesquiulysse apud Non. in *Desabulare.* Plautum in Milit. [2, 2, 68.] Caesar 7. Bell. Gall. [58.] Ego olim *moliendam* legi debere putavi. KLOCK. Turnebi est *munien-*

Digitized by Google

dam, per quam unam via esse poterat, milites ducti, quum caedendum esset saxum, arboribus circa inmanibus dejectis detruncatisque, struem ingentem lignorum faciunt: eamque (quum et vis venti apta faciendo igni coorta esset) succendunt, ardentiaque
3 saxa infuso aceto putrefaciunt. Ita torridam incen-

dam, pro *minuendam*. GRUT. Klockii conjectura *moliendam* firmari posset loco Livii 9, 3, 3. *Num montes moliri sede sua paramus*. Sed praeferenda est conjectura Turnebi *muniendam*. Ita enim Flor. Cant. et plures alii codd. Id etiam probat locus infra 27, 39, 7. *Per munita pleraque transitu fratris ducebat*. Quin *munire viam*, *iter* apud Livium passim obviae sunt locutiones. Ita 25, 11, 18. 39, 28, 8. 44, 9, 11. et alibi. Tandem *minuendus* et *muniendus*, duabus tantum literis transpositis, a librariis commutari, supra vidimus ad 6, 27, 8.

Per quam via una esse poterat] Repone ex Flor. et Gud. *ad rupem muniendam*, *per quam unam via esse poterat*. J. FR. GRON. *per quam inde via una esse poterat* Gaertn. Sed recte *per quam unam via esse poterat* Cant. et Hearnii L. 1. et D.

Arboribus circa inmanibus dejectis detruncatisque] Silius meus MS. nam in vulgatis est hic locus, ut pleraque omnia, quae huc allegamus, corruptissimus contaminatissimusque, haec sic effert [3, 638.]

Noctem operi jungunt etc.

MOD. *arboribus circa minantibus* Pal. sec. GEBH. Silii verba plura in nota Modii resecui, brevitati studens. Id autem mihi permissum esse existimavi, quia Modii emendationem ex ejus Novant. et hic et alibi, ubi verba poëtae emendata profert, ad ipsum Silium olim produxi. In sequentibus *struem ingentem lignorumque* Lovel. 3. *struem lignorum ingentem* Lov. 4. et 5.

Quum et vis venti apta faciendo igni coorta esset] Vocula *et* deerat in Ber. a m. 1. *sectam faciendo igni* Lovel. 4. 5. *septa faciendo igni* Lov. 1. 3. Harlej. Gaertn. Hav. et omnes codd. Latinii. *saepta faciendo igni* Flor. *cepta faciendo igni* Ber. Rec. et Hearnii N. *quum ejus vento septa faciendo igni* Cant.

Ardentiaque saxa infuso aceto putrefaciunt] *Saxa putrefacere aceto* est aceto saxa solvere et frangere. Saxorum enim torridorum et candentium infusum acetum compages et nexus resolvit et laxat, quod *putrefacere* appellat. TURNEB. 13. Adv. 18. *candentiaque saxa* Hav. Tum *saxa infusa aceto* Harl. Idem autem, quod hoc loco Livius narrat, de Hannibale referunt etiam App. Alex. in Hannib. p. 315. Juven. Sat. 10, 153. et quos viri doeti ad eum locum laudarunt. Eam autem aceti vim esse, ut *saxa rumpat infusum*, *quae non ruperit ignis antecedens*, docet Plinius 23. H. N. 1. in fine; qui etiam 33, 4. testatur, silices *igni et aceto* rumpi. V. etiam Dion. Cass. 36, 8. Verum unde Hannibali tanta aceti copia in Alpibus?

Digitized by Google

dio rupem ferro pandunt, molliuntque amfractibus modicis clivos, ut non jumenta solum, sed elephanti etiam, deduci possent. Quatriduum circa rupem 4
consumtum, jumentis prope fame absumtis: nuda enim fere cacumina sunt, et, si quid est pabuli, obruunt nives. Inferiora valles et apricos quosdam 5

Aceti infusi nullam mentionem fecit Polyb. (* v. Acta Lips. anni 1741. p. 203.)

§. 4. *Quatriduum super rupem consumtum*] Alii emendarunt *circa rupem*. non multum ad rem, meo judicatu. Nam dierum numerum, quem postea ponet Livius, juvare conati sunt. Si enim nono die in juga Alpium perventum est, biduumque ibi stativa habita, deinde tertio die ad rupem multo angustiorem ventum, quatriduumque circa eam absumptum: denique postremo quiete data triduo, atque ita in planum descensum, numerus excresceet in decem et novem dies, cum Livius decimo quinto die superatas dicat esse Alpes. Sed in biduo etiam intelligo nonam diem, ita ut undecimo die ad multo angustiorem rupem venisse dicantur. Quatriduum autem sequens ita partitus est Polybius [3, 55.] ut unum diem labori datum, pro deducendis equis jumentisque dicat, reliquum triduum elephantis deducendis. Igitur hoc sequenti triduo jumenta equique in plano pasta; quanquam Livius dicit, triduum datum etiam hominibus muniendo fessis, atque deinde in planum descensum. Sed cum in hac numeri summa secutus sit Polybium, etiam in partibus sequi oportuit, meo quidem judicio. Sed judicent doctiores. GLAR. Lectio, quae in capite adnotationis Glareani conspicitur, superfuit in edd. usque ad Aldum, qui loco ejus substituit *circa rupem*, consentientibus omnibus scriptis. Insuper tamen *Quatriduo circa rupem consumto* Hearnii N. Quod autem in Livio hic carpit Glareanus, breviter etiam monuit Cluver. 1. Ital. ant. 33. p. 379.

Jumentis prope fame absumtis) Ita edidit Cl. Jac. Gronovius, secutus, ut videtur, fidem Flor. et Cant. quos ita legere ex eorum excerptis didici. Antea edebatur *jumenta prope fame absumebantur*; quae lectio superest in reliquis meis, nisi quod quidam eorum adhuc corruptius praeferunt *assumebantur*. Mox τὸ *est* deficit in Gaertn.

§. 5. *Inferiora vallis apricos quosdam colles habent*] Vet. lib. *Inferiores valles*. SIG. Pall. pr. et tert. *Inferiora valles*. sec. *Inferiora vallis apricos quosdam colles habet*. *Inferiora vallis* ut supra c. 34, 7. *Extrema agminis*. GEBH. Quum in MSS. inveniatur vel *Inferior vallis*, vel *Inferiora valles* et *vallis*, etiam in editis ante Sigonium, monuerat paterna manus edendum *Inferiora vallis*. Sed nihil de una quadam valle. Sermo pertinet ad inferiora montium; in his ait esse valles et mixtos apricos colles. Itaque lege ex Cantabrig. *Inferiora valles et apricos* etc. JAC. GRON. *Inferior vallis* Flor. a m. 2. *Inferiora vallis* Voss.

Digitized by Google

colles habent, rivosque prope silvas, et jam huma-
6 no cultu digniora loca. Ibi jumenta in pabulum
missa, et quies muniendo fessis hominibus data tri-
duo. inde ad planum descensum, etiam locis mol-
lioribus et adcolarum ingeniis.

1 XXXVIII. Hoc maxime modo in Italiam perven-
tum est, quinto mense a Karthagine nova, (ut qui-
dam auctores sunt) quinto decimo die Alpibus su-
peratis.

Lov. 2. Harl. Rec. et Gaertner. *Inferiores valles* Ber. Hafn. et Hav. *Inferiora valles* Flor. a m. 1. Lov. 4. 5. et Hearnii N. *Inferiora valles et apricos quosdam colles habent, rivos quoque prope silvas* Lovel. 3. Quod, certe prius illud, a Gronovio etiam ex Cant. et a Crevier. ex Mſto Regio probatum, verius puto, et in contextum recepi. *Inferiora* nempe hic obponuntur *cacuminibus* modo memoratis, et intelliguntur inferiora montium, Alpium.

Etiam humano cultu digniora loca] Bis hic in vicino dividenda particula: nimirum *et jam humano cultu digniora loca.* tum, *et jam locis mollioribus, et accolarum ingeniis.* J. FR. GRON. V. ad 1, 47, 9. *et humano cultu* Hearnii N.

§. 6. *Ad planum descensum, etiam locis mollioribus et adcolarum ingeniis*] Edd. omnes usque ad Jac. Gronovium legunt *descensum est.* Sed vir Clariſſ. *τὸ est* expunxit; et recte. In nullo enim apud me codice superest. Deinde *ut jam locis mollioribus, ita accolarum ingeniis* legendum conjicit N. Heinsius ad Velleji Pat. 2, 115. Verum ita mutandi nullam neceſſitatem video, praesertim codd. omnibus in vulgatum consentientibus, nisi quod *locis etiam mollioribus* legat Ber. Cum Gronov. tamen malo *et jam locis mollioribus;* quem v. ad §. praec. Crevier. malebat *jam et locis mollioribus.* Paullo ante *quies in muniendo* Hearnii N. a m. 2.

§. 1. *Hoc maxime modo perventum est in Italiam*] Pall. tres *in Italiam perventum est.* GEBHARD. Consentiunt omnes mei; itaque edidit Cl. Jac. Gronov. Praeterea *Hoc maximo modo* Lov. 1. 2. 3. Harl. et ed. Parm. Malc. V. ad 5, 40, 5.

Quinto decimo die Alpibus superatis] Polybius [3, 56.] τὴν δὲ Ἄλπεων ὑπερβολὴν ἡμέραις πεντεκαίδεκα κατῆρε τολμηρῶς. SIG. *quinto deno die* Lov. 3.

§. 2. *Viginti equitum fuisse scribunt; qui minimum, viginti millia peditum, sex equitum*] *decem millia equitum fuisse*, et tum *sex millia equitum* Hav. contra *viginti peditum, sex equitum* Hearnii N. a m. 2. Paullo ante *Quantae copiae fuerint transgresso Hannibali* Berol. *Quantae copiae, transgresso in Italiam Hannibale, fuerint* Lov. 4.

§. 3. *L. Cincius Alimentius, qui captum se ab Hannibale*

Digitized by Google

peratis. Quantae copiae transgresso in Italiam Hannibali fuerint, nequaquam inter auctores constat. qui plurimum, centum millia peditum, viginti equitum fuisse scribunt; qui minimum, viginti millia peditum, sex equitum. L. Cincius Alimentus, qui captum se ab Hannibale scribit, maxime auctor me moveret, nisi confunderet numerum, Gallis Liguribusque additis: cum his octoginta millia peditum, decem equitum, adducta in Italiam: (magis adfluxisse

scribit, maxime auctor moveret me) Vet. lib. *Alimentus*, non hic solum, sed etiam in epistolis ad Atticum. Quod probo. Cognomen enim est Cinciorum, ut *Rutilus* Marciorum, non, ut vulgo, *Rutilius*. In iisdem libris est *maximus auctor*. et hoc quoque placet. *Maximum* enim *auctorem* vocat locupletissimum, quippe qui rebus ipsis gerendis interfuerit. SIG. Pall. duo *Cinnius Alimentius*. Prisca ed. *L. Cinius Alimentius*. Mox tres Pall. codd. *maxime auctor moveret, nisi confunderet*. GEBH. Immo *maxime*, ut ante Sigonium lectum fuit, et habent omnes nostri: quod conjungendum adverbium cum verbo. L. 28. D. de rebus auct. jud. *Me illud maxime movet, quod praeceptoribus tuis placet, unum esse testamentum*. Quin et valde suspectum habeo illud iteratum *scribit*: volebat enim Livius significare, se maxime moveri a Cincio *auctore*, *tot millia fuisse adducta. Auctor*, qui prodidit: atque adeo ea vox *τὸ scribit* sensu complectitur. V. ad 8, 30, 9. Sed et ignorat id Vossianus. Plerique etiam *τὸ me*. J. FR. GRON. *L. Cinnius* Flor. Vos. Lov. quinque, Harl. Gaertn. Hearnii N. et priscae edd. *L. Cinius* Hafn. *L. Cecinius* Ber. *L. Civius* Hav. *L. Cninius* edd. Rom. anni 1472. et Parm. *L. Cinnitius* Ascens. anno 1510. *L. Cinnius* anno 1513. *L. Cintius* anno 1516. in utriusque marginem altera lectione *L. Cinnitius* rejecta. *L. Cincius* tandem Moguntini. Deinde *Alimentius* Flor. Lov. 1. 3. 4. 5. Harl. Gaertn. et Hearnii L. 1. et N. *Alimetius* Ber. et edd. Rom. anni 1472. ac Parm. *Alimecius* Hav. Sed recte *Alimentus* Sigonius, quem etiam v. ad 26, 23, 1. 27, 29, 4. et 29, 20, 11. Praeter ea voces *qui captum se ab Hannibale scribit, maxime* se in D. non invenisse Hearnius testatur. Hinc *maximus auctore* Cant. *maximus auctor* Harl. Ber. et Hav. A quibus recte reliqui mei et Hearnii codd. dissentiunt, *maxime auctor* praeferentes. Tum *me* deficit in Flor. a m. 1. Voss. Lov. 1. 2. 3. 5. Harl. Ber. Gaertn. Hav. et Hearnii N. *me moveret* edidit Cl. Jac. Gronov. quomodo est in Flor. a m. 2. et Cant. An itaque in prioribus *τὸ me* haustum est a proxime sequentis vocis syllaba initiali? Mox *ubi confunderet*, pro *nisi*, Hav. V. ad 9, 5, 3. Ceterum, quae a Gronovio de verbo *scribit* hic adduntur, pertinent ad §. seq. ubi iterum obcurrit, et Gronovius alia notavit, non autem ad hunc §. quo male ea retulit Hearnius.

§. 4. *Cum his scribit octogin-*

Digitized by Google

5 verisimile est, et ita quidam, auctores sunt.) ex ipso autem audisse Hannibale, postquam Rhodanum transierit, triginta sex millia hominum, ingentemque numerum equorum et aliorum jumentorum amisisse in

ta millia peditum, decem equitum adducta] Florent. quoque et Gud. *cum his LXXX*, sine τῷ *scribit*. J. FR. GRON. Eamdem vocem ignorant quoque Cant. Voss. Lov. quinque, Harl. Ber. Gaertn. Hav. et Hearnii Oxon. Tot igitur testimoniis damnatam vocem expunxi. Insuper pronomen *his* deest etiam in Lovel. 4. et Harl. Pro *scribit* autem *et* legunt Lov. 2. et Ber. Tandem *reducta* Hav.

Magis adfluxisse verissimum est] Credo legendum *verisimile est*. VALLA. Bene sic conjecit Valla. Interim Pall. duo *verissimum est*. tert. *affuisse verissimum est*. Prisca ed. *verisimillimum est*. GEBH. *verissimum est* Flor. Cant. Voss. Lov. 1. 2. 4. 5. Harl. Ber. Rec. Gaertn. et Hearnii N. *affuisse*, quod Gebh. in Pal. tert. invenit, erranti librario adscribendum est. Alibi etiam *adfluxi* et *Adfui* commutantur. V. Cel. Burm. ad Suet. Oth. 5.

§. 5. *Triginta sex millia hominum*] Polyb. [3, 60.] *XXXVIII. millia* edit. πεζοὺς ὀκτακισχιλίους καὶ τρισμυρίους. Eorum vero dimidiam partem in Alpibus superandis amisisse. SIGON. *XXXIII millia* Lov. 3. Hafn. et Hearnii D. Superius *audivisse* Ber. et edd. vett. pro quo Aldus dedit *audisse*, scriptis aliis concinentibus. At insuper *ex ipso Hannibale audisse* Lovel. 1. τὸ *autem* non adparet etiam in Lov. 2. 3. Ber. a m. 1. et Hearnii N. Deinde *transierunt* Flor. Lovel. 1. 4. 5. Harl. Ber. Gaertn. Hav. Hearnii N. et edd. antt. cujus loco Moguntini *transierit* substituerunt.

Amisisse in Taurinis, quae Gallis proxima gens erat, in Italiam digresso] Quidam distinxerunt post *in Taurinis*, quasi Hannibal in Taurinis eum numerum amiserit, quem verius toto a Rhodano itinere amisit. Ego quid dicam, vix equidem comminisci possum. Fortassis autem *in Taurinos* legendum. GLAR. Ne in id incommodum incidamus, ut dicendum sit, Annibalem in Taurinis, id est, in Italia, ea amisisse, quae in Alpibus trajiciendis amiserat, legendum est *in Taurinos:* itemque *degresso*, non *digresso*. Est autem verbum Livio familiare, ubi de *descensu* loquitur, idque saepissime vitiatum, ut infra ostendam. Sensus autem erit, se audisse, ipso in Taurinos, quae Gallis proxima gens erat in Italia, degresso, triginta sex millia, postquam Rhodanum transierit, amisisse. Taurinos scribit Polybius [3, 60.] ad radices Alpium fuisse. † „*in Taurinos* etiam Glareanus legendum ante admonuerat." † SIG. In solis ergo Taurinis tanta ea jactura? imo modica ibi, aut nulla: in ipsis Alpibus pericrant: nec tamen *XXXVI. M.* (nimium sit) sed *XXVI* scribe. Hoc primum. De Taurinis autem viderunt Glareanus et Sigonius, conatique mederi: *in Taurinos*. quasi ab Annibale hoc Cincius audierit digresso jam in Taurinos. Logi. distinguo et lego: *aliorumque jumentorum amisisse. E Taurinis, quae Gallis proxi-*

Digitized by Google

Taurinis, quae Gallis proxima gens erat, in Italiam degresso. Id quum inter omnes constet, eo magis 6
miror ambigi, quanam Alpes transierit: et vulgo credere, Penino, atque inde nomen et jugo Alpium in-

ma gens erat, in Italiam digressum, cum inter omnes constet; eo magis. Firmat ipsa res, tum et libri prisci, in quibus *amisisse, Taurinis* sine vocula illa media scriptum. Vides igitur clare in Taurinos descendisse, quod et Livium secutus, ut solet, Silius expressit [3, 645.]

His tandem ignotas transgressus casibus Alpes
Taurinis ductor statuit tentoria campis.

Sed de ipsis Taurinis addit, *quae Gallis proxima gens.* An non igitur Taurini tunc Galli? non, sed Liguribus videntur accensiti. Strabo de iis [4, 204.] Λιγυστικὸν ἔθνος. *Ligurum natio.* quod ad originem fortasse verius referas, et situ tamen Galli erant: ideoque hic rescribas *quae Galliae.* Ea gens Galliae proxima Italiae erat in illo tractu. LIPS. Centur. 1. ad Belgas epist. 1. Pal. pr. *et alium jumentorum amisisse. Taurinis, quae Gallis.* ut et concipiunt reliqui duo. Mihi non displicet legi cum Glareano *amisisse: in Taurinos, quae Gallis proxima gens erat, in Italiam degresso.* GEBH. Quae hic Glareanum, et Sigonium, et Lipsium exercuerunt, ita formamus: *triginta millia hominum ingentemque numerum equorum et aliorum jumentorum amissa, Taurinis, quae Gallis proxima gens erat, in Italiam degresso*, nempe Annibali. Duo autem hac brevitate sermonis significantur: et tantum hominum magnumque jumentorum numerum amissum, et per Taurinos in Italiam ventum; ne quis ita accipiat, quasi, dum transit per Taurinos, id damnum fecerit. Nec adversum, quod mox de Cremonis jugo: nam Coelium ex suis ipsum quodammodo verbis refellit Livius. J. FR. GRON. *amisisse Taurinis*, omissa media praepositione, omnes mei et Hearnii Msti. Deinde *Taurinisque Gallis* Rec. et Gaertn. *Taurinisq; ne Gallis* Harl. *Taurinis ne Gallis* Lov. 1. et 3. *Taurinisve Gallis* Lovel. 4. 5. et Hearnii L. 1. *Taurinis, Gallis quae* Hearnii N. *Taurini Galli* Ber. et Hafn. *Taurinis, quae Galliae* Cant. Ex his nihil propius esse video, quam ut vel cum Gronovio legamus *amissa, Taurinis, quae Gallis proxima gens erat, in Italiam degresso*, quam lectionem sibi etiam multum placere Crevier. testatur, vel *amisisse*, aut *amisisse se, Taurinis, quae Gallis proxima gens erat, in Italiam degressum. degressum*, inquam, non *digressum.* V. ad 4, 17, 11. Sigonius enim, *digredi* hic locum habere non posse, recte docuit. Ita non nisi leviter a vulgatis recedo. *se* facillime excidere potuit ob vocis praecedentis syllabam finalem. V. ad 34, 11, 7. τὸ *in* expunxi omnium Msstorum auctoritate. pro *digresso* autem scribo *degressó*, id est *degressom*, pro *degressum.*

§. 6. *Quanam Alpes transierit: et vulgo credere, Pennino*] Potius *vulgum.* Audisne porro, vulgum hoc credere de Penino, non Livium, qui aperte nunc et in sequentibus damnat? ut nesciam, ubi mens Jovio fuerit, cum Livio hoc affinxit. LIPS.

Digitized by Google

7 ditum, transgressum. Coelius per Cremonis jugum dicit transisse: qui ambo saltus eum non in Tauri-

Centur. 1. ad Belg. epist. 93. Lipsius *vulgum*. Sed istud omnes libri, et ferot ut intelligatur ex praecedenti membro *omnes*, aut, quod huic facile includitur, homines. Cic. 16. Fam. 10. *vulgo loquebantur*. Mox forte *nomen ei jugo Alpium*. J. FR. GRON. Recte Gronovius vulgatum adversus conjecturam Lipsii defendit. Omnes enim, quibus usus sum, codices *vulgo credere* praeferunt. Eadem opera refellitur etiam conjectura Bocharti, qui in Geogr. sacr. part. 2. lib. 1, 42. vel *vulgo credi*, vel *vulgus credere* legendum arbitratur. Doujatius etiam putabat, haud dubie rotundius fore, si post passivum *ambigi*, quod praecessit, nunc inseretur *vulgo credi*. Tandem tamen, quoniam codd. scripti habent activum *credere*, vel subintelligebat *homines*, vel e proximo repetebat *omnes*. At saepius viri docti observarunt, Livium, ut oratio varietate gratior foret, verbo passivo activum, et contra subjunxisse. V. ad 8, 34, 9. Neque mirum videri debet, hic substantivum deesse. Nihil magis Livianum est, quam si simpliciter dicatur *vulgo credunt*, pro *homines* vel *omnes*, etiamsi ea vox proxime non praecessisset, *credunt*. V. quae notantur ad 34, 56, 11. Cur ergo minus liceret *miror vulgo credere?* Praeterea *quasnam Alpes* Lovel. 4. quod eodem modo accipi posset, quo *diversis Alpibus* supra hoc lib. c. 31, 4. Sed potius *quanam*, reliquorum codicum auctoritate firmatum, servo, et intelligo pro quanam parte, quemadmodum saepe *qua* et *quacumque* simpliciter ponuntur pro qua parte, et quacumque parte. V. ad 2, 31, 2. et 5, 37, 5. Deinde *Appennino* Gaertn. *Poemo* Lovel. 5. *Poenino* Flor. Voss. Lovel. 1. 2. *Penino* Ber. et Hav. V. ad 5. 9. Quamquam autem omnes codd. in verbis sequentibus servant *τὸ et*, adscentior tamen Gronovio *ei* substituenti. Saepius ita lapsi sunt scribae. V. ad 41, 25, 6. Ceterum iter Hannibalis per Alpes, et quanam parte eas transierit, multis inlustrant Lipsius Centur. 1. ad Belg. Ep. 93. et Cluver. 1. Ital. ant. 33, 363. a posteriori interdum in diversa abit Holsten. in Annot. ad Cluver. Ipsi illi videndi sunt; ratio enim notarum non permittit, ut omnia hic inseri possint.

§. 7. *Caelius per Cremonis jugum dicit transisse*] Vide ne *Ceutronis*, vel *Centronis*, ut Plinius ait, sit legendum. Strabo [4, 205.] *Una*, inquit, *via per Salassos ad montes Poeninum ducit, jumentis inaccessibilis, altera per Centrones prolixior*. SABELL. Sic [*Centronis*] habent vetustiores codices, non *Cremonis*. Et *Centronum* cumulii, tum C. Caesar meminit. *Cremonis jugum*, quod quidam substituerunt, quid sit, haud equidem invenio. GLAR. Nusquam lectum hoc *Cremonis jugum*, et ideo Glareanus inclinat legere *Centronis*, quia populi *Centrones* in eo ipso tractu. Atqui *Centronum* tunc potius dixisset. Levis mihi suspicio, ne *Grejonis* vel *Grajonis jugum* sit vera lectio: quod a Grajis Alpibus non abludit, et Plinius ibi Grajos populos locavit. Germanicae originis vox est, et *Grawi* dicti fuerunt, hodieque is mons *Graw-alp* tabulis quibusdam inscriptus. LIPS. Centur. 1. ad Belg. epist. 93. *Centro-*

Digitized by Google

nos, sed per Salassos montanos ad Libuos Gallos deduxissent. Nec verisimile est, ea tum ad Galliam 8

nis legendum esse, jam ante Glareanum suspicatus fuerat Beroaldus tom. 1. Facis Gruter. p. 157. DUK. *Cremonis jugum* esse, quae alio nomine Alpes Grajae vocantur, docet Cluver. 1. Ital. antiq. 32, 339. et 342. Unde tamen id nominis ei quaesitum sit, plane incertum esse pronunciat. Neque aliquid in hoc nomine mutant scripti, nisi quod *Tremonis* legat Lov. 5. Eo tamen inclinare videtur Cl. Crevier. ut *Centronis jugum* legat a Centronibus, Gallico populo, haud longe a Pennino jugo incolentibus, quum et *Centronicarum Alpium* Plinius mentionem faciat 11, 42. Deinde *collum per Cremonis jugum dicitur transisse* Rec. *collum* etiam Gaertn. *collium*, pro *Coelius*, Flor. Cant. Lovel. 3. 4. 5. Ber. Gaertn. et Hav. *Collius* Lov. 1. et 2. *Eitolius* Hafn. Tum *diceret transisset* Flor. *diceret transisse* Cant. Voss. Lov. 1. 4. 5. Harl. Gaertn. et Hearnii D. et N. a m. 2, in quo a manu altera emendatur *diceres*, quod praeferunt Lov. 2. 3. Ber. et Hav.

Si ambo saltus eum non in Taurinos, sed per saltus montanos] Verbum observa, et mecum sperne, qui *saltus montani?* aut potius, qui *saltus* non *montani?* adhaerent ista: et inamoena etiam repetitio sit voeis jam antecedentis. Itaque scribam *per Sallias montanos*, sive *Salyas*, ut Graeci: quos in eo tractu et circa Ticinum Livius disserte l. 5, (35, 2.) agnoscit. An magis placet *Sallassos montanos?* Nam, et valles et montes habitasse eos, Strabo prodit. Alterutrum sane verum. LIPS. Centur. 1. ad Belg. epist. 93. Reperi in Pal. tert. qui *ambo saltus eum non in Taurinum, sed per saltus montanos ad Libuos Gallos perduxerint.* GEBH. Quid hoc est dicere; *Pennini verticis et Cremonis jugi saltus Hannibalem per saltus montanos ad Libuos Gallos deduxissent?* An non ipsi utriusque jugi saltus fuere montani? Omnino sic existimo: ut qui fuere in ipsis altissimorum montium verticibus. Quomodo igitur *saltus montani* deduxissent Hannibalem per *saltus montanos?* Sane satis hoc in tam gravi auctore absurdum ineptumque. Tu corrigito *per Salassos montanos:* ut mox postea ei dicuntur *Veragri montani.* CLUVER. 1. Ital. ant. 32, 341. *Salassos montanos* recte quidem Cluverius, sed anticipaverat Lipsius Cent. 1. ad Belg. Ep. 93. J. FR. GRON. *per saltus montanos*, quam lectionem recte damnarunt viri docti, servant tamen omnes codd.

Ad Libuos Gallos deduxissent] Libuis et Ptolemaeus et Plinius Vercellas attribuunt. Hic noster auctor l. 5, (35, 2.) ait, olim eos possedisse loca, ubi Verona et Brixia, quae Cenomani Elitovio duce postea ceperint. quanquam eum locum alii aliter legant, ut ibidem commonstravimus. GLAR. *Libuorum* ter mentionem fecit Livius: 5, 35. 1. hoc loco; et 33, 37, 6. Verum omnibus illis locis nomen eorum ab inperitis exscriptoribus corruptum, et non *Libuos*, sed *Libicos*, adpellandos esse, contendit Cluverius 1. Ital. ant. 23, 231. et 2. 32, 342. In vulgatum tamen omnes Mss. hoc loco conspirant. Ceterum *deduxerint* Flor. Cant. Voss. Lovel. 2. Harl. Ber. Rec. Gaertn. et Hav. *deduxerunt* Lovel. 1. 3. 4. et 5.

Digitized by Google

patuisse itinera; utique, quae ad Peninum ferunt,
9 obsepta gentibus semigermanis fuissent. neque, Hercule, montibus his (si quem forte id movet) ab

§. 8. *Utique, quum, quae ad Poeninum ferant, obsepta gentibus semigermanis fuissent*] Illud *semigermani* vehementer me torquet, nec tamen mutare ausim. GLAR. Pall. tres ejiciunt primo *tò quum*. Deinde sec. *tò fuissent*. Denique tert. legit, *utique, quae ad Penium fuerunt, gentibus obsessa semigermanis fuissent*. GEBH. Omnes Msti amandant *tò quum*, et pro *ferant*, plures *fuerunt*. Scribe ergo: *utique, quae ad Penninum ferunt, obsepta gentibus semigermanis fuissent*. J. FR. GRON. Illud *quum* deest etiam ab omnibus meis, ac praeterea praecedens *utique* a Ber. Tum *ad Poemum* Lovel. 5. *ad Penum* Lovel. 2. *ad Poeninum* Flor. et Voss. *ad Peninum* Ber. *ad Apeninum* Harl. V. ad §. seq. Deinde *fuerunt* cum edd. Rom. anni 1472. et Parm. legunt Flor. Lovel. 5. Harl. Gaertn. Hav. et Hearnii N. in cujus margine *ferunt* adscriptum visitur. *fuerunt* Lovel. 3. et aliae ex vett. edd. *fuerint* Cant. *obsessa* autem, quod Gebh. in Pal. 3. invenit, ex errore librarii natum est. V. ad Epit. Liv. 17. Tandem male *patuissent* Lovel. 2. tota vox a m. 2. deleta est in Hearnii N. Ceterum populos, qui ad Alpes Peninas habitant, *semigermanos* a Livio vocari, quia eorum lingua Germanorum, quam Gallorum, sermoni fuit propior, existimat Cluver. 1. Germ. ant. 5, 40.

§. 9. *Si quem forte id movit, ab transitu Poenorum ullo Veragri incolae jugi ejus norunt nomen inditum*] Scripti codices verborum monstra ingerunt, sed in nativam formam ducenda. In iis est, *Poenorum nullo sed uno vel acri*. Lego *Poenorum ulli Seduni vel Veragri*. Utrumque hunc populum Caesar, Plinius, alii montibus his imponunt. LIPS. Centur. 1. ad Belg. Ep. 93. Emendatorum hae nugae; quas, unde profectae sunt, remittimus. vett. *a transitu Poenorum ullo, sed ab uno vel acri incolae jugi ejus norunt nomen inditum*. Meus MS. aliter praeter solitum: *sed a pño seu acri incola* etc. Lego, *sed a penno celsei ocris incolae jugi ejus norunt nomen inditum. Peropportune* etc. vel certe, *sed a penno Veragri incolae jugi ejus norunt nomen inditum*. etc. Merito autem fatemur, hanc emendationem conformatam esse ad Lipsii explicationem hujus loci, quam olim suis ad Tacitum [1. Hist. 61.] inseruit notis. KLOCK. Syllog. Epist. quam edidit Cel. Burm. tom. 1. p. 394. Voss. Fl. *movet*. Quod sequitur, apud primum invenio Frobenium. Omnes ab Tarvisina usque ad Moguntinos: *ab transitu Poenorum nullo, sed ab uno vel acri incola*. Nec secus Lutetiae Saveterius. Andreas, Med. Aldus, Juntas: *nullo sed uno vel acri incola*. Scripti: *nullo sed uno vel acri incolae*. Hic latet aliquid. Habes enim apud Caesarem 3. de bello Gall. [1.] *In Nantuates, Veragros, Sedunosque misit, qui a finibus Allobrogum et lacu Lemano et flumine Rhodano ad summas Alpes pertinent*. Habes apud Plinium 3, 20. inter gentes Alpinas: *Nantuates, Seduni, Veragri, Salassi*. Id nomen hic quoque Livio positum pro explorato habeo: sive fuerit *Sedunoveragri*, sive *Seduni Veragri*.

Digitized by Google

transitu Poenorum ullo Veragri, incolae jugi ejus, norunt nomen inditum; sed ab eo, quem, in summo sacratum vertice, Peninum montani adpellant.

(potuerunt enim mixtae in unum gentes nomen quoque miscuisse, ut *Celtiberi*, *Tauroscythae*) sive denique *Seduni et Veragri incolae jugi ejus*. J. FR. GRON. *si quem forte id movet* Lovel. 1. 2. 3. Harl. Gaertn. Hav. Hearnii N. et priscae edd. usque ad Froben. anni 1535. *si quem movet id forte* Lovel. 4. et 5. *si quem id forte movet* Ber. Hinc *ad transitum Poenorum* Cant. et Hav. Tum *nullo fumo nec acti incolae* Rec. *nullo vel uno velutore in colle* Lovel. 1. *ullo sed uno vel acri incola* Hafn. *nullo sed uno vel acri incola* Lov. 3. et Hearnii N. *nullo suno acri vel incolae* Lov. 5. *nullo sed uno vel agri incolae* Harl. et Hearnii D. *nullo sed uno vel acri incolae* Cant. Voss. Lov. 2. 4. Ber. Gaertn. et Hav. *nullo vel acri in colle* Hearnii L. 1. *nullo Velacri incolae* Flor. Ex his patere puto, vel unam conjecturarum, quas Gronovius proposuit, et Doujatius probavit, veram esse; vel, si proxime vestigiis optimi Flor. insistere velimus, vulgatam scripturam, quam in Froben. ed. anni 1531. primam adparuisse jam Gronovius monuit, praeferendam esse. Haud vereor autem, ne cui placeant conjecturae Klockii. Nam quis, quaeso, probare vellet antiquatam vocem *ocris*? qua antiqui montem confragosum vocabant, teste Festo ea voce, qui ex solo tantum Livio Andronico ejus exempla laudat. Quis ferre posset, ultima hujus capitis verba *sed ab eo, qui* etc. tamquam glossema, expungi, quum in omnibus codd. supersint? Denique *norint inditum*, omissa media voce, legunt Flor. Lovel. 2. 4. Harl. et Gaertn. *norint indictum* Hav. *norunt indictum* Lovel. 1. *norunt inditum* Cant. *inditum norint* Lovel. 5. *notum nomen inditum* Hafn. *norint nomen indictum* Ber. *norint nomen inditum* Lovel. 3.

Sed ab eo, quem in summo sacratum vertice Penninum montani adpellant] Potius *verticem*, cum priscis libris. Nam hoc dicit, ipsum verticem et caput montis sacrum esse barbaro ritu, qui et alibi obtinebat. Docui ad 1. Histor. Taciti [61.] et addo, in sacris conciliis nostris vetari aliquoties *sacrificari ad saxa aut petras*: consimili hercle superstitione. Intelligit autem Livius verticem, qui post quoque nomen tenuit, et leges in Antonini Itinerario [pag. 351. ult. ed.] *Summo Apennino* corrupte, pro *Summo Penino*. Sane *Pinnas* aut *Pennas* locorum vertices etiam nunc nos Belgae appellamus. LIPS. Cent. 1. ad Belgas Ep. 93. *ab eo*, intellige vel Deo, vel heroë. Denique Cluverius *Pennum* 1. Germ. 26. J. FR. GRON. *verticem*, quod Lipsius probat, inveni etiam in Lovel. 4. 5. Harl. Gaertn. et Hav. Reliqui, et inter eos optimi omnes, recte vulgatum tuentur. Non enim Alpes hac dictae sunt ab ipso vertice et capite montis sacro, ut Lipsius existimat, sed a Deo quodam, qui in vertice montis erat sacratus. Hic *Deus Peninus* vocatur in lapide antiquo, quem, in his ipsis Alpibus, in monte magno S. Bernardi, inventum, primus edidit Sponius, tum in Miscell. p. 85. tum in aris Ignotor. Deor. p. 243. in tom. 8. Thes. Antiq. Graec. unde praeter alios repetivit Ampliss. Cuper. in Apoth. Hom. p. 16. ex quo etiam hoc lo-

Digitized by Google

1 XXXIX. Peropportune ad principia rerum Taurinis, proximae genti, adversus Insubres motum bellum erat, sed armare exercitum Hannibal, ut parti alteri auxilio esset, (in reficiendo maxime sen-
2 tientem contracta ante mala) non poterat. otium etenim ex labore, copia ex inopia, cultus ex inluvie tabeque, squalida et prope efferata corpora varie

eo *sed a Deo*, pro *sed ab eo*, scribendum conjicit. Eam autem conjecturam firmat lectio Lovel. 5. *sed ad eo*. Posses etiam *ab Deo*. Nam ita *ea* et *Dea* in codd. commutantur. V. infra ad 29, 11, 6. Quod Cupero, postea etiam in mentem venit Leibnit. tom. 1. rer. Brunsvic. script. p. 45. ubi plura de hoc Deo. Ibidem etiam adduxit optime huc facientem locum Servii ad Virg. 10. Aen. 13. qui ita vulgo editus est: *Locq ipsa, quae rupit* Hannibal, *Apenninae Alpes vocantur. Quamvis legatur, a Poenina Dea, quae ibi colitur, Alpes ipsas vocari*. Primam partem eorum verborum hoc modo restituit Maasvic. *Poeninae Alpes vocantur*. Posteriorem ex conjectura emendat Cluver. 1. Ital. ant. 32, 340. *a Pennino Deo, qui ibi colitur*. Mallem insuper *Alpes ipsas vocari*. Ex lapide illo insuper patet, Deum ipsum dictum fuisse *Peninum*, non *Pennum*, vel *Pinnum*, ut existimat Cluver. in Germ. ant. 1, 26, 188. 2, 4, 348. et 1. Ital. ant. 32, 340. ut taceam Klock. ad verba praec. quamvis forte verum sit, Deum illum ita vocari, quod incolae montium summitates *pin* vel *pen* vocari soliti sint, ut praeter Lips. et Cluver. etiam docet Pontan. in Gloss. prisco-Gall. in v. *Peninae Alpes*. Eam itaque scripturam lapidis secutus, ubique hoc cap. vocem illam *Peninus*, non *Penninus*, scripsi. Et sane ita praeferunt Voss. Lovel. 2. Ber. Hav. pluresque alii. *Poeninum* erat mendose in Flor. Somnia Lazii, unde Alpes *Peninae* dicantur, rejecerunt docti Actor. Lips. auctores in anno CIↃ ⅠↃCCXXX. p. 368. (* V. Acta Lips. anni 1741. p. 203.)

§. 1. *In reficiendo maxime sentientem contracta ante mala*] Praepositio *in* abest ab Hearnii D. In praecedentibus *proximae gentis*, pro *genti*, Flor. Lovel. 1. 3. Harl. et Hav. Tum *armari*, pro *armare*, in Flor. est, ut et Lovel. 1, 4. et Harl. *armati* in Cant.

§. 2. *Otium etenim ex labore, copia ex inopia, cultus ex inluvie tabeque*] Vet. lib. *Otium enim ex labore*. SIG. Sigonii liber *Otium enim ex labore*. Pall. tres *Otium erat enim*. Sed vulgatam tuetur lectionem vetus editio. GEBH. Vet. lib. Sigonii adsentitur ex meis Ber. ex Hearnii codd. D. et a m. 2. N. *Otium erat enim ex labore* Flor. Voss. Lovel. 2. 3. 4. 5. Harl. Gaertn. et Hearnii L. 1. et a m. 1. N. *Otium erat etenim ex labore* Cant. et Lovel. 1. *Otium erat ei ex labore* Rec. *Otium enim erat ex labore* Hav. Mox *varie movebat*, pro *movebant*, Flor. Voss. Lov. 1. 2. 3. 5. et Hafn. Singularia *otium*, *copia*, et *cultus* aeque ad-

Digitized by Google

movebant. Ea P. Cornelio consuli caussa fuit, 3
quum Pisas navibus venisset, exercitu a Manlio Atilioque accepto tirone, et in novis ignominiis trepido, ad Padum festinandi; ut cum hoste nondum refecto manum consereret, sed cum Placentiam con- 4
sul venit, jam ex stativis moverat Hannibal; Taurinorumque unam urbem, caput gentis ejus, quia vo-

mittunt verbum singulare, ac plurale. V. ad 37, 29, 6.

§. 3. *Quum Pisas navibus venisset, exercitu a Manlio Attilioque accepto*] P. Cornelius ante dicitur a Livio venisse Placentiam e Gallia (c. 32, 5.) quanquam alii in eo loco restituerunt *Genuam*. Mirum, cur hic non etiam *Pisas* emendarint. Nisi dicamus, consulem noluisse tyrones objicere Gallis, dubiis sociis, atque ita a Genua Pisas navibus ivisse, ut a praetoribus (nam ita intelligo Attilium Manliumque) exercitum acciperet. GLAR. Polybius (3, 56.) *Πόπλιος δὲ κατέπλευσε εἰς Πίσας. ποιησάμενος δὲ τὴν πορείαν διὰ Τυῤῥηνίας, καὶ παραλαβὼν τὰ παρὰ τῶν ἑξαπελέκων στρατόπεδα τὰ προκαθήμενα καὶ προσπολεμοῦντα τοῖς Βοιοῖς, ἦκε πρὸς τὰ περὶ Πάδον πεδία.* Intelligendum autem est, Genua Pisas venisse. Livius porro nomine *Pisarum* provinciam Liguriam, ut *Arimini* citeriorem Galliam significare solet. L. Manlius Galliam, C. Atilius, opinor, Ligures provinciam obtinebat, ut ante dixi. SIG. *exercitu a M. Attilio Acilioque* Lov. 3. *a Manlio Acilioque* Harl. et Hafn. *a Manlio Attilioque* Lov. 2. Ber. Harl. et Hav. Recte Sigonius *Atilioque* edidit. V. ad 5, 13, 3. Paullo ante *consuli* omittitur in Harl. et Hearnii D. sequens *fuit* in Lovel. 3.

Ut cum hoste nondum refecto manum consereret] *manu consereret* Lovel. 1. *manus consereret* Flor. Cant. et Harl. Utrumque dici solet *conserere manum*, et *manus*. V. ad 6, 42, 5. Paullo ante *et tum novis ignominiis trepido*, pro *et in novis*, Lovel. 5. *timido* Colb. apud Hearnium. *et in novis ignominiis turpitudo* Rec.

§. 4. *Taurinorumque unam urbem* etc.) (Polybius 3, 60.) *Οὐχ ὑπακουόντων δὲ περιεστρατοπεδεύσας τὴν βαρυτάτην πόλιν ἐν τρισὶν ἡμέραις ἐξεπολιόρκησε.* SIG. Illa urbs eo tempore vocabatur *Taurasia*. V. App. Alex. in Hannib. p. 315.

Quia volens in amicitiam non veniebat] Pall. tres *quia volentis in amicitiam*. GEBH. Omnes scripti et Andreas *volentis*. Scribe: *quia volentes in amicitiam non veniebant*. nempe oppidani. Caussa corrumpendi fuit, quod haec putarent non convenire *τῇ urbem*. V. ad 8, 11, 3. Hoc lib. c. 50, 10. *Quibusdam volentibus res novas fore*. Ubi perperam delet *τὸ fore* Gruterus, non cogitans se corrumpere elegantiam *τοῦ volentibus*. J. FR. GRON. *volens* in solis Ber. et Hav. apud me supereſt: contra *quia volentis in amicitiam non veniebat* praeter Andr. etiam plures ex edd. principibus servant; certe id in-

Digitized by Google

lentis in amicitiam non veniebant, vi expugnarat:
5 junxissetque sibi, non metu solum, sed etiam volun-
tate, Gallos adcolas Padi; ni eos, circumspectan-
tes defectionis tempus, subito adventus consulis ob-
6 pressisset. Et Hannibal movit ex Taurinis, incertos,
quae pars sequenda esset, Gallos praesentem se se-
7 cuturos ratus. Jam prope in conspectu erant exer-
citus, convenerantque duces, sicuti inter se nondum

venio in Rom. anni 1472. Mediol. anni 1480. Tarvis. utraque, Venet. anni 1495. aliisque. Idem etiam praeferunt Flor. Cant. Voss. Lovel. 1. 2. 5. Harl. Rec. et Gaertner. quod in priori ed. notarum Gronovius probavit, adscripto loco Polyb. 3, 60. *Τὸ μὲν πρῶτον ἀυτοὺς εἰς φιλίαν προυκαλεῖτο καὶ συμμαχίαν.* *caput gentis ejus, ejusque nolentis in amicitiam venire* legit Lovel. 4. Quod Gronov. repetitis curis hic malebat, obviam mihi fuit in Lov. 3. et Crevierio in uno ē Regiis. At *quia volentis in amicitiam non veniebant* est in Hafn. idque se in L. 1. et D. invenisse Hearne testatur. Quod vel ideo malo, quia propius ad optimorum codd. lectionem accedit. In eo autem eamdem corrumpendi causam habuerunt librarii, quam in altera notavit Gronov. V. ad 38, 29, 9. Id itaque quum non intelligerent, *veniebant* mutarunt in *veniebat*. Mox *vi expugnaverat* Lovel. 2. Ber. et Hav. *expugnabat* Hearnii N. pro quo in margine emendatur *expugnavit*, quod servant etiam pr. edd. Aldus demum substituit *expugnarat*.

§. 5. *Junxissetque sibi, non metu solum*] *junxisset sibi* Flor. Lovel. 2. 3. 4. 5. Harl. Berol. Hearnii N. et edd. Rom. anni 1472. ac Parm. Mox *subitus adventus consulis obpressisset* Lovel. 5. *subito adventu cos. obpressisset* Flor.

§. 6. *Incertus, quae pars sequenda esset, Gallos praesertim se secuturos ratus*] Livius meus *praesentem esse*. Itaque lego, *incertos, quae pars sequenda esset, Gallos praesentem sese secuturos ratus*. Galli incerti Romanorum partem, an Poenorum, sequerentur, nec de Annibale ista. Eos praesentia sua motum iri Annibal haud frustra existimabat. LIPS. Epist. Quaest. 1, 9. Assentior lubenter Lipsio homini amicissimo, subscriboque judicio ejus non sane invitus; praesertim cum manu exarati codicis illius scripturam etiam in editione veteri Moguntina disertim reperiam: quia cum fideliter plane et religiose versatos in ea videam illius adornatores, magnum hoc mihi argumentum est, verissimam hanc esse et germanam loci hujus scripturam. MOD. Ita [*praesentem se*] Lipsii MSS. ita edd. primae. Male deinceps *incertus* etc. *praesertim se*. GRUTER. Ad Lipsii emendationem, quam plenis buccis laudat Modius, Pall. duo quoque alludunt, *incertus, quae pars sequenda esset, Gallos praesentem esse secuturos* (sec. *secuturus*) *ratus*. Tert. vero cum prisca ed. *insertus, quae pars sequenda esset, Gallos praesentem se secu-*

Digitized by Google

satis noti, ita jam inbutus uterque quadam admiratione alterius. Nam Hannibalis et apud Romanos, 8
jam ante Sagunti excidium, celeberrimum nomen erat: et Scipionem Hannibal eo ipso, quod adversus se dux potissimum lectus esset, praestantem virum credebat. et auxerant inter se opinionem, Scipio, 9
quod, relictus in Gallia, obvius fuerat in Italiam transgresso Hannibali; Hannibal, et conatu tam au-

turos ratus. Ego quoque censeo, Lipsii lectionem verissimam esse. GEBH. And. Med. Torv. Ven. utraque, Bechar. Bad. Mog. Ald. et Savet. *incertus* et *praesentem se.* Froben. utraque Coelii, et binae Gryphii *incertos* et *praesentem se.* In Sigonii Manutianam insinuavit *incertos* et *praesertim se;* quod Lipsius se primum corrigere existimabat 1. Epist. Quaest. 9. J. FR. GRON. *incertus* etc. *praesentem secuturos esse ratus* Gaertn. et Flor. a m. 1. *praesentes* a m. 2. *incertus* etc. *praesentem se secuturos ratus* Cant. Lovel. 4. et Hearnii D. *incertus* etc. *praesentem esse secuturos ratus* Voss. Lovel. 2. et Harl. *incertos* etc. *praesentem esse secuturos ratus* Lov. 1. 5. Hafn. Ber. et Hearnii N. *incertos* etc. *praesentes esse secuturos ratus* Hearnii L. 1. *incertos* etc. *praesentem se secuturos ratus*, ut Lipsius emendavit, Lovel. 3. et Rec. Voces plures *adcolas Padi* etc. *sequenda esset Gallos* desunt in Hav. librarii culpa. sed ultima praefert *praesentem esse secuturos ratus.* Mihi quoque Lipsianum non displicet, nisi malis *incertos* etc. *praesentem secuturos esse ratus.* Cluverius 1. Ital. ant. 11, 88. conjiciebat. *Et Hannibal movit ex Taurinis in incertos, quae pars sequenda esset: Gallos praesentem se secuturos ratus.*

§. 7. *Convenerantque duces, sicut uterque inter se nondum satis noti, ita jam imbutus uterque*] Prius *uterque* non est in Flor. et Gudiano. et sufficit alterum. J. FR. GRON. *convenerunt* Hearnii N. sed alterum in margine. Deinde *sicut utrique inter se nondum satis noti* Harl. Hav. et Hearnii L. 1. Pluscula verba hic omittit Cant. exhibens, *in conspectu erant exercitus. Scipio et Hannibal nondum sati, sed uterque jam imbutus quadam opinione alterius.* Flor. autem non tantum prius *uterque* omittit, sed etiam *sicuti*, pro *sicut*, legit. Utrumque admisi. Prius *uterque* etiam ab uno suorum abesse testatur Cl. Crevier.

§. 8. *Ante Sagunti excidium celeberrimum nomen erat*] Ita Clerieus edidit contra omnes libros scriptos, pro *excidium*; quod revocavi. V. ad 5, 15, 9. Hinc *erat* exsulat a Lovel. 4. Qui mox legit *electus esset.* V. ad 28, 42, 5.

§. 9. *Auxerant inter se opinionem*] *auxerant item de se opinionem* Lovel. 2. Mox *obvius fuerit* Lovel. 4. et 5.

Hannibal, conatu tam audaci trajiciendarum Alpium, et effectu. Occupavit tamen Scipio] Fall. pr. ac tert. nec multum dis-

Digitized by Google

10 daci trajiciendarum Alpium, et effectu. Occupavit tamen Scipio Padum trajicere, et, ad Ticinum amnem motis castris, prius, quam educeret in aciem, adhortandorum militum caussa, talem orationem exorsus est:

1 XL. *Si eum exercitum, milites, educerem in aciem, quem in Gallia mecum habui, supersedissem*

tentiente sec. *et conatu* (sec. *Annibal quod conatu*) *tam audaci trajiciendarum Alpium et effectu occupavit. Tamen Scipio Padum trajecit.* GEBH. Nomen ducis Poeni non est in Fl. Voss. Gud. Sed potest videri omissum, quia repetitur. At Flor. Gud. duo Pall. *et conatu.* Lege *transgresso Hannibali: Hannibal et conatu tam audaci trajiciendarum Alpium et effectu.* J. FR. GRON. *Hannibal, quod conatu tam audaci trajiciendarum Alpium et effectu occupavit. Jam Scipio Padum trajecit* Ber. Inde nihil abeunt neque Hafn. nisi quod *Hannibal conatu* legat; neque Rec. nisi quod praetorea servet *Tamen Scipio.* Insuper *et Hannibal conatu* etc. *et effectu occupavit. Tamen Scipio Padum trajecit* Gaertn. et Hearnii N. *ipse Hannibal conatu* etc. *cum effectu occupavit, Tamen Scipio Padum trajecit* Hav. *et conatu* etc. *et effectu occupavit. Tamen Scipio Padum trajecit* Voss. et Lovel. 1. 4. 5. *et conatu* etc. *et affectu occupavit. Tamen Scipio Padum trajecit* Lovel. 2. *et conatu* etc. *effectu occupavit. Tamen Scipio Padum trajecit* Lovel. 3. et Harl. Gronovii Florentino consentiunt Cant. et Hearnii L. 1. et D. Sed recte Gronovius monuit, in illis vocem *Hannibal* interceptam esse a praecedenti *Hannibali.* V. ad 33, 27, 4. Recepi itaque *Hannibal et conatu.* Reliqua sana sunt, neque ulla mutatione indigent. *occupavit trajicere*, pro prior trajecit, antequam praeverteret Hannibal. Livius 1, 14, 4. *Fidenates occupant bellum facere.* c. 30, 8. *Occupat Tullus in agrum Sabinum transire.* 2. 48, 2. *Occuparent Patres ipsi suum munus facere.* et alibi saepe.

§. 10. *Priusquam educeret in aciem adhortandorum militum caussa*] *educeret aciem* Lovel. 3. Librario displicuisse videtur, verbum *educere* simpliciter usurpari, nullo nomine addito. At ita innumeris locis Livius loqui solitus est. V. ad 40, 25, 10. Tum *exhortandorum militum caussa* idem Lovel. 3. Sed *adhortari*, quod reliqui tuentur, itidem usus est in princ. cap. seq. Mox *talem orationem est exorsus* Flor.

§. 2. *Quid enim adhortari referret*] *refert* Rec. *adhortari conveniret* Hearnii N. altera tamen lectione in margine notata.

Ad Rhodanum flumen aegre vicissent] Vos pro *aegre* substituistis *audacter*: ego autem *egregie*: vere audacter, non egregie emendantes: ego egregie, non audacter. VALLA. Subscripsit Vallae primus editor, admissa hac lectione. Caeterum Pal. pr.

Digitized by Google

loqui apud vos. quid enim adhortari referret aut eos 2
equites, qui equitatum hostium ad Rhodanum flu-
men egregie vicissent, aut eas legiones, cum quibus
fugientem hunc ipsum hostem secutus, confessionem
cedentis ac detrectantis certamen pro victoria habui?
Nunc, quia ille exercitus, Hispaniae provinciae scri- 3
ptus, ibi cum fratre Cn. Scipione meis auspiciis rem

aegre vicissent. sec. *audacter*, quod admodum explodit Valla Tert. *non aegre vicissent.* GEBH. Gronovius ad 33, 6, 6. ex uno libro scripto probat *non aegre vicissent.* in aliis, omissa negativa, dicit esse *aegre*, et ex eo Vallam fecisse *egregie.* Miror, neque ipsum, neque Jacobum filium, de eo ad hunc locum quidquam monuisse. Nec dubito, quin sint Msti, in quibus hic est *egregie.* Nam Hearnius, qui ita edidit, ex uno tantum adnotat *audacter*, non omissurus, si in ceteris aliter legisset, quam *egregie. Egregius* et *Aegrius* quidem etiam varie leguntur in scriptis Lucretii 4, 469. sed hic *egregie* magis, ni fallor, convenit orationi suoa non sine jactatione quadam adhortantis; et *egregie vicissent* non minus Latine dicitur, quam infra c. 57, 8. *defensum egregie praesidium.* et 9, 41, 1. *ob egregie perdomitam Etruriam.* DUK. *audacter vicissent*, quod Valla damnabat, Lov. 2. et Hearnii N. *egri vicissent* Gaertn. *aegre vicissent* Lov. 3. 4. *non aegre vicissent* codex Thuan. apud Crevier. qui hanc lectionem recepit. *egree vicissent* alius ex ejusdem codd. *aegre evicissent* Flor. *egregie evicissent* Gant. *egregie vicissent* Voss. Ber. Hafn. Rec. et Hav. Vox *egregie* vel *aegre* deest in Rom. ed. anni 1472. et Parm. Proximae *vicissent egregie* legunt: Aldus deinde *egregie vicissent*: quod non displicet. Similiter *egregie pugnare* Liv. 3, 29, 7. *Ad Eretum eum Sabinis egregie pugnat.* 10, 30, 1. *Pugnatum etiam egregie est.* et ita *egregia victoria* 2, 47, 9. *Victoria egregia parta, tristis tamen duobus tam claris funeribus.* et ipsum *egregie vincere* 9, 38, 14. *Cui quum ob animum egregie victum legati gratias agerent.* 24, 42, 2. *Egregieque vincentibus Romanis, signum receptui est datum.* In codd. qui *aegre* vel *egre* praeferunt, tres ultimae literae vocis *egregie* a tribus praecedentibus ob ductuum similitudinem erant interceptae.

Hunc ipsum hostem secutus, confessionem sedentis ac detrectantis certamen] Vet. lib. *cedentis.* SIG. *cedere* et *sedere* facile commutari potuerunt. Aliud exemplum supra est 7, 37, 10. (* 35, 11, 9.) Caussam v. ad 3, 23, 3. Verum hic tantum error est librariorum, sive typographorum, qui ed. Vascos. excuderunt, in qua sola ita datum invenio. Ceterum *hunc impium hostem* Lovel. 3. Tum *ac detractantis* Flor. Lovel. 1. 2. Hav. et edd. Rom. anni 1472. ac Parm. V. ad 34, 15, 9. et mox §. 7. Paullo ante *has legiones*, pro *eas*, Lovel. 2. 3. 5. Harl. Hav. Hearnii D. N. et edd. vett. pro quo Frob. anno 1531. recte *eas* dedit.

Digitized by Google

gerit, ubi eum gerere senatus populusque Romanus
4 *voluit; ego, ut consulem ducem adversus Hannibalem ac Poenos haberetis, ipsum me huic voluntario certamini obtuli; novo imperatori apud novos milites*
5 *pauca verba facienda sunt. Ne genus belli, neve hostem ignoretis; cum iis est vobis, milites, pugnandum, quos terra marique priore bello vicistis: a quibus stipendium per viginti annos exegistis: a quibus capta belli praemia, Siciliam ac Sardiniam, habetis.*

§. 3. *Ubi eum gerere senatus populusque Romanus voluit*] Iterat Pal. sec. *ubi eum rem gerere*. non admodum belle meo animo. GEBH. *ubi me gerere* habet Hearnii N. in margine. *ubi senatus populusque* Lovel. 5. In praecedentibus *provinciae Hispaniae scriptus* Ber.

§. 4. *Ipse me huic voluntario certamini obtuli*] *Τὸ me* abest a Voss. Lovel. 1. 3. 4. Hearnii D. et ed. Rom. anni 1472.

§. 5. *A quibus capta belli praemia, Siciliam ac Sardiniam, habetis*] *quibus capta*, omissa praepositione, Flor. Lov. 1. 2. 3. 4. et Harl. eamdem praepositionem se in proxime praecedentibus verbis *a quibus stipendium* non reperisse in N. a m. 1. Hearne testatur. Praeterea *Siciliam et Sardiniam* Lovel. 4. 5. et Gaertn. *Siciliam Sardiniamque* idem Hearnii N. Paullo ante *hostes ignoretis*, pro *hostem*, Hearnii L. 1. Quod librarius mutavit, quia non convenire videbatur cum sequentibus, *iis, quos, a quibus*. At Livius ita saepe solet. Ita mox cap. seq. *Nec est alius ab tergo exercitus, qui, nisi nos vincimus, hosti obsistat; nec Alpes aliae sunt, quas dum superant, comparari nove possint praesidia*. ubi vide. Tum *nobis*, pro *vobis*, Ber. sed ea vox exsulat ab Harl. Denique *priori bello*, pro *priore*, Hav.

§. 6. *Erit igitur in hoc certamine is vobis illisque animus*] *Erit g*^{a}, sive *ergo*, Gaertn. Solent ita passim variare librarii. V. ad 2, 48, 1. 4, 23, 5. 6, 24, 11. c. 26, 1. 8, 25, 3. 10, 13, 10. c. 25, 7. hoc lib. c. 10, 4. 23, 26, 7. 27, 18, 20. (*31, 31, 7.) aliisque locis. Praeterea *in hoc certamine* omittit scriba Lovel. 3. Mox *quia illi audent* Gaertn. *illi, quia audeant* Ber. a manu 2.

§. 7. *Nisi creditis, qui exercitu incolumi pugnam detrectavere*] *ni creditis* Lovel. 5. V. ad 23, 1, 8. *detractavere* Flor. Lov. 1. 2. Hav. et edd. Rom. anni 1472. ac Parm. V. modo ad §. 2. In sequentibus *equitum peditumque* alio ordine Lovel. 4. et 5. V. ad 34, 26, 2. Hinc *in transitum Alpium amissis* Flor. a m. 1. Lovel. 1. 2. et Harl.

Qui plures pene perierint, quam supersunt] *paene* aut abiegandum, aut mutandum in *plane*. Cum enim linea superiore proxima affirmate Scipio dixerit, duas partes hostium amissas, cur nunc ambigat, et mutet? Parum hoc decorum sit: utique in com-

Digitized by Google

Erit igitur in hoc certamine is vobis illisque animus, qui victoribus et victis esse solet. Nec nunc illi, quia audent, sed quia necesse est, pugnaturi sunt: nisi creditis, qui exercitu incolumi pugnam detrectavere, eos, duabus partibus peditum equitumque in transitu Alpium amissis, (quum plures pene perierint, quam supersunt) plus spei nactos esse. At enim pauci quidem sunt, sed vigentes animis corporibusque, quorum robora ac vires vix sustinere vis ulla possit. 6 7 8

cione publica, cumque vere et confidenter afferere possit, plures periisse, quam supersint. Nam, ut omittam de tertia tantum parte reliqua, quod illum pro causa magis, quam pro vero, dixisse credo, Polybius periisse vel in Alpibus ait [3, 60.] *ὀλεδόν που τὴν ἡμίσειαν τῆς δυνάμεως. circiter dimidium exercitus.* RUBEN. 1. Elect. 39. Habuerim pro panno huic purpurae ad marginem adsuto primum, et deinde collocato in textum. Scriptum erat ad oram: *Quod plures Poeni perierint, quam supersint.* GRUT. Rubenius reponit *plane* contra omnes codices. GEBH. Totam hanc interpositionem pro aliena delet Gruterus. Sed habent omnes libri. Falsum utique *τὸ poene:* duabus enim ex tribus partibus amissis, non possunt non periisse plures. Itaque id saltem delet, aut commutat in *plane* politissimus P. Rubenius. Quid si legamus: *eos, duabus partibus peditum equitumque in transitu Alpium amissis, quod plures foede perierint, quam supersunt, plus spei nactos esse.* 22, [3, 1.] *Multis hominibus jumentisque foede amissis, quum tandem ex paludibus emersisset.* Justinus 2, [13.] *Tantaque foeditas morientium fuit.* J. FR. GRON. Crevier. vocem *poene* delebat, quam ortam putabat ex repetitione primarum literarum sequentis verbi *perierint.* Non adversabor: sed nihilominus facile et Gronovii conjecturam, qui vocem illam in *foede* mutabat, ferre possum. non tamen, quod legat *quod plures;* sed praefero *quum plures*, ut in pr. ed. notar. conjecit. Elegantem enim hunc usum particulae *quum* esse, ipse notavit infra ad 39, 12, 7. Et, nisi excerpta fallant, ita fuit in Voss. solent autem *qui* et *cum*, vel *quum*, in Mstis confundi. V. ad 7, 38, 9. 8, 33, 15. aliisque locis. Ipse Gronovius jam in prima ed. *quum* in contextum recepit, et postea, licet mutata sententia, tamen servavit. Crevier. qui etiam *quum* probavit, incertum esse fatetur, quis *τὸ qui* in *quum* mutaverit. Ceterum *perierunt, quam supersunt* Lovel. 3. quod probandum forte. V. quae ad laud. lib. 39. notantur.

Plus spei nactos esse] *plus spe* Hearnii N. in margine, quod pro *spei* more prisco dictum esse accipi posset. V. ad 4, 25, 9. Plura similia notantur ad 9, 37, 4. Hic tamen propter aliorum codicum dissensum non placet.

§. 8. *Vigentes animis corporibusque*] Pal. text. et vetus ed.

Digitized by Google

9 *Effigies, immo umbrae hominum, fame, frigore, inluvie, squalore enecti, contusi ac debilitati inter saxa rupesque. ad haec, praeusti artus, nive rigentes nervi, membra torrida gelu, quassata fractaque arma,*

ingentes animis. Statim exhibet cod. MS. idem, *quorum robora ac vires substinere nulla vis possit.* ed. vero prisca, *sustinere vis ulla vix possit.* GEBH. *ingentes* etiam Rec. et pleraeque vett. edd. quales errores jam supra notavimus ad 2, 30, 14. 7, 2, 9. pluribusque locis. et ita infra c. 43, 4. Error autem ortus est ex similitudine literarum *in* et *ni* in scriptura Longobardica. V. ad 25, 40, 2. *vigentes non animis, sed corporibus* male Hearnii N. Tum mox *vires substinere vis nulla possit* Hav. et Rec. *vires sustinere vis ulla vix possit* edd. antt. *posset*, pro *possit*, Lov. 4. et Gaertn.

§. 9. *Ad haec perusti artus*] Pall. tres *praeusti.* Silius [4, 68.]

Hostem miles habes fractum, ambustumque nivosis
Cautibus.

Paullo ante Pal. tert. *concusi et debilitati.* GEBH. Voss. et tres Pall. *praeusti artus.* Ut fere Silius eundem vocans *hostem fractum ambustumque nivosis Cautibus.* J. FR. GRON. *adhuc* Rec. *ad hoc* Flor. Voss. Lovel. 1. Harl. Gaertn. et Hearnii D. V. infra hoc lib. ad c. 52, 10. Deinde *praerupti artus* Harl. *praeusti artus* Flor. Cant. Lovel. 3. 4. 5. Gaertn. et Hearnii N. quod admisi. Plinius 3. H. N. 20. *Ceteri fere Lepontios relictos ex comitatu Herculis interpretatione Graeci nominis credunt, praeustis in transitu Alpium nive membris.* Inter *perurere* et *praeurere* idem interest, quod inter *perfringere* et *praefringere*; de quo v. ad 27, 33, 2. Hinc stipites, quorum extremae partes adustae et igne induratae sunt, non *sudes perustae*, sed *praeustae* vocantur. Ita *hastam praeustam* habuimus 1, 32, 12. De origine erroris v. ad 9, 10, 7. Paullo ante *alluvie, squalore enecti* Hafn. Voss. et Lovel. 1. ac 2. *illuvie, squalore evecti* Gaertn. *illuvie, squalore senecti* Cant. Tum *concussi ac debilitati*, pro *contusi*, Lovel. 1.

Membra torrida gelu] Poëta [Silius 4, 68.] MOD. *torrida* cum *gelu* recte quidem alibi jungitur, ut supra [c. 32, 7.] *pecora jumentaque torrida frigore*, verum hoc loco nec scite, nec opportune. Nam praecivit in hac ipsa clausula *perusti artus*, et invenustum istud ὅις τἀυτό. Itaque scribendum ajo *torpida gelu*, et una mecum Silius, qui haec e Livio procul dubio sic hausit [4, 68.]

Hostem, miles, habes fractum ambustumque nivosis
Cautibus, atque aegre torpentia membra trahentem.

RUB. 1. Elect. 39. Rubenius, qui viderat Modio allatum illud Silii [4, 69.] *aegre torpentia membra trahentem*; et hic ariolatur legendum *membra torpida gelu*, ubi frustra est. GEBH. V. Cerdam ad Virg. 1. Georg. 93. et Titium ad Calp. Ecl. 5, 107. DUK. Rejecta Rubenii conjectura, nihil mutandum esse monuit Gronovius 3. Obs. 3, 449. adscripto etiam loco Varr. in Eumenid.

Digitized by Google

arma, claudi ac debiles equi. Cum hoc equite, cum 10
hoc pedite pugnaturi estis: reliquias extremas hostium, non hostes, habebitis. Ac nihil magis vereor, quam ne, vos quum pugnaveritis, Alpes vicisse Hannibalem videantur. Sed ita forsitan decuit, cum 11

quem laudat Nonius v. *Torrere. Capite aperto esse jubet, ante lucem suscitat, frigore torret.*

Quassata fractaque arma] Vet. lib. *confractaque.* SIG. Editio Moguntina habet *fractaque arma*, in quo non disputo. MOD. Omnes libri *quassata fractaque arma*; quod tot auctoritatibus contra Sigonium retinendum duco. GEBH. Ex meis soli Sigonio consentiunt Ber. et Hav. quare nihil mutandum Gebhardo adsentior. *cassata* est in Lovel. 3. Sed, c et *qu* ubique mutari, dictum est ad 9, 2, 15. (* v. Burm. ad Virg. 1. Aen. 551.)

§. 10. *Reliquias extremas hostium, non hostes, habebitis*] *reliquias hostium*, omissa media voce, Lov. 2. Tum *non hostem habetis* Flor. Lov. 5. et Hav. *non hostem* etiam Lov. 1. 3. 4. Harl. et Gaertn. Sed voces *non hostes* exsulant a Cant.

Vereor, ne, antequam vos cum hoste pugnaveritis] Vet. lib. *quam ne, antequam vos.* SIGON. Pall. pr. ac tert. *ne unquam vos cum pugnaveritis.* Tert. *At nihil magis vereor, ne vos cum pugnaveritis.* In vet. ed. solum deficit particula *quam* inculcata Sigonio. GEBH. Prius *quam* a Sigonio est. Flor. *vereor, ne cum quam vos cum hoste pugn.* Gud. *vereor ne vos cum pugnaver.* Voss. *vereor ne antequam vos cum pugn.* Cantabrig. *vereor ne cum quam ne vos cum pugnav.* Possis tueri vulgatum, ut Annibalem non nisi molestia et vexatione itineris consumptum ad Romanos venisse dicat; qualiter Antiochum, sua luxuria prius debellatum, iisdem Romanis a Fortuna traditum dicit Florus 2, [8.] Sed et *τὰ cum hoste* admodum nauseant, et tanta in scriptis diversitas videtur offendere: *vereor, ne quum vos pugnaveritis, Alpes vicisse Annibalem videantur.* Quae sententia est momentosior, quum quivis libenter laboris proprii fructum accipiat, non locis adscribi velit. JAC. GRON. *At nihil magis vereor* etiam Harl. passim obvio scribarum lapsu. V. ad 3, 61, 4. Deinde *vereor nec umquam vos cum pugnaveritis* Flor. a m. 1. unde a m. 2. factum *ne cuiquam*, et *hoste* inter versus post voculam *cum* adscriptum est. *vereor, ne, antequam vos cum pugnaveritis* Voss. et Lov. 1. ac 3. *vereor, ne, vos cum pugnaveritis* Harl. *vereor, ne, antequam vos pugnaveritis* Ber. et Hav. *vereor, ne, unquam vos cum pugnaveritis* Lov. 4. et Hearnii L. 1. ac N. a m. 1. in quo manus altera refingit, *vereor, ne quam vos cum pugnaveritis*: quod etiam superest in Lovel. 2. *Ac nihil magis vereor, quam ne, vos cum pugnaveritis, Alpes vicisse Hannibalem videantur* Lovel. 5. et Gaertn. quam veram Livii scripturam esse puto, nisi quis ex Florentini interpolatione malit *quam ne cuiquam, vos quum pugnaveritis.* Cl. Crevier. *τὸ quam*, licet in nullo cod. a se repertum, recte Sigonium inserusse putat, quum sine eo oratio stare non possit. Deinde vocem

Digitized by Google

foederum ruptore duce ac populo Deos ipsos, sine ulla humana ope, committere ac profligare bellum: nos, qui secundum Deos violati sumus, commissum ac profligatum conficere.

1 XLI. *Non vereor, ne quis me hoc vestri adhortandi caussa magnifice loqui existimet; ipsum aliter animo*
2 *adfectum esse. Licuit in Hispaniam, provinciam meam, quo jam profectus eram, cum exercitu ire meo: ubi et fratrem consilii participem ac periculi*

hoste ignorant omnes ejus scripti: quum autem unus praeferat *cum eo pugnaritis*, legendum judicat: *Ac nihil magis vereor, quam ne, antequam vos cum eo pugnaritis, Alpes vicisse Hannibalem videantur.*

§. 11. *Nos autem, qui secundum Deos violati sumus, commissum ac profligatum conficere*] Deest in omnibus MSS. *τὸ autem.* Caeterum Pal. pr. *confligere* solemni permutatione literarum *g* et c. tert. *profligatum confringere.* GEBH. Tolle *τὸ autem*, Flor. Voss. Gud. Pall. volentibus. J. FR. GRON. Illud *autem* deficit etiam in omnibus meis, quibus utor, codicibus, in Hearnii D. et N. et in scriptis Crevier. quorum auctoritate tandem ejeci: quod et Crevier. fecisse video. Saepius librarii eam vocem contra mentem Livii inseruerunt. Exempla v. ad 4, 6, 6. c. 33, 8. c. 61, 10. 6, 5, 2. 8, 6, 8. 10, 37, 3. hoc lib. c. 10, 13. c. 58, 3. 27, 1, 1. c. 35, 13. 28, 17, 8. 30, 30, 9. 38, 13, 1. aliisque locis. Adde Cortium ad Plinii 5. ep. 9, 2. Deinde *configere* Flor. Cant. Lov. 1. 2. et Voss. a m. 1. literarum *G* et *C* perpetua commutatione, ut Gebhardus monuit. V. ad 6, 25, 6. id ulterius in *confligere* corruperunt librarii Lov. 3. et 4. Florus 2, 15. *Si quis trium temporum momenta consideret, primo commissum bellum, profligatum secundo, tertio vero confectum est.* ubi v. Cl. Dukerum.

§. 1. *Hoc vestri adhortandi caussa magnifice loqui*] *haec vestri adhortandi caussa* Flor. Lovel. 3. 4. 5. Harl. Ber. Gaertn. et Hearnii N. Inlustrandae locutioni *vestri adhortandi*, pro *vestri adhortandorum*, vel *vos adhortandi* Cl. Crevier. laudat Sanctium 3. Minerv. 8. et auctorem Novae methodi linguae Latinae in observationibus ad Gerundia. Adde tamen, quae Perizon. ad Sanctium observavit.

§. 2. *Licuit in Hispaniam, provinciam meam, ire, quo jam profectus eram, cum exercitu meo*] Vet. lib. *Licuit mihi in Hispaniam.* SIG. Contra omnes codd. qua calamo pictos, qua typis exaratos, Sigonius inversit *mihi.* Pall. duo *Licuit in Hispaniam, provinciam meam. quo jam profectus eram, me.* Et ita sec. nisi quod *abire*; et vet. ed. *contendere*, pro illo *ire.* GEBH. Nusquam *τὸ mihi*, nisi apud Sigonium. Sed mirabar, in Voss. etiam abesse *τὸ ire*, cum ex Flor. Gud. tribus Pall. animadverti, vulgo id non positum suo loco. Sic enim illi dictant: *Licuit in*

Digitized by Google

socium haberem, et Hasdrubalem potius, quam Hannibalem, hostem, et minorem haud dubie molem belli: tamen, quum praeterveherer navibus Galliae 3
oram, ad famam hujus hostis in terram egressus, praemisso equitatu, ad Rhodanum movi castra. Equestri proelio, qua parte copiarum conserendi 4
manum fortuna data est, hostem fudi: peditum agmen; quod in modum fugientium raptim agebatur, quia adsequi terra non poteram, regressus ad naves,

Hispaniam, provinciam meam, quo jam profectus eram, cum exercitu ire meo. nisi quod Pal. unus *abire*, Gud. *ire eo.* J. FR. GRON. *Tò mihi* deest etiam in omnibus meis. Neque verbum *ire* superest in Lov. 1. 2. 4. Harl. Cant. Gaertn. Hearnii D. N. et edd. Aleriensi, Rom. anni 1472. ac Parm. *Licuit ire in Hispaniam, provinciam meam* Lov. 3. et 5. *Licuit in Hispaniam, provinciam meam, ire* Ber. et Haverk.

Ubi et fratrem consilii participem ac periculi socium haberem] *ubi fratrem consilii participem* Harl. et edd. Rom. anni 1472. ac Parm. *ubi et fratrem et consilii participem* Lovel. 2. *ubi et fratrem consilii mei participem* Gaertn. *ubi et fratrem et consilii mei participem* Hearnii N. a m. 1. in quo *tò mei* manus altera delevit. Mox *Hasdrubalem prius, quam Hannibalem, etiam hostem* Ber. *Prius* et *Potius* etiam alibi commutantur. V. ad 9, 14, 16. *Hasdrubalem potius, quam Hannibalem et hostem* Hav. *Hasdrubalem potius, quam Hannibalem, hostem ēē*, id est *esse*, Gaertn.

§. 3. *Ad famam hujus hostis in terram egressus*] *hujus belli* Lov. 2. Tum *terram ingressus* Gaertn.

§. 4. *Peditum agmen, quod in modum fugientium*] *peditum agmen* construendum cum *assequi* verbo, quod non ita multo post sequitur. alioqui, si ad hujus sensus periodum connectes cum verbo *obvius fui*, videri poterat legendum *agmini*, non *agmen*. Sed id perquam exiguum. GLAR.

Quia adsequi terra non poteram, neque regressus ad naves erat, quanta maxima celeritate potui] Hoc loco illud admirationem movere facile potest, qui factum sit, ut, si regressus ad naves non erat, tanto maris terrarumque circuitu obvius fuerit. Hoc enim dicere vult, se, quia hostem assequi terra non poterat, naves conscendisse. Quod cum ita sit, ergo recte legitur in veteribus libris: *quia assequi terra non potui, regressus ad naves, quanta maxima celeritate.* SIG. *neque regressus ad naves erat* etiam omnes mei, nisi quod *nec regressus* sit in Lovel. 1. et *erat* omittatur in Lov. 3. et Hav. utrumque *neque* et *erat* in uno Ber. *nec regressus ad naves erat* praeferunt insuper Hearnii D. et N. a m. 1. in quo *et regres-*

Digitized by Google

quanta maxima celeritate potui, tanto maris terrarumque circuitu, in radicibus Alpium obvius fui.
5 *Huic timendo hosti utrum, quum declinarem certamen, inprovisus incidisse videor, an obcurrere in vestigiis ejus? lacessere ac trahere ad decernendum?*
6 *Experiri juvat, utrum alios repente Karthaginienses per viginti annos terra ediderit: an iidem sint, qui*

sus ad naves erat emendatur a manu altera. An legendum proxime ad codd. lectionem *atque regressus ad naves erat*? Ita *regressus* infra est 38, 4, 10. *Ne qua sentirent Romani, et regressus inde in tutum non esset.* Tum *quanta maxime celeritate potui* Lovel. 1. 2. 5. Hav. Hearnii N. et edd. fere omnes. *quanta maxime potui celeritate* Flor. et Cant. Gronovius tandem *quanta maxima celeritate potui* edidit, quod reliqui codd. servant. V. ad 7, 9, 8.

In radicibus Alpium obvius fuit. Huic timendo hosti utrum] Flor. *in radicibus prope Alpium huic timendo hosti obvius fui. Utrum, cum declinarem certamen, improvisus incidisse videor, an occurrere in vestigiis ejus?* quod sequitur, vix audeo fateri me malle, *lacessere ad decernendum, an bellum trahere?* J. FR. GRON. Eodem ordine vocabula exhibent etiam Cant. et Exc. Pithoei: vocem tamen *prope*, quae in Flor. exstat, omittunt. Eam librarios pro arbitrio vel addidisse, vel omisisse, supra dictum est ad 6, 27, 11. Hic eam abesse malim. Quamvis enim Scipio non ad ipsas Alpium radices obvius fuisset, id tamen Scipionis omnia augentis orationi convenire puto. Praeterea *Huic timido hosti* Hearnii N. et Colbert. major apud Doujatium, cui id non displicebat. Mihi tamen ex glossa potius natum videtur. *Timendus* enim per ironiam est minime timendus. Hinc *declinarem in certamen* Lovel. 2. et Hearnii N. a m. 2. Deinde *incidisse videor*, pro *videor incidisse*, omnes, quibus utor, scripti cum eodem N. quorum etiam auctoritate ac fide admisi.

§. 5. *An obcurrere in vestigiis ejus? lacessere*] Forte *an occurrens in vestigiis lacessere?* T. FABER. *an occurrere vestigiis ejus*, omissa praepositione, Oxon. L. 1. teste Hearnio. Supra 6, 32, 10. *Quum Romanus exercitus vestigiis sequeretur.* ubi ante Gronov. *in vestigiis* edebatur. V. quae ad eum locum notantur.

Lacessere ac trahere ad decernendum] Pal. sec. *attrahere ad certandum.* tert. *ad decertandum.* GEBH. *lacessere adtrahere ad decernendum* Flor. a m. 1. *attrahere* a m. 2. quod etiam est in Lov. 2. Gaertn. Hav. et Exc. Pithoei. *lacessere ac actrahere ad decernendum* Lov. 5. *lacessere atrahere ad decertandum* Ber. *lacessere an trahere certandum* Hearnii N. a m. 2. Si *trahere certamen* eodem modo, ut *trahere bellum*, dici constaret, videri posset legendum esse, *lacessere, an trahere certamen.*

§. 6. *Experiri juvat, utrum*

Digitized by Google

ad Aegates pugnaverunt insulas, et quos ab Eryce duodevicenis denariis aestimatos emisistis: et utrum 7
Hannibal hic sit aemulus itinerum Herculis, ut ipse fert, an vectigalis stipendiariusque et servus populi Romani a patre relictus: quem nisi Saguntinum 8
scelus agitaret, respiceret profecto, si non patriam victam, domum certe, patremque, et foedera Hamil-

alios derepente Karthaginienses] Poeta [Silius 4, 78.]

Scire lubet, nova nunc nobis atque altera bellum
Carthago, anne eadem mittat, quae mersa sub aequor
Aegates inter vasto jacet obruta ponto.

MOD. *derepente* primum in Heinsii Elzev. editione inveni. Utrum autem ea vera sit lectio, vehementer dubito. Certe Livium eodem vocabulo alibi usum esse, non recordor, et in nullo etiam cod. inveni. Ante Heinsium edebatur *alios certe repente Carthaginienses*, quae lectio superest in Voss. Lov. quinque, Harl. Ber. Hafn. Rec. Gaertn. et Hearnii D. et N. Verum lectio illa nata est ex duplici lectione juncta *alios certe Carthaginienses*, ut praefert Haverk. et *alios repente Carthaginienses*, ut est in Flor. et Cant. quod etiam Livio restitui.

Ad Aegates pugnaverunt insulas] *ad Aegatis* Exc. Pithoei. *ad Aegadas* Ber. *ad Gades* Lov. 2. 3. 4. et Hearnii N. qui a m. 2. praefert *ad Egadis*. V. ad Epit. Liv. 19. Deinde, quum priores edd. legerent *pugnavere*, quod servat Lov. 4. Cl. Jac. Gronovius postea substituit *pugnaverunt*, consentientibus reliquis codd. nisi quod *pugnarent* sit in Gaertner. *pugnaverint* in Flor. et Hav.

Quos ab Eryce duodevicenis denariis aestimatos emisistis] Praepositio *ab* non adparet in Lov. 5. Deinde *emistis*, neglecta duarum literarum *is* geminatione, Voss. Lovel. 2. 3. 4. Hafn. Ber. Gaertn. Hav. Hearnii D. N. et Brancal. Latinii. Neque aliter etiam editiones Moguntina priores. V. ad 35, 5, 5. Quod autem duodevicenis denariis aestimatos Karthaginienses dicat, forte referendum est ad eorum captivos. Legibus enim pacis Karthaginienses debuerunt Romanos *διχμαλώτους πρότερα ἐκπέμψαι, τοὺς δ' ἑαυτῶν πρίασθαι*, teste Zonar. 8. Ann. 17.

§. 7. *Hannibal hic sit aemulus itinerum Herculis*] Herculem fama erat unum ante Annibalem cum exercitu Alpes transmisisse, cum a Geryonis bello recederet. Probus in Annibale [3.] Ammianus 15, [10.] Hinc *Grajae Alpes* ab illo dictae. SIG. Mox *stipendiarius et servus*, pro *stipendiariusque*, Hav. Male. V. ad 2, 31, 1.

§. 8. *Domum certe, paceemque, et foedera*] Vet. lib. *domum certe patremque*. probo. SIG. *domum certe patremque* exhibent Pal. sec. et vet. cd. quod recte probat Sigonius, alludentibus quoque eo Pall. pr. ac tertio *partemque et foedera*. GEBH. Recte Sigonius *patremque*. Sic

Digitized by Google

9 *caris scripta manu. qui, jussus a consule nostro, praesidium deduxit ab Eryce: qui graves inpositas victis Karthaginiensibus leges fremens moerensque accepit: qui decedere Sicilia, qui stipendium populo*
10 *Romano dare pactus est. Itaque vos ego, milites, non eo solum animo, quo adversus alios hostes soletis, pugnare velim; sed cum indignatione quadam atque ira: velut si servos videatis vestros arma re-*

Andreas pariter atque Aldus. Et significant duo Pall. et Voss. *partemque* exhibendo. J. FR. GRON. *pacemque* primum inveni in ed. Ascens. anni 1513. quum *pacem* dedisset Veneta anni 1498. Sed neutrum in ullo Msto supereft. Reliquae priores praeferunt, quod viri docti probarunt, *patremque*: neque aliter codd. scripti, nisi quod transpositis literis *partemque* sit in Flor. et Harl. V. ad 4, 60, 3. et *parent. nque* in Lov. 4. 5. Gaertn. Hearnii N. in contextu, et Brancal. Latinii. V. ad 26, 41, 17. Post haec fruatur, non invideo, ingenio suo consultissimus Doujatius, qui vulgatam lectionem *pacemque* recte se habere pronunciat.

§. 9. *Qui, jussus a consule nostro, praesidium deduxit ab Eryce*] Voces *a consule nostro* exsulant a Lovel. 2. Tum *deduserit* Lov. 4. 5. At mox *accepit* et *pactus est*, eadem forma addita, *deduxit* verius esse evincunt. Alibi librarios ita errare, videbimus ad 40, 14, 11. Deinde *ab Eurice* Voss. Lovel. 2. 3. et Hearnii N. non hic modo, sed etiam §. 11. ubi ipsis accedit Lovel. 1.

Qui decedere Sicilia, qui stipendium populo Romano dare pactus est] *qui decedens Sicilia, qui stipendium* Cant. Voss. Lov. 3. Gaertn. Harl. Ber. Hav. et Hearnii N. a m. 1. in quo postea manu altera factum *qui decedens Sicilia, stipendium*. quomodo etiam praeferunt Lovel. 2. 4. 5. et Flor. Quamvis autem ubique posterioris praesertim cod. maxima sit auctoritas, hic tamen nihil muto. Ubique enim Livius hanc pronominis ejus repetitionem captat. Supra 5, 27, 14. *Mittite, qui arma, qui obsides, qui urbem patentibus portis accipiant.* 6, 23, 5. *Quid accessurum suis viribus sperantem? quam occasionem, quod tempus, quem insidiis instruendis locum?* c. 24, 5. *Quis homo, quis Deus est, quem accusare possitis?* 10, 8, 5. *Noli erubescere, Appi, collegam in sacerdotio habere, quem in censura, quem in consulatu collegam habere potuisti.* hoc lib. c. 55, 2. *Graviorem armis peditem, quod virium, quod roboris erat.* 23, 31, 8. *Consulem, quem tempus reipublicae postularet, quem maxime vultis, haberetis.* 27, 44, 2. *Cui detractum foret omne, quod roboris, quod floris fuerit.* V. ad 1, 59, 4.

§. 10. *Itaque vos ego, milites, non eo solum animo* etc. *pugnare velim*] *Itaque vos, milites* Lov. 2. at insuper *Itaque vos, milites, non eo solum animo pugnare velitis* Ber. Tum *non solum eo animo* Gaertn.

Digitized by Google

pente contra vos ferentes. Licuit ad Erycem clausos, ultimo supplicio humanorum, fame interficere: licuit victricem classem in Africam trajicere, atque intra paucos dies sine ullo certamine Karthaginem delere. Veniam dedimus precantibus: emisimus ex obsidione: pacem cum victis fecimus: tutelae deinde nostrae duximus, quum Africo bello urguerentur. Pro his inpartitis, furiosum juvenem sequentes, ob- 11 12 13

§. 11. *Licuit, si voluissemus, ad Erycem clausos, ultimo supplicio humanorum, fame interficere: licuit victricem classem*] Flor. Voss. Gud. Men. negant Livii esse *τὰ si voluissemus*. J. FR. GRON. Voces *si voluissemus* in nullo etiam meorum codicum supersunt, nisi forte in Rec. unde nihil notatur. Exsulant etiam ab Hearnii D. L. 1. N. et Exc. Pithoei. Tot itaque codd. suffragiis damnata vocabula ex contextu Livii ejeci, quod et Crevier. fecit. Deinde *ad Euricem* plures codd. habere §. 9. dictum est. *ultimo supplicio humanorum*, intellige suppliciorum. V. ad 8, 9, 10. Indicatur autem gravissima poena, qua mortales adfici possunt. Infra c. 44, 4. *Deditos ultimis cruciatibus adfecturi fuerunt.* Ita *ultima malorum* et *ultima mala* sunt summa, maxima. 4, 9, 3. et 37, 7, 5. *ultima timere* 3, 47, 2. et *ultima pati* 37, 54, 2. ac passim alibi. Deinde *classem victricem* Lov. 2. 3. 4. 5. Harl. Ber. Gaertn. Hav. et odd. priores. Cel. Jac. Gronovius voces transposuit; atque ita fuit in Flor. Voss. et Lov. 1. Quamvis autem *clausos ultimo supplicio humanorum fame interficere: licuit victricem* desint in Cant. culpa librarii ob similitudinem vocis praecedentis *Erycem* et harum ultimae *victricem*, adparet tamen in cod. quem ejus scriba secutus est, etiam *victricem classem* scriptum fuisse; ceteroquin enim hic etiam vox *classem* excidisset. Mox *inter paucos dies*, pro *intra*, Lov. 5. et Gaertn. V. ad 5, 27, 2. *ultra paucos dies* Rec. Praeterea *sine certamine*, omissa media voce *ullo*, Lovel. 4.

§. 12. *Tutelae nostrae deinde duximus, quum Africo bello urguerentur*] Commemorat beneficia populi Romani erga Poenos, maxime, quod eos auxilio juvit bello Africo. De qua re sic Polybius 1, [83.] *οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ Ῥωμαῖοι, τηροῦντες τὰ κατὰ τὰς συνθήκας δίκαια, προθυμίας οὐδὲν ἀπέλειπον.* Itaque suspicor hoc loco legendum esse: *tutelae nostrae deinde addiximus*, aut quid tale. SIG. Putidissime Sigonius legendum censet *tutelae nostrae deinde addiximus*. GEBH. Perperam Sigonius *tutelae nostrae addiximus*. Tutelam vim atque potestatem in capite libero, definiunt jurisconsulti: *addici* habet instar servitutis. *Tutelae nostrae duximus* est, ad tutelam nostram pertinere putavimus. 22, [32, 7.] *Gratum sibi Patres Romanos populumque facturum, si omnes res Neapolitanorum suas duxissent.* J. FR. GRON. *diximus* Gaertn. V. ad 38. 43, 1. *deduximus* Hearnii D. Recte Gro-

Digitized by Google

pugnatum patriam nostram veniunt. Atque utinam pro decore tantum hoc vobis, et non pro salute, esset
14 *certamen. non de possessione Siciliae ac Sardiniae, de quibus quondam agebatur, sed pro Italia vobis*
15 *est pugnandum; nec est alius ab tergo exercitus, qui, nisi nos vincimus, hosti obsistat; nec Alpes aliae sunt, quae dum superant, comparari nova possint praesidia. hic est obstandum, milites, velut si ante*
16 *Romana moenia pugnemus. Unusquisque se non*

novius vulgatum tuetur. Supra 7, 18, 3. *Fidei jam suae, non solum virtutis, ducebant esse.* 34, 58, 11. *Populus Romanus susceptum patrocinium Graecorum non deserere, fidei constantiaeque suae ducit esse.* Ex quibus etiam locis patet, omitti hic infinitivum *esse*, ut sit *duximus esse tutelae nostrae.* De locutione illa v. etiam ad 1, 6, 4. Ceterum *tutelae deinde nostrae* Flor.

§. 13. *Pro decore tantum hoc vobis, et non pro salute, esset certamen*] Ita edidit Cl. Jac. Gronov. cui concinunt Flor. Cant. et Lov. 1. ac 2. *pro decore tantum hoc nobis* Voss. Lov. 3. 4. 5. Harl. Ber. Hafn. Rec. et Gaertn. quod Crevier. recepit. *pro decore hoc tantum nobis* Hav. *pro decore nobis hoc tantum* edd. Gronoviana priores. Praeterea τὸ *et* exsulat a Lov. 4. et 5. Paullo ante *inpartitis*, pro *inpertitis*, Ber. Gaertn. et Hav. V. ad 38, 36, 8.

§. 14. *Pro Italia vobis est pugnandum*] Ita Flor. Cant. Voss. Lov. 1. 2. et primae edd. Pro quo Aldus deinde substituit *nobis*, consentientibus reliquis scriptis; unus etiam Lov. 4. *est nobis pugnandum.* at pronomen, sive *vobis*, sive *nobis*, deest in Harl. Recte itaque *vobis* Cl. Jac. Gronovius revocavit. *nobis* Crevier. nuper admisit. Praeterea *de Italia* Lov. 2. At Livianum est *non de possessione Siciliae, sed pro Italia.* Livium ita praepositiones commutasse, supra dictum est ad 6, 28, 3. Paullo ante *Siciliam atque Sardiniam* Hearnii N. Praeterea *quondam* non adparet in Lov. 1.

§. 15. *Quas dum superant, comparari nova possint praesidia*] Et haec lectio a Cl. Gronovio profecta est: neque aliter in scriptis codd. quos adhibui, superest. *dum superat*, scilicet *hostis*, quod modo praecessit, habent plerique typis descripti: nam quidam eorum, sed pauci, similiter *superant.* Et sane *hostis* saepe naturam conlectivorum induit, et cum verbo plurali construitur. Supra 6, 24, 1. *Hostis dolo, non metu, pedem retulit. lenis ab tergo clivus erat inter aciem et castra: et, quod multitudo subpeditabat, aliquot validas cohortes in castris armatas instructasque reliquerant.* ubi etiam quidam *reliquerat.* cap. praec. *Neve hostem ignoretis, cum iis est vobis, milites, pugnandum, quos* etc. ubi unus *hostes.* Similiter plerique codd. praeferunt infra 38, 19, 3. *Taedio se fatigaturos hostem con-*

Digitized by Google

corpus suum, sed conjugem ac liberos parvos armis protegere putet: nec domesticas solum agitet curas, sed idemtidem hoc animo reputet, nostras nunc intueri manus senatum populumque Romanum. qualis 17
nostra vis virtusque fuerit, talem deinde fortunam illius urbis ac Romani imperii fore.

XLII. Haec apud Romanos consul. Hannibal, 1
rebus prius, quam verbis, adhortandos milites ratus, circumdato ad spectaculum exercitu, captivos

subant. Nam neque ausuros per tam ardua atque invia loca subire eos. ubi etiam *hostes* vulgo editur. V. Torren. ad Val. Max. 3, 2, 24. et Oudend. ad Front. 1. Strateg. 4, 8. et quos ibi laudarunt. Neque magis mirandum puto, vocem *hostis* naturam conlectivorum induere, quam *miles*, *eques*, *pedes*, *Romanus*, et similia, de quibus v. ad 35, 26, 9. Deinde *comparare possint nova praesidia* Lovel. 3. *comparare nova praesidia possint* Ber. Paullo ante *non est alius ab tergo* Lovel. 4. et 5. *nec est alius a tergo* Lovel. 1. et Ber. *nec est alius in tergo* Gaertn. qui etiam *vicimus*, pro *vincimus*, praefert.

§. 16. *Non corpus suum, sed conjugem ac liberos parvos armis protegere*] Vet. lib. *non corpus suum solum, sed* etc. Porro autem summa hujus orationis est apud Polybium [3, 64.] ut etiam ejus, quae sequitur, Annibalis [c. 63.] SIG. Soli meorum Ber. et Hav. cum vet. lib. Sigonii faciunt. Sed nihil muto. *non*, *sed* hic ponuntur pro non solum, sed etiam; de quo v. ad 39, 28, 1. Praeterea *protegere armis* Ber. Mox *haec animo reputet*, pro *hoc*, Lovel. 2. *hoc animo computet* Hearnii D. *cum animo reputare* dixit Sallust. in Jug. 13. ubi v. Cl. Cortium. *secum reputare* Livius 30, 14, 8. Insuper *senatum* non comparet in Lovel. 3.

§. 17. *Qualis nostra vis virtusque fuerit, talem deinde fortunam illius urbis*] Scribe *ipsius*. Tan. Faber vocem eam expungit. J. FR. GRON. Doujatius Fabri sententiam non inprobabilem putabat: mihi potius Gronovii conjectura praeferenda videtur. Saepissime enim pronomina *ille* et *ipse* in Mstis commutantur. V. exempla ad Livii 9, 26, 18. 10, 35, 9. 21, 6, 8. Adde, quae notavi ad Silii Ital. 12, 559. Ceterum *qualis vestra vis virtusque fuerit* Rec. et Gaertn. *qualis nostra vis virtusque fuerint* Lovel. 4. quod defendi possit illis, quae notantur ad 1, 31, 7. quum tamen reliqui *fuerit* servent, id etiam quin praeferendum sit, non dubito. Nam, et ita Livium loqui, dicendum erit ad 37, 29, 6. Voces *deinde fortunam illius urbis ac Romani* male omittuntur in Hav.

§. 1. *Captivos montanos vinctos in medio constituit*] Puteanorum codex, in quo superiora, praeter admodum pauca, damno nostro et Livii deerant, dehinc nos

Digitized by Google

montanos vinctos in medio ſtatuit; armisque Gallicis ante eorum pedes projectis, interrogare interpretem juſſit, ecquis, si vinculis levaretur, armaque et equum victor acciperet, decertare ferro vellet? 2 Quum ad unum omnes ferrum pugnamque poscerent, et dejecta in id sors eſſet, se quisque eum optabat, 3 quem fortuna in id certamen legeret. Ut cujusque sors exciderat, alacer, inter gratulantes gaudio ex-

juvabit. Is igitur et Flor. *in medio statuit.* 9, [21, 4.] *Et locum haud facilem ad circumveniendum cepit, et diversa statuit signa.* 23, [16, 8.] *Duabus circa portis novos milites levemque armaturam ac sociorum equites statuit.* J. FR. GRON. *statuit* etiam Cant. Horum codd. auctoritati cedendum arbitror, licet reliqui vulgatum tueantur, et, *constituere* pro alicubi siſtere, ſtatuere poni, notet Gronovius infra ad 27, 16, 11. Ita *statuere* 1, 45, 6. *Bovem Romam actam deducit ad fanum Dianae, et ante aram statuit.* Praeterea *victos* Lovel. 5. V. ad 30, 12, 7. *in medio vinctos* Hav. Deinde *ante pedes eorum* Flor. Voſſ. Lovel. quinque, Ber. et edd. quas vidi, ante Froben. anni 1531.

Interrogare interpretem jussit, quis eorum, si vinculis levaretur] Pal. sec. *interrogare per interpretem.* Placet mihi vulgata lectio. Praeterea a m. 2. Pal. pr. *ecquis, si vinculis levaretur.* GEBH. Put. cum Flor. et uno Pal. *jussit, et quis, si vinculis.* Sic librarii solent ἀντὶ τοῦ *ecquis.* J. FR. GRON. Male *per interpretem* Pal. sec. apud Gebh. Ita enim Liv. dixiſſet *interrogavit per interpretem* vel *interrogari per interpretem jussit* Deinde *jussisset, quis si vinculis* Cant. *jussit ecquis* Hearnii D. et N. Librarios *et quis*, pro *ecquis*, scribere solitos eſſe, vidimus ad 5, 36, 5. Vocula autem *si* deficit in Flor. Voſſ. et Lovel. quinque. Sed intercepta eſt a vocis praecedentis literis ultimis *is.* V. ad 27, 16, 14. Ceterum morem Karthaginiensium, qui captivos per paria compositos inter se decertare cogebant, inluſtrat Casaub. ad Sueton. Aug. 13.

§. 2. *Dejecta esset in id sors, se quisque eum optabat, quem fortuna in id certamen eligeret*] *in id certamen legeret* praeferunt Pall. tres. GEBH. Liber optimus et Flor. *et dejecta in id sors esset.* Statim cum tribus Pall. Voſſianoque, *quem fortuna in id certamen legeret*, non *eligeret.* J. FR. GRON. *et delecta in id sors esset* Cant. quomodo et Flor. legere excerpta mea utraque teſtantur. *delecta* etiam Gaertn. De hoc errore v. ad Livii 5, 21, 10. Vox *esset* deficit in Hearnii N. Tum *esse quisque eum optabat* Lovel. 3. *se quisque eum captabat* idem Hearnii N. quomodo in ipso illo cod. variant scribae cap. seq. §. 5. Deinde *in id certamen legeret* etiam omnes codd. mei. V. infra ad 39, 52, 2.

§. 3. *Et cujusque sors exciderat*] Scribendum eſt *Ut cujusque*, vel *Et ut cujusque sors exierat.*

Digitized by Google

sultans, cum sui moris tripudiis arma raptim capiebat. ubi vero dimicarent, is habitus animorum non 4
inter ejusdem modo conditionis homines erat, sed etiam inter spectantes vulgo, ut non vincentium magis, quam bene morientium, fortuna laudaretur.

XLIII. Dum sic aliquot spectatis paribus adfectos 1
dimisiffet, concione inde advocata, ita apud eos locutus fertur: *Si, quem animum in alienae sortis ex-* 2

VALLA. Bene *exciderat*; quia paullo ante dixit *dejecta esset in id sors*. Quare male Valla substituit *exierat*. Infra 23, 3, 7. *Inde consedit, et, nominibus in urnam conjectis, citari, quod primum sorte nomen excidit, ipsumque e curia produci jussit*. Josephus fere ad verbum 6. Antiq. 5. *Ποιησάντων δὲ τούτων τῶν Ἑβραίων, ὁ τῆς Βενιαμίτιδος κλῆρος ἐξέπεσε*. GEBH. *Ut cujusque sors ceciderat*, haud scio qua auctoritate, Gruteri ultima. Omnes antea editi, ut scripti, *exciderat*. Videtur cogitaffe Mucii 2, [12, 16.] *Ut cuique ceciderit primo*. Sed et 23, [3, 7.] *Nominibus in urnam conjectis citari, quod primum sorte nomen excidit, jussit*. Plutarchus in Crafſo [p. 552.] *Κράσσος δὲ ὑπὸ χαρᾶς εὐθὺς ἐκπέσοντι τῷ κλήρῳ καταφανὴς ἦν οὐδὲν εὐτύχημα λαμπρότερον ἑαυτῷ γεγονέναι τοῦ παρόντος ἡγούμενος*. J. FR. GRON. *Et cujus sors* cum edd. Rom. anni 1472. et Parm. legunt Lovel. 2. Ber. Hafn. Rec. Hav. et Hearnii D. ac N. cujus poſtremi margini adscriptum erat *Et cujusque sors*, quod etiam servant Flor. Cant. Voſſ. Lovel. 1. 3. Harſ. et Gaertn. *Et cujuscumque sors* Lovel. 4. et 5. eodem errore, quo *quandoque* et *quandocumque* commutantur. de quo dictum eſt ad 1, 31, 4. Sed recte Valla monuit, legendum esse *Ut cujusque sors*. Solent autem *et* atque *ut* commutari. V. ad 21, 28, 8. Deinde Doujatius Vallae adsensus *exierat* malebat. Et ita interdum variatur in scriptis. V. ad 23, 3, 7. At hic nihil mutandum puto. Omnes enim scripti ſtant pro vulgato. Et ita infra 22, 1, 11. *Sortes suae sponte adtenuatae, unamque excidisse, ita scriptam: Mavors telum suum concutit. excideret* habet Lovel. 5.

§. 4. *Dimicarent, is habitus animorum non inter ejusdem modo conditionis homines erat*] *dimicarent XX, is habitus* Gaertn. Praeterea *is erat habitus animorum non inter ejusdem conditionis homines* Lovel. 4. et 5. *nec inter eosdem modo conditionis homines* iterum Gaertn. In sequentibus *spectatos*, pro *spectantes*, Lovel. 2. in margine.

§. 1. *Dum sic aliquot spectatis paribus adfectos dimisisset*] Omnino *Quum sic aliquot*. J. FR. GRON. Ita apud me eſt in Gaertn. V. ad 1, 40, 7. *aliquos spectatis affectos* Hearnii L. 1. *aliquot spectatis partibus affectos* Lovel. 3. Praeterea *dimisit* Hearnii N. sed *dimisisset* in margine. Mox *concione idem advocata* Hav. V. ad 1, 19, 7. Vox *inde* exsulat ab Harl. *concione dein-*

Digitized by Google

emplo paullo ante habuistis, eumdem mox in aestimanda fortuna vestra habueritis, vicimus, milites. neque enim spectaculum modo illud, sed quaedam
3 *veluti imago vestrae conditionis erat. Ac nescio, an majora vincula majoresque necessitates vobis, quam*
4 *captivis vestris, fortuna circumdederit. Dextra laevaque duo maria claudunt, nullam, ne ad effugium*

de advocata legit Hearnii D. V. ad 36, 24, 10.

§. 2. *Eumdem mox in aestimanda fortuna vestra habueritis*] Perperam Pall. duo *existimanda*. ut et tert. *extinguenda*. GEBH. *in extimanda fortuna vestra* Lovel. 2. et Hav. *in existimanda fortuna vestra* Ber. *vestra in existimanda fortuna* Lovel. 4. Tum *habebitis* Ber. Paullo ante *quem animum alienae sortis exemplo* Cant. Lov. 4. et una vel altera vett. editionum. Sed praepositio *in* haufta est a vocis praecedentis litera ultima *m*. V. ad 10, 13, 3. Tum vox *ante* deficit in Voss. et Lov. 1. ac 4. In sequentibus *nec enim*, pro *neque enim*, Ber. qui insuper praefert *velut imago conditionis vestrae*; at Gaertn. *veluti imago nrae conditionis*.

§. 4. *Dextra laevaque duo maria claudunt, nullum, ne ad effugium quidem, navem habentibus. circa Padus amnis, major ac violentior Rhodano, ab tergo Alpes urguent*] *nullumve ad effugium quidem navem habentibus* Lovel. 3. *nullam ad effugium quidem navem habentibus* Harl, *nullam ne quidem navem habentibus ad effugium* Lovel. 2. et Ber. *nullam ne ad effugiendum quidem navem habentibus* Hearnii N. in cujus margine iterum *effugium* emendatur. Deinde *cura Padus amnis* Gaertner. *citra Padus amnis* Hav. *contra Padus amnis* Ber. Hinc *major Padus ac violentior* Flor. Cant. Voss. Lovel. 1. 3. Harl. Hafn. Hav. et Hearnii N. a m. 2. *major subest ac violentior* Ber. a m. 2. priori scriptura ita delata, ut legi nequeat. Tandem *a tergo Alpes* Flor. Voss. Lovel. 3. 4. 5. Ber. Gaertn. Hav. omnesque edd. ante Gronovium. Hae sunt lectionum varietates, quas hoc loco, a viris doctis admodum vexato, in codd. meis observavi. Quid J. Fr. Gronovio, Graevio, et Jac. Perizonio in mentem venerit, videri potest apud Jac. Gronovium Diss. epist. in loca quaed. geogr. Livii Epist. 2. p. 17. ubi locum ipse ita refingit: *circumdederit; dextra laevaque duo maria, nullam ne ad effugium quidem navem habentibus. Contra Padus amnis: major Padus ac violentior Rhodano; ab tergo Alpes urgent.* Ei graviter adversatus est personatus Jasitheus in Apolog. p. 16. qui *claudit*, a Gronovio ex conjectura expunctum, retinendum judicat propter elegantiam amplificationis, qua post *claudunt* subjungitur durius verbum *urguet*. Hinc *circa* non mutandum censet in *contra*. Quum enim *circa* notet juxta, prope; enumeratis illis, quae ab utroque latere ac tergo erant, necessario sequi, per *circa* intelligi, quod juxta, prope, sed a fron-

Digitized by Google

quidem, navem habentibus. circa Padus amnis, major Padus ac violentior Rhodano; ab tergo Alpes urguent, vix integris vobis ac vigentibus transitae. Hic vincendum aut moriendum, milites, est, ubi 5 *primum hosti obcurristis. et eadem fortuna, quae necessitatem pugnandi inposuit, praemia vobis ea victoribus proponit, quibus ampliora homines ne ab*

te, erat. Tandem figuram, quam repetendo vocem *Padus* Gronovius induxit, alienam esse pronunciat a gravissima viri militaris oratione, quam asperam et horridam, sensibusque incomtis et validis praeditam esse decebat. Verum non addit, quo ergo τὸ *habentibus* referendum sit, aut unde pendeat. Doujatius vel pro *habentibus* emendabat *habentes*, quod et patri in mentem venisse Cl. Jac. Gronovius monuit, et Ant. Perizonius sibi quoque placere ad marginem Livii adscripsit; vel *habentibus* ablativum, ut vocant, absolutum credebat, pro *cum habeatis*; vel denique *habentibus* revocabat ad praecedens pronomen *vobis*. Verum ita verba media *dextra laevaque duo maria claudunt* parenthesi erunt includenda, ut Moguntinos fecisse Jac. Gronovius monuit. Levissimum remedium videtur, ut legamus, quemadmodum jam fere viri docti, et nuper adhuc Cl. Crevier. legendum monuerunt, *dextra laevaque duo maria claudunt nullam, ne ad effugium quidem, navem habentes: contra Padus amnis, major Padus ac violentior Rhodano: ab tergo Alpes urguent*. Invitis scriptis omnibus totam vocem *claudunt* ejicere, nimis audax videtur. Pro *habentes* forte more antiquo scriptum fuerat *habentis*, quod a librariis mutatum est in *habentibus*; quomodo eos saepissime erraſſe videbimus ad 22, 8, 7. *contra* unius apud me cod. fide probavi; praesertim quum ita etiam alibi errent librarii, ut voces *contra* et *circa* confundant. V. ad 37, 15, 7. Si quis tamen *circa Padus* servare malit, non adversabor. *circa* enim quum proprie notet ea, quae et ab utroque latere, et ante, et ab tergo sunt, interdum ex reliquarum partium enumeratione ad unam aliquam adstringitur. Ita, enumeratis quae ante et ab tergo erant, *circa* ad ea, quae a lateribus sunt, referendum est infra 27, 18, 5. *Fluvius ab tergo, ante, circaque, velut ripa praeceps, oram ejus omnem cingebat*. Ut autem τοῦ *Padus* repetitionem probem, facit optimorum aliorumque codd. auctoritas.

Vix integris vobis ac vigentibus transitae] *vix integris ac ingentibus* Lovel. 3. V. supra hoc lib. c. 40, 8. *vix integris vobis ac urgentibus* Gaertn. *vix integris vobis ac vincentibus* Lov. 5.

§. 5. *Hic vobis vincendum aut moriendum, milites, est*] Put. caret τῷ *vobis*. ut et Andreas, Bec. Asc. Tarv. Ven. Mog. Savet. J.FR.GRON. Carent eodem Flor. et Cant. Hearnius, qui id in Mſtis suis superesse monet, addidit, exstare etiam in ed. Aleriensi Andreae, unde abesse docet Gronov. Certe etiam in Rom. anni 1472. Parm. ac Tarvis. utraque

Digitized by Google

6 *Diis quidem inmortalibus optare solent. Si Siciliam tantum ac Sardiniam, parentibus nostris ereptas, nostra virtute recuperaturi essemus, satis tamen ampla pretia essent. quidquid Romani tot triumphis partum congestumque possident, id omne vestrum cum*
7 *ipsis dominis futurum est. In hanc tam opimam mercedem, agite, cum Diis bene juvantibus arma*
8 *capite. Satis adhuc in vastis Lusitaniae Celtiberiaeque montibus, pecora consectando, nullum emolu-*

inveni, quum tamen et Tarv. numeretur inter edd. quae eo careant. Mox *occurreritis*, pro *occurristis*, Ber.

Necessitatem pugnandi inposuit] Pal. tert. refert *necessitatem pugnandi imponit*. GEBH.

Quibus ampliora homines ne ab Diis quidem inmortalibus optare solent] *ne Diis quidem inmortalibus* Lovel. 2. *ne a Diis quidem inmortalibus* Voss. Ber. Gaertn. Hav. omnesque edd. usque ad Gron. *ne a Diis quidem, a Diis inmortalibus* Lov. 5. *ab Diis*, ut Gronov. edidit, Flor. et Gant. Tum *captare solent* Hearnii N. *optare solent* in margine. Ita etiam supra cap. praec. §. 2. variatum esse vidimus. Paullo ante *auctoribus proponit*, pro *victoribus*, Lov. 5. errore librarii. V. ad 6, 3, 6. hoc lib. c. 12, 4.

§. 6. *Quidquid Romani tot triumphis partum congestumque possident*] Habent hunc locum in animo Claudianus 2. in Rufin. [49.]

Eheu quam brevibus pereunt ingentia caussis!
Imperium tanto quaesitum sanguine, tanto
Servatum, quod mille ducum peperere labores,
Quod tantis Romana manus contexuit annis,
Proditor unus iners angusto tempore vertit.

et Justinus 6, 3. *Neve tot bellis ac saeculis quaesitum imperium brevis momenti culpa subverteret.* GEBH. *partum congestumque obtinent, possident* Harl. In praecedentibus *Si* in initio §. deest in Lovel. 1. 2. 3. Harl. et Gaertn. Verum unus eorum Lovel. 3. interposuit postea ante vocem *recuperaturi*. Sed intercepta est a primis literis vocis sequentis. V. ad 34, 58, 10. Deinde *Siciliam tantum atque Sardiniam* Lovel. 4. et 5.

Id omne nostrum cum ipsis dominis] Put. *vestrum*. J. FR. GRON. Ita in omnibus scriptis invenio. V. ad 34, 2, 2. Hearnius *nostris* ex uno tantum N. laudavit. Edd. Aldo priores insuper alio ordine exhibent *id omne cum ipsis dominis nostrum*, Ceterum *id ēē*, id est *esse*, pro *id omne*, Gaertn. (* v. ad 36, 4, 6.)

§. 7. *In hanc tam opimam mercedem*] *optimam mercedem* Gaertn. Hav. et multae ex edd. antt. V. ad 38, 8, 9. Mox *arma accipite*, pro *capite*, Hearnii N. in margine.

§. 9. *Tempus est jam, opulenta vos*] *tempus jam est, opulen-*

Digitized by Google

mentum tot laborum periculorumque vestrorum vidistis: tempus est jam, opulenta vos ac ditia stipendia 9
facere, et magna operae pretia mereri, tantum itineris per tot montes fluminaque et tot armatas gentes
emensos. Hic vobis terminum laborum fortuna de- 10
dit: hic dignam mercedem emeritis stipendiis dabit.
Nec, quam magni nominis bellum est, tam difficilem 11
existimaritis victoriam fore. saepe et contemtus hostis cruentum certamen edidit, et incliti populi reges-

ta vos Lovel. 4. et 5. *tempus est, opulenta jam vos* Ber. *tempus est jam, vos opulenta* Harl. *Τὸ jam* exsulat ab edd. antt. Primus deinde Aldus in contextum recepit. Mox *et magnopere pretia mereri* Harl. 2. Ber. et Hav. *ac magnopere pretia mereri* Lovel. 4. et 5.

Per tot montes fluminaque et tot armatas gentes emensos] *et per tot armatas gentes* Hearnii N. a m. 2. Supra quidem dictum est ad 6, 28, 6. Livium praepositiones repetere solitum esse; hic tamen unius cod. auctoritas levior est, quam ut ejus fide, invitis reliquis omnibus, vulgatum mutetur. Insuper *emersos* Gaertner. et idem Hearnii N. V. ad 8, 7, 21. *emensis* Ber. et Lovel. 5. ut voces hae *tantum itineris* etc. referantur ad sequentia, et pendeant ex τῷ *vobis*.

§. 10. *Hic dignam mercedem emeritis stipendiis dabit*] *magnam mercedem* Lov. 3. et Hafn. quod ex interpretis glossa natum puto. Tum *emeritis stipendiis* Gaertn. Male. 3, 57, 9. *Non juniores modo, sed emeritis etiam stipendiis, pars magna voluntariorum, ad nomina danda praesto fuere.* 33, 3, 4. *Tirones ab decem et sex annis milites scribebat, et emeritis quidam stipendiis ad signa revocabantur.* et ita saepe alibi.

§. 11. *Tam difficilem existimaveritis victoriam fore*] Put. *difficilem existimaritis victoriam.* J. FR. GRON. Proxime ad hanc Puteanei scripturam accedens Hearnii N. *existimaretis* praefert in margine. quod etiam lectum fuit in Flor. a m. 1. in quo deinde a manu altera emendatum est *existimaritis.* Et ita erat etiam in Cant. V. mox ad cap. seq. §. 7.

Saepe et contemtus hostis cruentum certamen edidit, et incliti populi] *saepe etiam contemtus hostis* Lovel. 4. V. ad 22, 47, 9. *saepe et contentus hostis* Lovel. 5. V. ad 25, 38, 20, *hostis* deest in Gaertn. Hinc *certamen dedit* Lovel. 4. Saepe quidem *dare* pro edere ponitur. Ita *dare motus haud indecoros* 7, 2, 4. *dare gemitum* Ovid. 11. Her. 30. Sed nihil muto. Forte scriptum fuerat *certamé edidit*, atque ita prima litera *τοῦ edidit* intercepta est ab ultima vocis praecedentis. V. ad 27, 41, 8. Infra 31, 37, 3. *Regia statio atrocissimum proelium edebat.* Tum *inditi populi* Lovel. 1. V. ad 6, 42, 5. *inclinati populi* Cant. Mox *levi*

Digitized by Google

12 *que perlevi momento victi sunt. Nam, demto hoc uno fulgore nominis Romani, quid est, cur illi vobis*
13 *comparandi sint? Ut viginti annorum militiam vestram cum illa virtute, cum illa fortuna taceam; ab Herculis columnis, ab oceano terminisque ultimis terrarum, per tot ferocissimos Hispaniae et Galliae*
14 *populos vincentes huc pervenistis: pugnantibus* [l. *pugnabitis*] *cum exercitu tirone, hac ipsa aestate caeso,*

momento, pro *perlevi*, Harl. Infra 24, 34, 2. *Quibus ea, quae hostes ingenti mole agerent, ipse perlevi momento ludificaretur.*

§. 12. *Nam, demto hoc uno fulgore nominis Romani, quid est, quod illi vobis comparandi sint*] Put. *cur illi.* Cicero 3. Fam. 10. *Quid erat autem, cur ego in te tam implacabilis esseem?* In hujusmodi minutiis secuti eum merito passim et fere semper sumus: neque tamen in recisis his annotationibus id ubique monebimus, ne nimium excrescant. J. FR. GRON. Ita et Flor. Cant. Voss. et Hearnii D. et N. in margine. Ovid. 10. Her. 144.

Non tamen est, cur sis tu mihi caussa necis.

Cic. pro Cluent. 53. *Quid est, O. Naso, cur tu in hoc sexto loco sedeas.* Plautus in Sticho 1, 1, 51. *Neque est, cur nunc studeam has nuptias mutarier.* V. Cel. Burm. ad Petron. Satyr. 126. Praeterea *Uno demto hoc uno fulgore* Voss. et Lovel. 1. *Uno demto uno fulgore* Lovel. 4. *Ademto hoc uno fulgore* Harl. *Unde ademto hoc uno fulgore* Hearnii D. et Lovel. 3. *Unde uno ademto hoc fulgore* Gaertn. *Nam uno demto hoc fulgore* Lovel. 5. *Unde* pro *Nam* etiam multae ex edd. antt.

§. 13. *Viginti annorum militiam vestram*] Elatorie *XX annorum militiam* vocat Hannibal, quam supra [c. 16, 5.] *XVIII* Livius verius appellarat: at servit causae Annibal. SIG. *vigenti annis* Hearnii N. *viginti annorum* in margine. Praeterea *vestram militiam* Harl.

§. 14. *Hac ipsa aestate caeso, victo, circumsesso a Gallis*] Vet. lib. *circumsessoque.* SIG. Ita et iam Ber. et Hav. reliquis invitis. Solere Livium copulam in his omittere, vidimus ad 3, 9, 4. Mox *ignoto ad haec*, pro *adhuc*, Lovel. 2. Tum *ignoranteque ducem*, pro *ignorantique*, in Lov. 3. Ber. a m. 2. Hearnii N. ed. Vascosani et recentioribus omnibus usque ad Gronov. qui priorem lectionem, a reliquis codd. firmatam, revocavit. V. ad 6, 14, 13.

§. 15. *An me, in praetorio patris, clarissimi imperatoris, prope notum, certe educatum*] Scribendum opinor *prope natum:* quod probat locus ille l. 30, [28, 4.] *Sed cum Annibale, prope nato in praetorio patris fortissimi ducis, alitoque atque educa-*

Digitized by Google

so, victo, circumsesso a Gallis, ignoto adhuc duci suo, ignorantique ducem. An me, in praetorio pa- 15
tris, clarissimi imperatoris, prope natum, certe eductum, domitorem Hispaniae Galliaeque, victorem eumdem non Alpinarum modo gentium, sed ipsarum, quod multo majus est, Alpium, cum semestri hoc conferam duce, desertore exercitus sui? Cui 16
si quis, demtis signis, Poenos Romanosque hodie ostendat, ignoraturum certum habeo, utrius exerci-

to inter arma. VALLA. Put. *certe eductum.* ut Terentio [Andr. 1, 5, 39.] *bene ac pudice doctum atque eductum.* Et [Ad. 1, 1, 23.] *Eduxi a parvulo.* J. FR. GRON. *prope notum* Flor. Gaertner. et Hearnii N. Sed *natus* et *notus* etiam alibi a scribis commutantur. V. ad 22, 4, 2. *proprie notum* Lovel. 2. *prope* et *proprie* in Mstis confunduntur etiam supra 5, 14, 1. *probe notum* Cant. Voss. Lov. 3. 4. 5. Hafn. Ber. Hav. et edd. Rom. anni 1472. ac Parm. V. ad 37, 49, 2. Deinde *certe eductum* Flor. et Cant. Saepius *educere*, pro educare, Livius et alii optimi scriptores usi sunt, quod passim librarii indocti mutarunt. V. Rhenan. ad Livii 1, 39, 6. Gronov. ad Livii 24, 4, 5. et 27, 19, 9. Cel. Burm. ad Seren. Samm. v. 64. et quae notavi ad Livii 1, 4, 7. et 2, 9, 6. Ita variant etiam codd. apud Curt. 3, 12, 16. Id quoque restituendum videtur infra 39, 9, 2. *Sub tutela Duroniae matris et vitrici Ti. Sempronii Rutili eductus fuerat.* ita plures scripti. Vulgo etiam *educatus.* Alios pariter loquutos esse, docui ad Silii 9, 434. Adde Colum. 3, 10. *Velut altricis uberibus eductus paullatim fructum ferre condiscit.* Mox *domitorem Hispaniae, Galliae, victorem eumdem* Lovel. 4. *domitorem Hispaniae Galliaeque, victoremque eumdem* Lovel. 5.

Non Alpinarum modo gentium, sed ipsarum, quod multo majus est, Alpium] Vocula *sed* deest in Lovel. 3. et quibusdam ex edd. vett. Talis locutio est apud Calpurn. Ecl. 7, 64.

Non solum nobis silvestria cernere monstra
Contigit; aequoreos ego cum certantibus ursis
Spectavi vitulos.

ubi v. quae notantur, et quae supra dicta sunt ad 2, 49, 11. Verum voculam illam tuentur ac vindicant et plures et optimi Msti, ac principes edd. *non Alpinarum modo gentium, id est ipsarum* Lovel. 4. *non Alpinarum modo gentium, idem ipsarum* Lovel. 1. et Gaertn. *non Alpinarum modo gentium, sed etiam ipsarum* Ber. Verum id non necesse est. *non modo, sed* inlustravimus supra ad 7, 37, 1. Tum *quod multo magis est* Lovel. 1. et 5. V. ad 26, 41, 16. Mox *semenstri*, pro *semestri*, Flor. quod pertinet ad illa, de quibus egi ad 5, 54, 4. Adde supra ad 4, 24, 5. Insuper §. 16. *ignoret, certum habeo*, pro *ignoraturum*, Hearnii D.

Digitized by Google

17 *tus sit consul. Non ego illud parvi aestimo, milites, quod nemo vestrûm est, cujus non ante oculos ipse saepe militare aliquod ediderim facinus; cui non idem ego, virtutis spectator ac testis, notata tempo-*
18 *ribus locisque referre sua possim decora. Cum laudatis a me millies donatisque, alumnus prius omni-*

§. 17. *Non ego illud parvi aestimo, milites, quod nemo vestrûm est*] *Non ego illud parvi existimo* Lovel. 4. et Gaertn. *Non ego illud parvi extimo* Ber. et Lovel. 1. ac 2. *Non illud ego parvi extimo* Hav. V. ad 34, 2, 6. Tum *nemo est vestrûm* Flor. In sequentibus mox *cujus non idem ego virtutis spectator*, pro *cui*, Flor. Harl. et Hav. *cujus non ego idem virtutis spectator* Lovel. 4. qui existimasse videntur, *cujus* referendum esse ad *virtutis*, quum pendeat ex remotiori *referre*; unde etiam *cui* legendum est. *cui non ego idem virtutis spectator* Lovel. 6. *cui non idem virtutis spectator* Lovel. 2. et Ber. a m. 2.

§. 18. *Tum laudastis me, milites, donastis*] Vet. lib. *Collaudastis me, milites.* SIG. Haec satin' aut integra aut pura? certe non videntur. Quid donaverint? an munera accipere a militibus imperator solet? imo dare. Si non aliquid defit, legerim in hanc mentem: *donati estis.* Duo recensuit. Et ego, inquit, fortiter saepe feci vobis spectantibus, et vos me. Laudem igitur a vobis accepi: praemium unicum ducibus; et vos dona a me, ex militiae more. RUB. 1. Elect. 28. Rubenius existimat legendum hic *donati estis*, quem vide. Pall. sec. et tert. *Tum laudastis me, milites, donastis alumnum prius omnium vestrûm, quam imperatorem.* GEBH. Mendosa sunt haec, Rubenius malit *donati estis.* Sed dum ea ratione quoque sit reducendum. Ego vero istud minime huc facere censeo de donationibus, sed membrum istud ad sequens pertinere: nihil enim, quam summam notitiam, velle arguit, quod sequitur, *procedam adversus ignotos ignorantesque.* His se ob suam notitiam feliciorem facit. Legam: *Dum laudastis, me, milites, educastis. Alumnus prius omnium vestrum* etc. Adolevi, ait, in laudibus vestris, quas a prima pueritia mihi tribuistis perennes. De Annibale paria Silius Ital. 17, [293.] ubi milites, notos a facinoribus bellicis, pluribus, quam quae huc deferantur, compellat singulos vir vetus armorum. BARTHIUS 14. Adv. 10. In libro optimo erat, *Tum laudatis me, miliens donatisque.* Duo ista verba persaepe Livius conjungit in laude donisque militaribus ab imperatoribus militi ob virtutem impertitis. 25, [18, 15.] de Crispino: *Laudatusque ibi magnifice et donis donatus.* 38, [23, 11.] *Laudati quoque pro concione omnes sunt, donatique pro merito quisque.* 39, [31, 17.] *Pro concione postero die laudati donatique equites phaleris.* 42, [60, 10.] *Pro concione laudati, ducesque eorum etiam virtutis caussa donati.* Tale quid igitur hic quoque significari cum crederem, Sigonii *Collaudastis me*, Barthii *educastis*, numquam sum miratus. Ipsam autem veritatem sa-

Digitized by Google

um vestrûm, quam imperator, procedam acie adversus ignotos inter se ignorantesque.

XLIV. *Quocumque circumtuli oculos, plena omnia video animorum ac roboris; veteranum peditem, generosissimarum gentium equites frenatos et infrenatos, vos socios fidelissimos fortissimosque, vos* 1 2

gaciter ab se deprehensam communicavit mecum Albertus Rubenius: *Cum laudatis a me millies donatisque alumnus prius omnium vestrûm, quam imperator, procedam acie adversus ignotos inter se ignorantesque.* Vobiscum, inquit, hoc est, cum illis militibus, quos toties pro concione re bene gesta laudibus et donis meritos ornavi, ego, quem vos prius non modo tirocinia, sed propemodum incunabula in castris ponentem, educastis, quam imperatorem fecistis, ibo praeliatum adversus ducem, ignotum exercitui suo, et ignorantem copias suas. J. FR. GRON. Lectio, quae ante Gronovium in edd. exstabat, superest in Lovel. 5. Hafn. et Gaertn. neque inde abit Rec. nisi quod *donastisque* legat. *Tum laudastis me, milites, donastis alumnum prius omnium vestrûm, quam imperator* est in Voss. Lovel. 1. 2. 3. 4. et Harl. quibus consentit Hav. nisi quod insuper *imperatorem* substituat. *Collaudastis me millies donastis alumnum prius omnium vestrûm, quam imperatorem* Ber. in quo *alumnus* et *imperator* emendat manus altera. *Tum laudatis me milies donastisque alumnum prius omnium vestrûm, quam imperator* Flor. in quo tamen *laudastis* est a m. 2. *Cum laudatis a me milliens donastis alumpnum prius omnium vestrûm, quam imperator* laudatur in excerptis ex Cant. Gronovius in priori editione notarum ex veteri Put. scriptura conjiciebat legendum, *quod nemo vestrum est, cujus non ante oculos ipse saepe militare aliquod ediderim facinus, cui non idem ego virtutis spectator ac testis, notata temporibus locisque referre sua possim decora, mecum laudatis millies donatisque.* Ut dicat Hannibal, se nondum imperatorem simul cum militibus, ac milites secum pro egregia opera ab Hasdrubale laudatos donatosque esse. Syllepsin autem in posterioribus verbis *mecum laudatis millies donatisque* ita defendebat, ut numerus respondeat utrique membro *cujus non ante*, et *cui non idem ego*; casus propiori *cui*. Et hanc etiam lectionem in contextum recepit. Verum in repetitis curis recte palmariam Alb. Rubenii conjecturam probavit. Mox τὸ *acie* deficit in Voss. et Lovel. 1. *procedam aciem* habet Flor. *procedam in aciem* Lovel. 4. ut praepositio in Flor. elisa sit a vocis praecedentis litera ultima. V. ad 10, 13, 3. De locutione *procedere in aciem* v. ad 5, 48, 7.

§. 1. *Generosissimarum gentium equites frenatos et infrenatos*] Per *infrenatos* intelligit Numidas. Infra c. 46, 6. *Annibal frenatos equites in medium accipit, cornua Numidis firmat.* De his agunt Lipsius 3. de Milit. Rom. 8. et Cerda ad Virg. 4. Aen. 41. DUK. *nudi frenis infrenati*

Digitized by Google

Karthaginienses, quum ob patriam, tum ob iram
3 *justissimam, pugnaturos. Inferimus bellum, infe-*
stisque signis descendimus in Italiam, tanto audaci-
us fortiusque pugnaturi, quanto major spes, major
4 *est animus inferentis vim, quam arcentis. Accendit*
praeterea animos et stimulat dolor, injuria, indi-
gnitas. ad supplicium depoposcerunt me ducem pri-
mum, deinde vos omnes, qui Saguntum obpugnas-
setis: deditos ultimis cruciatibus adfecturi fuerunt.

que manipli dixit Silius, *infrenatus* pro frenatus adhibens, 4, 315. Per *nudos frenis*, et hoc loco *infrenatos* intelliguntur Numidae. V. ad Silii 3, 293. Ceterum *gloriosissimarum gentium* Lovel. 4. Tum *frenatos infrenatos*, omissa media copula, Ber. *frenatos infrenatosque* Flor. Insuper antea *plena video omnia animorum ac roboris* Lovel. 4. 5. *plena omnia video animorum roborisque* Ber.

§. 2. *Vos, Karthaginienses, tum ob patriam, tum ob iram*] Prima vocula non exstat in Lov. 4. Deinde *cum ob patriam* Flor. Ber. Lov. 5. et quaedam ex vett. edd. Ita etiam Cl. Crevier. in Put. invenit, et in contextum recepit; quem, tot nunc meis consentientibus, imitatus sum. V. ad 6, 23, 3. Paullo ante *fidelissimosque fortissimosque* Harl.

§. 3. *Tanto audacius fortiusque pugnaturi, quanto major spes, majorque animus inferentis est vim*] Pall. tres, *quanto major spes, major animus inferentis vim, quam arcentis.* GEBH. Lege cum primo scriptorum: *tanto audacius fortiusque pugnaturi, quam hostis, quanto major spes, major est animus inferentis vim, quam arcentis.* Etsi possis habere suspectum *τὸ quam hostis.* l. 3, [25, 2.] *In quaestoribus novis major vis, major auctoritas erat.* J. FR. GRON. Voces *quam hostis*, ne quis forte Put. suspectum habeat, exhibent etiam Flor. et Cant. Deinde priores edd. legebant *major spes, majorque animus inferentis est vim;* pro quo Gronov. in pr. ed. substituit *majorque est animus inferentis vim*, postea *major est animus inferentis vim*, Put. iterum secutus, et pro parte Pall. Per omnia etiam hic Put. adsentiuntur Flor. Cant. et forte Lov. 1. unde nihil notatum vidi. At cum Pall. Gebhardi faciunt Voss. Lov. 2. 3. 4. 5. Harl. Ber. Gaertn. et Hav. *majorque animus inferentis vim* Hearnii N.

§. 4. *Accendit praeterea animos et stimulat dolor*] *et stimulat animos dolor* Flor. Mox pro *depoposcere* Gronov. edidit *depoposcerunt*, quod firmant Flor. Cant. Voss. Lovel. 1. 3. 4. Harl. Gaertn. aliique. *deposcerunt* est in Lovel. 5. V. ad Epit. Liv. 2. *poposcerunt* Lov. 2. Ber. Hav. et Hearnii D. V. ad 2, 13, 7.

Deditos ultimis cruciatibus adfecturi fuere] Dictio *fuere* nata in officina sciolorum. GRUT.

Digitized by Google

Crudelissima ac superbissima gens sua omnia suique 5
arbitrii facit. cum quibus bellum, cum quibus pacem habeamus, se modum inponere aequum censet: circumscribit includitque nos terminis montium fluminumque, quos ne excedamus: neque eos, quos statuit, terminos observat. Ne transieris Iberum: 6
ne quid rei tibi sit cum Saguntinis. Ad Iberum est Saguntum: nusquam te vestigio moveris. Parum est, 7
quod veterrimas provincias meas Siciliam et Sardi-

In Pal. tert. fuit, *deditos ultimis cruciatibus adfecturi forent.* GEBH. Nullus est cod. inter meos, qui dictionem, a Grutero *vo3eias* damnatam, vel omittat, vel cum Pal. Gebhardi ejus loco legat *forent.* Contra Gronov. edidit *fuerunt:* quod superest in omnibus meis, nisi quod *fuerant* sit in Hav. Paullo ante *oppugnastis*, pro *oppugnassetis*, Harl. et Hearnii D.

§. 5. *Circumscribit includitque nos terminis montium fluminumque, quos ne excedamus*] *et circumscribit includitque.* Ber. *circumscribitque includitque* Hav. Tum voces *nos terminis montium fluminumque* non adparent in Cant. omissae culpa librarii, quibus voculae *que* repetitio fraudi fuit. V. ad 9, 11, 11. Dein *neque excedamus* Lov. 2. et Ber. a m. 2. *non excedamus* Flor. Paullo ante *omnia sua suique arbitrii* Ber. Hinc *cum quibus bellum, quibus pacem*, pro *cum quibus pacem*, Flor. Lov. 1. et Harl. Denique *aecum censent*, pro *aequum censet*, Flor. Verum licet *gens* saepe, ut conlectivum, verbum plurale adsciscat, hic tamen *censet* praeferendum esse, et praecedentia, et sequentia docent.

§. 6. *Nusquam te vestigio movearis*] Vos mutastis *e vestigio moveris.* Ego *nusquam te vestigio moveris*, accentu in antepenultima, ut sit verbi activi subjunctivum, non passivi indicativum. VALLA. Pall. tres, *movearis.* At vetustissima ed. *nusquam e vestigio te moveris.* GEBH. *nunquam* Hearnii N. V. ad 36, 17, 10. et mox ad §. seq. etiam ad cap. seq. §. 4. *nusquam e vestigio movearis* Lovel. 2. et edd. Rom. anni 1472. ac Parm. *nusquam tuo vestigio movearis* Lov. 3. et Hafn. *nusquam te vestigio movearis* Harl. Ber. Hav. et Hearnii D. ac N. *nusquam te vestigio moveas* Lov. 4. Reliqui codd. emendationem Vallae probant. Paullo ante *Ne transieritis Iberum* Cant. Deinde *ne quid tibi rei sit* Hav. *ne quid commune tibi sit* Lovel. 3. Hinc voces *ad Iberum est Saguntum* exsulant a Lovel. 5. Cl. Crevier. libenter legeret *cis Iberum*, ut haec intelligerentur dicta ex persona Poenorum, qui Hispaniam ulteriorem obtinentes necesse non habebant, ut ad obsidendum Saguntum Iberum transirent. Videnda sunt, quae ad hunc locum notavit.

§. 7. *Veterrimas provincias meas Siciliam et Sardiniam ademit, nisi adimat et Hispa-*

Digitized by Google

niam adimis. etiam Hispanias? et inde cessero, in Africam transcendes. Transcendes autem, dico? duos consules hujus anni, unum in Africam, alterum in Hispaniam miserunt. nihil usquam nobis re-

niam] Legendum esse, uti edidimus, cum vulgo sit etiam *provincias nostras*, et *Hispaniam*, tum *et si inde*, deinde *transcendet*, monuimus 4. Obs. 20. *nisi adimat* aeque Andreas, Beccar. Tarv. Venet. Savet. ignorant; Ascensius et Mag. jam habent. J. FR. GRON. *provincias meas*, pro *nostras*, etiam Flor. Cant. Voss. Lov. quinque, Harl. Hafn. et Gaertner. *provincias vestras* Rec. Tum *Sardiniam abstulit, adimit etiam Hispaniam; et si inde cessero in Africam transcendet* Ber. neque dissentit Hav. nisi quod addita voce *etiam in Africam* legat. *Sardiniam abstulit, adimit Hispaniam; et inde cessero, in Africam transcendet* Hafn. *Sardiniam adimit; in Hispaniam, et inde cessero in Africam transcendet* Voss. cui consentiunt Lov. 1. 5. et Gaertn. nisi quod eorum primus *in Hispanias*, secundus, *et in Hispaniam, et si inde*, tertius *etiam in Hispaniam, et si inde* praeferant. *Sardiniam adimit* (*ademit* Lov. 3.) *etiam Hispaniam et si inde cessero in Africam transcendet* Lov. 2. 3. 4. et Harl. *Sardiniam adimit etiam Hispanias, et inde cessero, in Africam transcendet* Rec. *Sardiniam adimit etiam Hispanias. et si inde cessero in Africam transcendes* Flor. *Sardiniam adimis etiam Hispanias et inde cessero in Africa transcendes* Cant. Insuper *transcendisse autem dico* non tantum edd. quas consului, omnes ante Froben. anni 1535. sed et omnes scripti; nisi quod *transcendere autem dico* sit in Lov. 5. *transcendisse audio* in Ber. Hafn. et Gaertner. Sed optime locum hunc emendavit Gronov.

Nihil usquam nobis relictum est, nisi quod armis vindicaverimus] Put. et Voss. *vindicaremus*. Lege *vindicarimus*. J. FR. GRON. *vindicaremus* etiam omnes mei, ut et Hearnii D. et N. *vindicarem* ejusdem L. 1. Sed recte Gronov. *vindicarimus*. Similiter errarunt librarii supra cap. praec. §. 11. 26, 13, 5. et 37, 54, 28. Adde Cel. Burmann. ad Sueton. Aug. 17. Praesertim autem Livius delectatus est contractionibus in temporibus praeteritis verborum primae conjugationis, quas passim scribae mutarunt. Ut ex multis exemplis pauca tantum memorem, v. ad 2, 1, 2. 5, 53, 9. 6, 22, 4. 30, 18, 1. 34, 32, 2. c. 50, 4. 36, 3, 4. c. 8, 1. 37, 20, 8. c. 57, 1. 39, 16, 3. c. 26, 14. c. 29, 8. c. 31, 11. c. 38, 5. c. 55, 1. 40, 14, 10. ac pluribus. Praeterea *nihil umquam* Flor. Cant. Voss. et Gaertn. eodem errore, quo *nusquam* et *numquam* confundebantur §. praec. Verbum autem *est* defit in Ber. a m. 1. In praecedentibus vero pro *misere*, quod erat in edd. prioribus, Gronovius substituit *miserunt*. Et ita legunt omnes scripti.

§. 8. *Illis timidis et ignavis licet esse, qui receptum habent*] Idem optimus codicum et Voss. plane: *qui respectum habent*, id est, qui habent, pro respiciant, et fiduciae et, si res exigat, auxilii gratia. 4, (46, 8.) *Subsidia, quae respicerent in re trepida, praeparata erant ab tribuno militum*. 27, (12, 3.) *Hosti jam undique pulso, nec ubi consisteret, nec quid fidum respiceret, ho-*

Digitized by Google

lictum est, nisi quod armis vindicarimus. Illis ti- 8
midis et ignavis licet esse, qui respectum habent, quos suus ager, sua terra, per tuta ac pacata itinera fugientes, accipient: vobis necesse est fortibus vi-

benti. Utitur eodem genere loquendi Cicero Philipp. 11, [12.] *Ne Brutum colligassemus in Graecia, et ejus auxilium ad Italiam vergere, quam ad Asiam maluissemus, non ut ex acie eum respectum haberemus, sed ut ipsa acies subsidium haberet etiam transmarinum.* Philipp. 10, [4.] *Quod qui ab illo abducit exercitum, et respectum pulcherrimum et praesidium firmissimum adimit reipublicae.* Philipp. 5, [18.] de Caesare: *Quum respectum ad senatum et bonos non haberet.* id est, quum de optimatium favore ipse popularem levitatem semper sectatus nihil sibi spondere posset. Non vult enim nullam habitam a Caesare senatus et reipublicae studiosorum rationem, hos ab eo contemptos, ut Schottus interpretatur [1. Nodor. Cic. 15.] Porro Andreas quoque, Becc. Tarv. Ven. Savet. Asc. *respectum*, non *receptum*, dudum ediderunt. J. FR. GRON. Livius 9, 23, 12. *Nos omnium rerum respectum, praeterquam victoriae, nobis abscindamus.* JAC. GRON. *qui respectum habent* omnes non tantum mei et Hearnii codd. verum etiam edd. antt. ante Moguntinam, quae prima *receptum* dedit, unde id Aldus in erratis, et postea reliqui receperunt. Supra 9, 23, 12. *Castra habeant repetantque, quibus operae est trahere bellum: nos omnium rerum respectum, praeterquam victoriae, nobis abscindamus.* 42, 46, 4. *Quae serva atque obnoxia fore, si nullus alio sit, quam ad Romanos, respectus.* Et ita *respicere* 4, 17, 5. *Propius est fidem, obstringi Hidenatium populum, ne respicere spem ullam ab Romanis posset, voluisse.* V. Cel. Burm. ad Suet. Ner. 20. Simili modo *suscipere* et *suspicere* in Mstis confunduntur. V. ad 28, 6, 12. *accipere* et *aspicere.* V. quae dixi ad Silii 5, 573. Praeterea *illis timidos et ignavos esse licet* Hav. sed alterum elegantius est, et optimorum codicum testimonio firmatur. Supra 3, 50, 6. *Sibi vitam filiae sua cariorem fuisse, si liberae ac pudicae vivere licitum fuisset.* Ubi v. quae notantur. *illos timidos et ignaros licet esse* Lov. 2. *ignavus* et *ignarus* etiam alibi commutantur. V. ad 3, 54, 3. et 9, 8, 4.

Quos suus ager, sua terra, per tuta ac pacata itinera fugientes, accipient] *quod suus ager, quod sua terra* primae, quas vidi, edd. pro quo mox secutae dederunt *quod suus ager, sua terra.* Id autem posterius ex scriptis praeferunt Voss. Lov. 2. 3. Hav. et Gaertn. *quod sua terra, suus ager* Flor. qui etiam *tota ac pacata*; de quo errore v. ad 28, 4, 7. *quod suum agrum, suam terram* etc. *fugientes accipient* Ber. et Hearnii N. Displicuisse videtur librariis, duobus singularibus *suus ager, sua terra* addi verbum plurale, quod tamen apud Livium frequens est. V. ad 1, 31, 7. Verbum *accipere* eo modo, quo hic capitur, inlustramus supra ad 5, 21, 3. Infra 38, 21, 15. *Romanos victores deserti fuga hostium tumuli acceperunt.* Aldus in erratis emendavit *quos suus ager, quos sua terra.* Frobenius deinde an-

Digitized by Google

ris esse, et, omnibus inter victoriam mortemve certa desperatione abruptis, aut vincere, aut, si fortuna dubitabit, in proelio potius, quam in fuga, mortem
9 *obpetere. Si hoc bene fixum omnibus destinatumque*

no 2531. *quos suus ager, sua terra.* Mox *necesse est fortis viribus esse,* pro *fortibus viris,* Flor. Voss. et Lov. 1. *necesse est fortibus viribus esse* Hearnii N. et *fortibus viris* in margine. *Id est* deerat in Lov. 2. Ceterum hoc dictum est eadem forma, qua modo *Illis timidis et ignavis licet esse.*

Si fortuna dubitabit, in proelio potius, quam in fuga, mortem obpetere] Verbum *dubitare* inlustravit Gronov. ad Senec. Ep. 114. *mortem optare* est in Hearnii D. invitis aliis omnibus. Paullo ante *obrutis,* pro *abruptis,* Lov. 2. Gaertn. et edd. Sigonii. *abrutis* Voss. [et Lov. 1.

§. 9. *Si hoc bene fixum omnibus destinatumque in animo est*] *Si destinatum omnibus hoc, si bene fixum in animo est* Lov. 4. et 5. *Si hoc bene fixum omnibus, destinatum in animo est* Flor. Voss. Lov. 1. 2. *Si hoc bene fixum omnibus, ac destinatum in animo est* Hav. et Ber. a m. 1. *Si hoc bene fixum destinatum in animo est* a m. 2. *destinatumque animo est* Hearnii N. Mox *iterum dicamus* Flor. a m. 1. *iterum dico* idem Hearnii N.

Nullum contentum ad vincendum homini a Diis inmortalibus acrius datum est] Credo scribendum *nullum incitamentum.* VALLA. *incitamentum* est conjectura Vallae, traducta omnium sequentium editionum consensu. Sed an legitimo, in dubium me collocat Pall. codd. diversitas ab hoc Laurentii commento. nam illi *nullum contemtu ad vincendum hominem* (hoc omittit vocabulum sec.) *a Diis immortalibus acrius datum est.* Verior ac sincerior hoc loco mihi apparet antiquissimae ed. lectio, quam et Vallae somnio praetuli: *nullum contemtu ad vincendum homini a Diis inmortalibus acrius telum datum est.* Dicit Annibal, contemtu vitae ac desperatione nihil efficacius esse ad acquirendam victoriam. Vellejus Paterc. 2, 5. ubi loquitur de Q. Macedonico: *Cum urbem,* inquiens, *Contrebiam nomine oppugnaret, pulsas praecipiti loco quinque cohortes legionarias eodem protinus subire juberet, facientibusque omnibus in procinctu testamentis, velut ad certam mortem eundum foret, non deterritus proposito, perseverantia ducis, quem moriturum miserat, militem victorem recepit. Tantum effecit mistus timori pudor, spes desperatione quaesita.* Videatur Justinus 20, 3. Diodorus 11. 12. et 17. *Telum* vero hic est incitamentum, seu potius adjumentum. Cicero *Parsimonia non mediocre telum ad virtutem.* Livius 4, 28, 5. *Necessitate, quae ultimum ac maximum telum est, superiores estis.* GEBH. [*nullum incitamentum*] a Vallae conjectura. Andreas *nullum contemtu ad vincendum homini a Diis immortalibus acrius telum datum est.* Sed illud *telum* in MSS. nullum habet vestigium sui. Put. *contemptum.* neque aliter, ut quisque melior, caeteri. Veritas est, *nullum momentum ad vincendum homini ab Diis im-*

Digitized by Google

in animo est, iterum dicam, vicistis: nullum momentum ad vincendum homini ab Diis immortalibus acrius datum est.

XLV. His adhortationibus quum utrimque ad 1

mortalibus acrius datum est. Nam sic quoque Put. non *a Diis.* Est quidem sermo haudquaquam insolens, tamen frequentissimus nostro. 29, [12, 2.] *Haud parvum momentum ad opem ferendam sociis.* 33, [45, 4.] *Non magni momenti ad summam rempublicam populi Romani.* 35, [31, 7.] *In quo plus ad omnia momenti, quam in Magnetibus, esset.* 42, [45, 3.] *Rhodii maximi ad omnia momenti habebantur.* 43, [23, 8.] *Ut impensam in rem maximi ad omnia momenti faceret.* J. FR. GRON. Apparet tamen, adjectivum hoc efficacius esse et nervosius, quam ut illi substantivo conveniat, et major quaedam ac ponderosior vox requiritur. Itaque scribebat mihi Cl. Graevius, *magnum, parvum momentum* occurrere frequentissime, alienum vero esse ab usu recte loquentium *acre momentum.* Recte tamen id conjungi cum τοῦ *telum* in Andreana. Nec frustra legi in Put. *contemtum*, et in Andreana *contemtu.* Hinc sibi persuasisse, Livium scripsisse: *nullum contemtu sui ad vincendum homini ab Diis immortalibus acrius telum datum est. Contemtus sui*, ut Seneca *vilitas sui*, quum facilis sit mutatio literae *ui* in *m*, unde deleta litera *s* venit *contemtum.* In quo sensum vides omnino absolutum, si ad MSS. cum conciliare potes, qui certam fidem mihi fecerunt perpetue, ubi quid abundat, illic alieni quid intextum esse. Voss. refert *cteptu* cum tribus superinscriptis lineolis. Gud. *conceptum.* Flor. *contemptum.* Inde adscripseram margini meo, videri: *nullum eo telum ad vincendum homini ab Diis immortalibus acrius datum est.* ut 3, [69, 2.] *Juventus, quae inter tales metus detrectationem militiae telum acerrimum adversus Patres habere solita erat.* Et alibi *stimuli acres*, ac *stimulare acrius.* Quare eligas licet. JAC. GRON. *nullum contemptu ad vincendum homini a Diis immortalibus acrius telum datum est* edd. Rom. anni 1472. ac Parm. Gronovius in pr. ed. not. refert, se in cod. Regio, etsi non nimis antiquo, notae tamen haud malae, invenisse *nullum compempsum*; inde sibi natam esse conjecturam *nullum compendium ad vincendum. compendium* autem exponit viam compendiariam. et hanc conjecturam firmare videtur lectio Lov. 3. *nullum compensum.* Addit nihilominus Gronov. se tamen haerere, et in iterata editione sententiam hanc silentio involvens tacite damnasse videtur. Ac recte. Nam, quemadmodum *momentum acrius*, quod Graevius, non tantum Gronovio, sed et Heinsio scribens, monuit in Syllog. Epist. Burmann. tom. 4. epist. 68. p. 96. sic etiam *compendium acrius* ab usu recte loquentium alienum existimandum est. *nullum conceptum ad vincendum* Lov. 2. 4. 5. Hafn. Gaertner. et Voss. in margine pro varia lectione. *nullum contemptum ad vincendum* Flor. Cant. Lov. 1. Ber. Hav. et Hearnii D. ac N. *nullum ĉtĉptu* Voss. *cŏtĉptum* Harl. Nihil propius ad codd. scripturam video, quam quod Cl. Gronovium subiit, *nullum eo telum ad vincendum* etc. *acrius datum*

Digitized by Google

certamen accensi militum animi essent, Romani ponte Ticinum jungunt, tutandique pontis caussa castel-
2 lum insuper inponunt. Poenus, opere occupatis hostibus, Maharbalem cum ala Numidarum, equitibus quingentis, ad depopulandos sociorum populi Ro-
3 mani agros mittit. Gallis parci quam maxime jubet,

est. De voce *telum* translata hac significatione v. supra ad 6, 35, 8. ubi et videbis exempla laudari, in quibus *acerrimum telum* obcurrit. Ex illis etiam patebit, locum, quem Graevius ep. ad Heinsium laudat ex Livio Andronico, esse Cic. 7. ad fam. 16. *ab Diis immortalibus* etiam Flor. Cant. Lov. 1. et Harl.

§. 1. *Quum utrimque ad certamen accensi militum animi essent*] *utrumque ad certamen* Gaertn. sollemni scribarum errore. V. ad 5, 8, 10. c. 46, 1. c. 48, 1. 6, 29, 1. 7, 7, 7. c. 40, 2. et 9, 28, 5. Similiter confunduntur *uterque* et *utrimque* 2, 64, 8. *utriusque* et *utrimque* 22, 28, 11. Mox *pontem Ticinum jungunt*, pro *ponte*, Flor. a m. 1. Lov. 4. et Harl. *Ticinum pontem jungunt* Lov. 1.

Tutandique pontis caussa castellum superinponunt] A veteri abest vox *caussa*. nimium bene. Idque genus sermonis a me in Tacito notatum. LIPSIUS 1. Epist. Quaest. 12. *Tò caussa* cum a Lipsii lib. MS. absit, nec desit, omittatur sane. Tales enim sunt et illae locutiones, de quibus nos in nostris Novantiquis, quod satis est, diximus. MOD. Recte Lipsius in libro suo deleri existimat *tò caussa*. Quem sequi vetuit me restans codd. nostrorum consensus. GEBH. V. ad 31, 12, 4. Hic tamen unius librarii culpa excidisse videtur. et quidem, quum *tò caussa* per compendium *cā* scribatur, ei fraudi esse potuerunt primae literae vocis sequentis *castellum*; quod et Cl. Dukero in mentem venit. Certe omnes mei *caussa* tuentur. Praeterea *insuper inponunt* Flor. et Cant. consentientibus etiam Hearnii codd. Id etiam in contextum jam recepit Gronov. praeter Flor. ita in Put. quoque legi testatus supra hoc lib. ad c. 1, 5. ubi vide. Praeterea *inponitur* Gaertn.

§. 2. *Ad depopulandos sociorum populi Romani agros*] *ad populandos* Lov. 4. Ita Livium saepius locutum esse, vidimus ad 2, 62, 2. Unius tamen illius codicis testimonium levius videtur. Solent saepe hae voces commutari. V. ad 10, 12, 7. Tum *sociorum Romani populi* Gaertn. *populi Romani sociorum* Ber. *sociorum Romanorum* Lov. 4. et 5. Paullo ante *hostibus opere occupatis* Flor. Deinde *Marbalem* Ber. a m. 1. et Hearnii L. 1. ac N. *Mahabolem* Hav. *Maerbalem* Lov. 4. *Maherbalem* Lov. 5. Ceterum hic plura folia deerant in Lov. 2. usque ad 22, 20, 6.

§. 3. *Principumque animos sollicitari ad defectionem*] *sollicitare* Cant. Voss. Lov. 1. 3. 4. 5. Harl. Ber. Rec. Gaertn. Hav. Hearnii D. N. omnesque edd. usque ad Gronovium, qui *sollicitari* dedit, forte praeeunte cod. Put. quem sequi solet. Certe *ad defectionem sollicitari*, mu-

Digitized by Google

principumque animos sollicitari ad defectionem. Ponte perfecto, traductus Romanus exercitus in agrum Insubrium, quinque millia passuum a Victumviis consedit. Ibi Hannibal castra habebat: revocatoque propere Maharbale atque equitibus, quum instare certamen cerneret, nihil umquam satis dictum 4

tato etiam ordine verborum, est in Flor.

Quinque millia passuum a vico tumulis consedit] Vicum non nominat, et *tumulis considere* quomodo in plano, ut hic omnia erant, intelligatur, non hercle capio. Suspicor proprium nomen obliteratum, ac pro eo suppositum *tumulis*. GLAR. Probo Glareani suspicionem, vici nomen desiderari. Probus [Nepos in Hann. 4.] hanc pugnam pugnatam ad *Castidium* ait, cujus vici post meminit Livius [c. 48, 9.] SIG. Vitium potius, quam defectum odoror, et e duabus vocibus nomen loci concinno *a Victumviis*. Vestigia scripturae suadent, et Livius, qui infra [c. 57, 9.] emporium isto nomine agnoscit, idque in hoc ipso tractu. *Paucorum inde dierum quiete sumpta ad Victumvias ire pergit* (nempe Hannibal) *oppugnandas*. Nam ita membranae, non *Vicumvias*, ut libri vulgati. PH. RUB. 2. Elect. 3. Admisi elegantem Rubenii nostri conjecturam, quod in vulgata nihil foret sani. Idem nomen redonavi Livio infra c. 57, 9. ubi antea erat *Vicumvias*. GRUT. Reponendum censet Rubenius *a Victumviis*, sicut et infra c. 57. ut ibidem habet Pal. pr. GEBH. *a Victumviis* accepit Gruterus a Phil. Rubenio, qui sic conjecit ex c. 57, 9. hujus libri: ubi sane membranae omnes *Victumvias*. At eaedem omnes hic *Vicotumulis*. Quid dicam? Vereor, ne utrumque vocabulum etiam sit corruptum. Apud Strabonem notavi l. 5, [218.] Ἐπεὶ καὶ ἐν Ὀυερκέλλαις Χρυσωρύχιον ἦν. κώμη δ' ἐστὶ πλησίον Ἰκτιμουλῶν καὶ ταύτης τῆς κώμης· ἄμφω δ' εἰσὶ περὶ Πλακεντίαν. Nec minus in Plinio 33, 4. *Exstat lex censoria Ictumulorum aurifodinae, qua in Vercellensi agro cavebatur, ne plus quinque millibus hominum in opere publicani haberent.* Ubi MS. Voss. *Victumularum*. Quantum autem distant *a Vicotumulis* et *ab Ictumulis*? rursus *ad Victumuias pergit oppugnandas, ad Ictimulos pergit oppugnandos.* J. FR. GRON. *a vico consedit* Ber. *a Vicotumulus consedit* Lovel. 1. *a vico tumul consedit* Lovel. 4. *a vico tumulis consedit* Flor. Cant. Voss. Lovel. 3. 5. Harl. Hafn. Rec. Gaertn. et Hav. Cluverius in Italia antiq. *Ictimulos* et *Victumvias* distinguit. *Ictimulorum* in agro Vercellensi meminit 1, 23, 232. *Victumviarum* in agro Placentino 1, 27, 268. ubi *Vicumvias*, vel *Vicumnias* vocat. Hinc Gronovii conjectura Clerico ad hunc locum displicet. Ideo enim *Ictimulis* legi non posse existimat, quia est locus in agro Vercellensi; hic vero agi de loco, qui non procul a Placentia est, et forte ad alteram Padi ripam, ex c. 57. In eo tamen Gronovio ac Rubenio adsentitur, quod hic et c. 57. eumdem locum innui putet. A quibus dissentit Doujatius, statuens vicum, de quo hic agitur,

Digitized by Google

praemonitumque ad cohortandos milites ratus, vocatis ad concionem certa praemia pronunciat, in
5 quorum spem pugnarent. *Agrum sese daturum esse in Italia, Africa, Hispania, ubi quisque velit, inmunem ipsi, qui accepisset, liberisque; qui pecuniam, quam agrum, maluisset, ei se argento satis-*
6 *facturum: qui sociorum cives Karthaginienses fieri vellent, potestatem facturum: qui domos redire mallent, daturum se operam, ne cujus suorum popula-*
7 *rium mutatam secum fortunam esse vellent.* Servis quoque dominos prosecutis libertatem proponit, bi-

fuisse ad laevam Padi ac trans Ticinum in agro Insubrium, *Vicumvias* autem vel *Vicumnias* ad dextram Padi prope Placentiam: servandum itaque hoc loco *a vico Tumulis*, ut in edd. et plerisque codd. legitur, cumque indicari, qui hodie *Dimoli* nomine, satis cum voce *Tumuli* conveniente, vocatur, atque inter Ticinum et Novariam amnes situs est.

§. 4. *Vocatis ad concionem certa praemia pronunciat, in quorum spem pugnarent*] Pal. tert. *proponit*. Porperam vero *praenunciat* sec. GEBH. *praenunciat* porperam etiam Voss. Lovel. 4. Gaertn. et Harl. V. ad 9, 10, 7. Livius 2, 20, 12. *Dictator pronunciasse fertur militi praemia, qui primus, qui secundus castra hostium intrasset.* V. Gronov. ad Liv. 45, 40, 5. Tum *in quorum spetiem* Lovel. 5. V. ad Livii 3, 9, 13. Verba *in quorum spem pugnarent* desunt in Hearnii D. Paullo ante *Maharbale cum equitibus* Rec. Praeterea *inspectare certamen* Flor. Cant. Voss. Lovel. 1. 3. 4. Ber. Harl. Hafn. et Hav. Hinc *nihil usquam*, pro *umquam*, Ber. V. ad cap. praec. §. 6. Insuper *monitumque* edd. ante Aldum. Deinde *ad hortandos milites* Ber.

§. 5. *Agrum sese daturum esse in Italia, Africa, Hispania*] *daturum in Italia* Rec. Praeterea *in Hispania* Lovel. 3. In verbis sequentibus *imminere ipsi, qui accepisset* Voss. et Lovel. 1. *immunem ipsis, qui accepissent* Ber. Tum *liberis*, omissa copula *que*, Lovel. 1.

§. 6. *Ne cujus suorum popularium mutatam secum fortunam esse vellent*] Vet. lib. *immutatam*. SIG. *suorum populorum* Harl. et Hearnii N. a m. 1. Omnes autem constanter *mutatam*. In praecedentibus *Karthaginienses cives fieri vellent* Ber. *fieri velint* Gaertn. Voces *qui sociorum* etc. *facturum* desunt in Hafn.

§. 7. *Libertatem proponit*] Vet. lib. *promittit*. SIG. *promittit* promanavit a Sigonio, qui et paullo ante legebat *immutatam secum fortunam*: utrobique contra codices, qua calamo pictos, qua cusos, quippe concordes le-

Digitized by Google

naque pro his mancipia dominis se redditurum. Eaque ut rata scirent fore, agnum laeva manu, 8
dextera silicem retinens, si falleret, Jovem ceterosque precatus Deos, ita se mactarent, quemadmodum ipse agnum mactasset, secundum precationem caput pecudis saxo elisit. Tum vero omnes, velut 9
Diis auctoribus in spem suam quisque acceptis, id morae, quod nondum pugnarent, ad potienda sperata rati, proelium uno animo et voce una poscunt.

XLVI. Apud Romanos haudquaquam tanta alacritas erat, super cetera recentibus etiam territos 1
prodigiis. nam et lupus intraverat castra, laniatisque 2

gunt *proponit*, uti reduxi. GEBH. Sic [*promittit*] Sigonius, cum in libris esset, quod et nos ubique invenimus, *proponit*: cujus illam mihi liquet interpretationem esse. Est enim *proponere* saepe et polliceri atque offendere praemia, ut inducamur ad aliquid, et praedicere ac minari mala ad deterrendum. Sic et *proponere emolumentum, spem*, et *proponere formidinem, metum mortis*. 23, [15, 4.] *Praemia atque honores, qui remanerent, proposuit*. Caesar 5. Gall. [56.] *Magna proponit iis, qui occiderint, praemia*. Eo facilius in mentem venit Livio, ut hoc verbo uteretur, quod in hac ipsa historiae parte Polybius [3, 62.] ἐφ' ᾧ τὸν νικήσαντα τὰ προκείμενα λαμβάνειν ἆθλα. et [63.] καὶ παραπλήσια τοῖς νῦν ἆθλα προτεθεικέναι. Xenophon 1. Κυρουπαιδ. [p. 6.] ἐισὶ δὲ καὶ δημόσιοι τούτων ἀγῶνες, καὶ τὰ ἆθλα προτίθεται. J. FR. GRON. Omnes etiam mei vulgatum *proponit* tuentur, nisi quod unus Rec. legat *permittit*. Ita 4, 35, 7. *Si magna conatis magna praemia proponantur*. 23, 18, 7. *Omnium animi ad obpugnandum accenduntur, utique postquam corona aurea muralis proposita est*. 39, 17, 1. *Indicique praemium proposuerunt*. Justin. 16, 5. *Uxores eorum filiasque nubere servis suis, proposita recusantibus morte, compellit*. V. Cel. Burm. ad Phaedr. 1, 14, 9.

§. 8. *Secundum precationem caput pecudis saxo elisit*] *et secundum precationem* Florent. Cant. Voss. Lovel. 1. 3. 4. 5. Harl. Ber. Rec. Gadrtn. Hav. Hearnii D. N. et edd. usque ad Froben. anni 1531. quae voculam omisit. Et sane omitti potest, ut ita unico sensu omnia cohaereant: idque praestare existimo. Ber. contra, ut *et* tanto magis placeat, in praecedentibus addita voce, legit *precatus est*. Verius videtur, *et* natum esse ex ultimis literis vocis praecedentis. V. ad 39, 18, 8. Vox *saxo* perperam omittitur in Ber. Supra 1, 24, 9. *Id ubi dixit, porcum saxo silice percussit*.

§. 9. *Tum vero omnes, velut*

Digitized by Google

obviis, ipse intactus evaserat; et examen apum
3 arbore praetorio inminente consederat. Quib
procuratis, Scipio, cum equitatu jaculatoribusq
expeditis profectus ad castra hostium, exque propi
quo copias, quantae, et cujus generis essent, sp
culandas, obvius fit Hannibali, et ipsi cum equi
4 bus ad exploranda circa loca progresso. neutri alt
ros primo cernebant: densior deinde incessu tot h

Diis auctoribus in spem suam quisque acceptis] *Tum vero, omnibus velut Diis auctoribus* Lovel. 5. *Diis actoribus* Lovel. 3. V. ad 1, 26, 5. *Dis auctoribus* Flor. a m. 2. V. ad 5, 14, 4. Mox *uno animo et voce poscunt* Lovel. 1. *uno animo et una voce poscunt* Harl. Gaertn. et edd. quas vidi, Aldo priores.

§. 2. *Et examen apum in arbore praetorio inminente consederat*] Vocula *et* non adparet in Flor. Cant. Lovel. 1. 3. 4. 5. Harl. Ber. Gaertn. Hav. Hearnii N. et edd. Frobeniana anni 1531. prioribus. Ea tamen necessaria est propter praecedens *et lupus*. Tum *arbore in praetorio inminente* typis excusi usque ad Moguntinos. Male. 27, 23, 3. *Casini examen apum ingens in foro consedisse. in arbore praetoris imminente* Rec. Paullo ante *laceratisque obviis* Ber. quod ex interpretis glossa ortum putor. Pari modo *dilaniare* et *dilacerare* saepe commutantur in Mstis. V. viros doctos ad Nas. 1. Her. 90. et 3. Am. 9, 52.

§. 3. *Ex quo propinquo copias*] Petracha emendavit *ex loco propinquo*. Vos emendare omisistis, quod sic fuit emendandum: *exque propinquo*. VALLA. Pulchre ita [*exque propinquo*] vetustissima ed. At Pal. pr. *ex quo propinquo*. in sec. destituitur *ex propinquo*. tertio substituerunt Petrarchae emendationem *ex loco propinquo*. GEBH. Moretus assignat l. v. *exque loco propinquo*. In nostris nihil tale, sed tantummodo *ex quo propinquo*. Videtur autem Livii fuisse: *profectus ad castra hostium ex propinquo copiasque, quantae et cujus generis essent, speculandas*. Ascensius primus edidit *ex colle propinquo ad copias*. Quod inde in corrigendis repetivit Aldus, et Juntas Moguntinique expresserunt. Frobenius reddidit, quod nunc vulgatum est, invente Valla, et secuti sunt Mediolanenses; nam Andreas *ex loco propinquo*, quod Petrarcham excogitasse, ait Valla. J. FR. GRON. *ex quo propinquo* Flor. Voss. Lov. 3. 4. Harl. Gaertn. Hearnii L. 1. D. et edd. Rom. anni 1472. et Parm. *ex loco propinquo* Ber. Rec. Lovel. 5. Hav. et Hearnii N. *ex propinquo* unus ex Begii apud Crevier. qui Gronovii emendationem probat. Mox *obvium fuit*, pro *fit*, Hav. V. ad 40, 15, 2. Praeterea *τὸ circa* exsulat ab Hearnii L. 1. Similiter vox eadem omittebatur *supra* 1, 4, 8. Male. V. Cel. Dukerum ad Livii 1, 4, 6. et quae notavi ad Livii 9, 2, 7.

§. 4. *Neutri alteros primo cernebant*] *alteros primos* Lovel.

Digitized by Google

minum equorumque oriens pulvis signum propinquantium hostium fuit. Constitit utrumque agmen, et proelio sese expediebant. Scipio jaculatores et 5
Gallos equites in fronte locat; Romanos, sociorumque quod roboris fuit, in subsidiis. Hannibal frenatos equites in medium accipit, cornua Numidis firmat. Vixdum clamore sublato, jaculatores fuge- 6
runt inter subsidia ad secundam aciem. inde equi-

1. 4. Harl. et Ber. a m. 2. *τὸ cernebant* etiam omittitur in Lov. 1. *neuter alteros primo cernebat* Lovel. 3. Deinde *in incessu tot hominum equorumque* Gaertn. *tot hominum incessu equorumque* Ber. *Τὸ fuit* autem deest in Hav.

Constitit utrumque agmen et proelio sese expediebant] Put. et Flor. *et ad proelium se expediebant*. J. FR. GRON. Liv. 2, 55, 8. *Concitati homines veluti ad proelium se expediunt*. 38, 21, 2. *Quod ubi Romani viderunt, expediunt sese ad pugnam*. Ceterum *sese expediebant* erat in Flor. et omnibus, non modo scriptis, sed etiam edd. Insuper *utrimque agmen* edidit Sigonius, quod secuti editores servarunt usque ad Cel. Jac. Gron. qui *utrumque* revocavit, concinentibus omnibus scriptis et edd. antt.

§. 5. *Scipio* etc. *in fronte locat*; etc. *in subsidiis*] Polybius [3, 65.] *ὁ μὲν οὖν Πόπλιος προθέμενος τοὺς ἀκοντιστὰς καὶ τοὺς ἅμα τούτοις Γαλατικοὺς ἱππεῖς· τοὺς δὲ λοιπούς ἐν μετώπῳ καταστήσας*. SIG. *sociorumque roboris*, media voce omissa, Lovel. 1. Verum *τὸ quod* intercepit praecedens vocula *que*. Quale exemplum habuimus supra 1, 59, 4.

Hannibal frenatos equites in medium accipit, cornua Numidis firmat] Polybius [3, 65.] *ὁ δὲ Ἀννίβας τὴν μὲν κεχαλινωμένην ἵππον καὶ πᾶν τὸ εὐσύμπον ἀντῆς κατὰ πρόσωπον τάξας, ἀπήντα τοῖς πολεμίοις· τοὺς δὲ Νομαδικοὺς ἱππεῖς ἀφ' ἑκατέρου κέρατος ἡτοιμάκει πρὸς κυκλωσιν*. SIG. *Fidenates equites* Hearnii L. 1. Tum *accepit* Ber.

§. 6. *Jaculatores fugerunt inter subsidia ad secundam aciem*] Sane quum *fugere inter subsidia*, et *fugere ad secundam aciem* prorsus sint eadem, merito de hoc loco dubitamus. Quid, quod solet Livius variare, et quum paulo ante dixerit *in subsidiis*, nunc videtur dixisse *ad secundam aciem*? Ita semper primam aciem subsidiis obpositam referre mavult, quam iteratis verbis secundae aciei. V. ad 6, 8, 4. et 23, 12. et 29, 36, 8. Quid, quod optimus ille Cantabrig. ignorat *inter subsidia*? si legeretur *inter subsidia ac secundam aciem*, posset defendi, ut 4, 28, 2. *Dictator subsidia et secundam aciem adortus*. Nunc omnino supervacaneum est, ut arbitror. JAC. GRON. Gronovii, *inter subsidia* delentis, sententiam probat Crevier. Verum quum ex optimo Mſto Put. nihil notetur, omnesque mei, etiam Flor. voces *inter subsidia* constanter servent, unius Cant. auctoritate eas ex-

Digitized by Google

tum certamen erat aliquamdiu anceps. dein, qui turbabant equos pedites intermixti, multis labentibus ex equis, aut desilientibus, ubi suos premi circumventos vidissent, jam magna ex parte ad pedes
7 pugna ierat: donec Numidae, qui in cornibus erant circumvecti paullulum, ab tergo se ostenderunt. pavor perculit Romanos, auxitque pavorem consulis vulnus, periculumque intercursu tum primum pe-

bescen-

pungere non audeo. Potius itaque, quod ferri posse etiam Cl. Gronov. fatebatur, legendum censeo *inter subsidia ac secundam aciem*. Passim autem librarios voculas *ac* et *ad* confudisse in Mstis, vidimus hoc lib. ad c. 32, 2. *fugerunt* autem primus edidit J. Fr. Gronovius, consentientibus omnibus scriptis. Antea vulgabatur *fugere*.

Dein, quia turbabant equos pedites intermixti] Ita Jac. Gronov. edidit: neque aliter erat in Flor. Cant. et quibusdam aliis. Priores habuerunt *deinde*. V. ad 3, 3, 6. Dein *turbant equos* Lov. 1. Hinc *intermixti pedites* Lov. 4. et 5. Mox autem *premi suos circumventos* Hav. *suos premi circumventis* Lovel. 3.

Jam magna ex parte anceps pugna erat] Put. *ex parte addes pugna vierat*. Inde vulgatum struxerunt acuti librarii, cum debuissent *ad pedes pugna ierat*, vel *venerat*. Didicimus ex Polybii [3, 65.] unde transtulit hanc quoque partem Livius: ὁμοῦ γὰρ ἦν ἱππομαχία καὶ πεζομαχία διὰ τὸ πλῆθος τῶν καταβαινόντων ἀνδρῶν ἐν ἀντῇ τῇ μάχῃ. Nostet 3. [62, 9.] *Peditem ne ad pedes degresso equiti parem esse*. 4, [40, 7.] *Tuo consilio equitem ad pedes deduxerit*. 22, [4[illegible] 3.] *Jussisse consulem ad pedes descendere equites*. 29, [2, 13.] *Itaque, omissa pugna equestri, ad pedes Hispani equites descenderunt*. 38, [26, 3.] *Equitatum ad pedes deductum, decem millia hominum, ab dextro locaverunt cornu*. Caesar 4. Gall. [12.] *Consuetudine sua ad pedes desiluerunt*. J. FR. GRON. 9, 22, 14. *Extemplo ad pedes descensum ab Romanis est. ex parte anceps pugnaverat* Cant. *et parte anceps pugna fuit* Gaertn. reliqui omnes *ex parte anceps pugna erat*; nisi quod ex Voss. qui conlatus est cum editione, quae Gronovii emendationem recepit, nihil aliud in excerptis notatum videam, quam in eo esse *erat*, pro *ierat*: quomodo frequenter scribae erraverunt. V. ad 39, 21, 6.

§. 7. *Circumvecti paullulum ab tergo se ostenderunt*] *circumventi paullulum* Lovel. 1. et edd. Rom. anni 1472. ac Parm. V. ad 10, 2, 4. *circumvecti paullum* Flor. et Gaertn. V. ad 36, 9, 8. *ostenderunt* autem primi dederunt Gronovii, iisque adsentiuntur omnes codd. nisi quod *ostenderent* sit in Lovel. 5. et Gaertn. Priores editi legebant *ostendere*. Mox in verbis sequentibus *pulsatum ἀντὶ τοῦ propulsatum*

Digitized by Google

bescentis filii propulsatum. Hic erit juvenis, penes 8
quem perfecti hujusce belli laus est, Africanus ob
egregiam victoriam de Hannibale Poenisque adpel-
latus. Fuga tamen effusa jaculatorum maxime fuit, 9
quos primos Numidae invaserunt. Alius confertus
equitatus consulem in medium acceptum, non armis
modo, sed etiam corporibus suis, protegens, in ca-
stra, nusquam trepide neque effuse cedendo, redu-
xit. Servati consulis decus Coelius ad servum na- 10

Flor. Voss. Lovel. 1. 3. 5. Harl. Ber. Hafn. Gaertn. Hav. Hearnii D. N. et edd. principes. Sed quum scriptum fuisset „ppulsatum, compendium illud „p propter sequentem literam p facile excidere potuit.

§. 8. *Hic erat juvenis, penes quem perfecti hujusce belli laus est*] Put. *erit*. Vividius et praesentius: erat enim futura pars narrationis, etsi rei gestae praeteritae. Sic Florus 2, 6. in eadem historia: *Hic erit Scipio, qui in exitium Africae crescit*. Noster 1. 7. initio: *Annus hic erit insignis novi hominis consulatu*. ubi recentissimae subjecerunt *erat*. Ovidius 2. Fastor. [386.]

Quid facis? ex istis Romulus alter erit.

Sic MSS. ubi etiam vulgo *erat*. J. FR. GRON. Livius 44, 44, 2. *P. Scipio is erat, Africanus et ipse postea, deleta Karthagine, adpellatus*. Hic tamen *erit* etiam servant Flor. Cant. et alii. Et ita Salmas. olim emendabat ad Flori 2, 6, 11.

Ob egregiam victoriam de Hannibale Poenisque] Haec lectio primum in edd. Gronoviorum invenitur. Priores legerunt *de Hannibale et de Poenis*. et ita plures etiam codd. Livium autem praepositiones repetere solitum fuisse, supra dictum est ad 6, 28, 6. *de Hannibale aut de Poenis* Ber. *de Hannibale et Poenis* Lovel. 4. 5. et Harl. *de Hannibale Poenisque*, ut Gronovius dedit, etiam Flor. et Cant. Neque dubito, quin ita et in Put. invenerit.

§. 9. *Consulem in medium acceptum*] *in medio* Hearnii N. in margine, et edd. ante Aldum. Male. Supra hoc cap. *Frenatos equites in medium accipit*. 2, 49, 3. *Acceptus in medium signa ferri jubet*. 26, 36, 3. *Inpedimentis et equitatu in medium receptis*. 30, 8, 6. *Celtiberos in mediam aciem in adversa signa legionum accepere*. 31, 7, 2. *An hostem in Italiam accipiatis*. Et eodem cap. *Bellum cunctando cum summa clade nostra in Italiam accepimus*. 33, 18, 9. *In medium accipit contractos ex castellorum praesidiis*. Ita *accipere in civitatem, in urbem, in amicitiam* supra inlustravi. V. ad 4, 3, 14. Paullo ante *Fuga tum effusa jaculatorum* Lovel. 4. et 5. *Fuga tamen effusa et jaculatorum* Lovel 1. *Fugatum effusa et jaculatorum* Gaertn.

§. 10. *Manilius equidem de filio verum esse, quod et plures*

Digitized by Google

tione Ligurem delegat. malim equidem de filio verum esse, quod et plures tradidere auctores, et fama obtinuit.

1 XLVII. Hoc primum cum Hannibale proelium fuit; quo facile adparuit, et equitatu meliorem Poenum esse, et ob id campos patentes, quales sunt inter Padum Alpesque, bello gerendo Romanis aptos

tradidere auctores, secundum fama obtinuit] Vos emendatis *Mumius* pro *Manilius* ponentes: ego *servum* pro *secundum*. Nam servus fertur Scipionem ab hostibus eripuisse, filius a pluribus auctoribus traditur. VALLA. *servum fama obtinuit* certe falsum. Communis enim fama de filio, non servo: et ita scriptores praeter Coelium. Bene igitur MSS. *tradidere auctores set fama:* si tamen ablegata litera ad priorem syllabam legas *et fama*. LIPS. 1. Epist. Quaest. 3. *sed et fama obtinuit* erat ab emendatrice manu in Pal. pr. antecusi *servum fama obtinuit*. quod falsum est. Certe Valerius Maximus [5, 4, 2.] Seneca [3. de Benef. 33.] Silius [4, 456.] ceterique filio adscribunt. GRUT. Pall. quidem pr. et tert. *sed fama obtinuit*. ut et Lipsii codex. cui si attendentes fecerimus *et fama obtinuit*, duriuscula erit compositio. Quo circa dubitandum non est, legitimam a me repertam lectionem in Pal. sec. *ceu fama obtinuit*. Qui codex quoque pro *malim* repraesentat *M. Filinius*. Reliqui duo *malimus*. GEBH. Andreas Romae *secundum fama*. Mediolani primum datum video *servum fama obtinuit*. Id adamavere omnes, et placuit etiam Grutero in editione prima. J. Lipsius, cum notasset in scriptis *sed fama*, correxit *quod et plures tradidere auctores, et fama obtinuit*. Ut jamdudum et Juntas edidit. Quod cum sit verissimum et suavissimum, tamen in tam sinistra judicia incidit, ut ante nos suam laudem locumque mereri non potuerit. Revocavit Frobenius *servum:* hi postremi *sed et fama*. Fuit, qui dubitari nollet, legitimam a se repertam lectionem, *ceu fama*. Muretus quoque e suis libris *seu fama*. Salmasii me miseret, qui ad Flori 2, 6. ex vetustissimo codice legendum ait, *sed fama obtinuit servum*. Vide, quid sit festinare, ac nimium memoriae fidere. Non modo Pal. (quem ille significat vetustissimum codicem) sed ne quidem ullus alicujus aetatis scriptorum codicum circa haec verba *to servum* habet. Put. Flor. Voss. Pet. duo Pall. ut Lipsiani: *auctores sed fama obtinuit. Hoc primum.* In Gudiano prorsus, ut voluit Lipsius, et edidit Juntas. J. FR. GRON. *malimus equidem* Voss. Lovel. 1. Harl. Ber. Gaertn. et Hav. Deinde *secundum fama* Harl. cum edd. Rom. anni 1471. ac Parm. *idem fama* Lovel. 3. *sed fama* Lovel. 1. *sed et fama* Lovel. 5. et Gaertn. *et fama* Flor. a m. 2. Cant. Lovel. 4. et Ber. quam scripturam *reste Lipsius* et Gronovius probarunt. Mirror, unde compositio haec *quod et plures tradidere auctores, et famâ obtinuit* Gebhardo duriuscula videri potuerit; quam recte Gronovius suavissimam vocat. Ac

Digitized by Google

non esse. Itaque proxima nocte, jussis militibus va- 2
sa silentio conligere, castra ab Ticino mota, festina-
tumque ad Padum est; ut ratibus, quibus junxerat
flumen, nondum resolutis, sine tumultu atque inse-
ctatione hostis, copias trajiceret. Prius Placentiam 3
pervenere, quam satis sciret Hannibal ab Ticino
profectos: tamen ad sexcentos moratorum in cite-

magis miror, cum codicis sui lectionem *ceu fama* probare potuisse. Apage hanc stribliginem a Livio. Viri docti *ceu* adverbium similitudinis raro apud alios classicos scriptores, quam poëtas, obvium esse monuerunt. At, quis alicujus auctoritatis *ceu* pro quemadmodum usus sit, doceri cupio. Adhaesit id Gebhardo vitio popularium Germanorum, qui et eo tempore et hodie *ceu* pro quemadmodum frequentissime adhibent. Lectioni Lipsii ac Gronovii suos codd. favere, nisi quod N. *sed et fama* legat, monuit Hearnius. *tradidere* dederat in Hafn. *obtinuit* in Ber. Paullo ante *attribuit*, pro *delegat*, Hearnii N. in margine; quod ex alterius interpretatione natum videtur.

§. 1. *Hoc primum cum Hannibale proelium fuit; quo facile adparuit, et equitatu meliorem Poenum esse*] *quod facile adparuit* Cant. et Gaertn. V. ad 36, 33, 3. *cum Hannibale fuit*, *quod facile adparuit* Lovel. 1. *quod* etiam servat Flor. a m. 1. et insuper *adparuit* ab eo exsulat. *praemium fuit* Harl. de quo errore dixi ad Silii 9, 206. Deinde *equitatum meliorem Poenum esse* Hearnii L. 1. ubi voci *equitatum* adorevit prima litera sequentis. V. ad 40, 7, 8. Idem error commissus est in Hav. licet inverso vocabulorum ordine exhibeat *equitatum Poenum meliorem esse*. Quod placere posset, modo *Poenus* pro *Punicus* accipiatur. Ita tamen alibi Livium loqui, non memini.

§. 2. *Vasa silentio conligere*] Non conclamare vasa. Infra c. 48, 4. *Tacito agmine profectus*. Caesar. 1. B. Civ. 46. *Silentio copias castris educere*. V. Schelium ad Polybium c. 9. DUK. Infra 27, 47, 8. *Exstinctis ignibus vigilia prima dato signo, ut taciti vasa conligerent, signa ferri jussit*. Mox *festinatumque ad Padum*, omisso *τοῦ est*, Lovel. 4.

§. 3. *Tamen aliquot moratorum in citeriore ripa, segniter ratem solventes, cepit*] Put. *citeriore ripadi segniter*. Facile conjicias *in citeriore ripa*, vel *ora Padi*. Vix tamen ad sensum *τὸ Padi* necessarium. Sed pro *aliquot* idem Put. ac praetera Reg. Petav. Men. Voss. *ad haec*. Qua in voce haud dubie latet numerus oppressorum. Polybius [3, 66.] *τοὺς δὲ φυλάττοντας τὴν γέφυραν, ἔτι περὶ τὸν ποταμὸν ὑπολειπομένους, τούτων μὲν ἐγκρατὴς ἐγένετο, σχεδὸν ἑξακοσίων ὄντων τὸν ἀριθμόν*. Refinge: *Tamen ad sexcentos moratorum in citeriore ripa segniter ratem solventes cepit*. Scriptus fuit numerus per notas *DC*. Nisi apud Polybium *ἑξήκοντα* legendum, et *LX* notavit Livius. J.

Digitized by Google

riore ripa, segniter ratem solventes, cepit. transire non potuit pontem, ut extrema resoluta erant, to-
4 ta rate in secundam aquam labente. Coelius auctor est, Magonem cum equitatu et Hispanis peditibus flumen extemplo transnasse; ipsum Hannibalem per superiora Padi vada exercitum traduxisse, ele-

FR. GRON. *tamen aliquot moratores* conjiciebat Latinius. *tamen ad hunc moratorum* Lov. 3. *tamen adhuc moratorum* Lov. 1. et Hearnii N. *tamen adhuc morantibus* Lov. 5. et Gaertn. *tamen adhuc morantibus quibusdam* Ber. *tamen adhuc moratorum quosdam* Hafn. *tamen adhuc illis morantibus* Hav. *tamen ad haec moraturum* Voss. in quo *adhuc* inter versus, et pro varia lectione *tamen aliquot moratos* in margine adscribitur. *tamen ad haec moratur* Lov. 4. *tamen ad haec moratorum* Flor. Harl. et Hearnii D. et L. 1. Tum *in citeriori ripa* Hav. *in superiore ripa* Hearnii N. in margine. Deinde *segniter ratem solventibas* Ber. *segniterque ratem solventibus* Hav. Nihil verius video, quam quod Gronovio in mentem venit. Vir doctus ad marginem ed. Curionis scribendum conjecerat *segniter rates solventes*. Forte quia praecesserat, *ratibus*, *quibus junxerat flumen*, *nondum resolutis*. Verum, quum mox etiam sequatur *tota rate in secundam aquam labente*, ubi nihil monuit, etiam hic nihil mutandum esse patet. Ceterum *moratorum* hoc loco, et cap. sequenti non est a recto *moratus*, sed *morator*; neque notat, qui ad morandum alium relicti sunt, sed ipsi moras nectunt. Et ita etiam infra 24, 41, 4. *Ad duo millia aut moratorum*, *aut palantium per agros interfecta*. V. Gronov. ad hunc locum in prima ed. notatum, ubi emendationem loci Curtiani, sive potius loci emendati expositionem, quam proposuerat 2. Observ. 8. pr. ed. et Freinshem. carpserat ad Curtii 4, 10, 10. excusat, sibique post editas Observationes idem in mentem venisse, quod postea Freinshemius etiam vidit, adfirmat.

Transire non potuit pontem, ut extrema resoluta erant] Vet. lib. *quod extrema*. SIG. Sigonii liber *quod extrema*. Pal. tert. *quia extrema*. GEBH. Intellige postquam, vel simul atque soluta erant, ne auscultes Sigonio *quod* reponenti. J. FR. GRON. *quia extrema* Hafn. *coepit transire, non potitus ponte, quia extrema* Ber. *coepit transire, non potitus, pontemque extrema* Hav. Reliqui omnes *ut extrema* servant, quod recte Gronovius tuetur, et explicat. V. etiam supra hoc lib. c. 29, 5. *ut extrema resoluta erat* Lovel. 5. Praeterea *transire pontem non potuit* Flor.

Tota rate in secundam aquam labente] Locus perquam obscurus confusione ratis et pontis. GLAR. Vix capio. Forte *tota rate vi secundae aquae dilabente*. J. FR. GRON.

§. 4. *Flumen extemplo transnatasse*] Put. *transnasse*. J. FR. GRON. Ita et Flor. ac Cant. V. supra ad 21, 27, 5. *tranatasse* est in Lov. 4. Sed *transnare* vel *transnatare* sonantius ac veteri-

Digitized by Google

phantis in ordinem ad sustinendum inpetum flumi
obpositis. Ea peritis amnis ejus vix fidem feceri
nam neque equites, armis equisque salvis, tant
vim fluminis superasse verisimile est, ut jam His
nos omnes inflati transvexerint utres. et multor
dierum circuitu Padi vada petenda fuerant, qua

bus usitatum, *tranare* vero et *tranatare* vulgo pronunciatum fuisse, docet Cortius ad Sall. Jugurth. 11. quin et mox *transduxisse*, pro *traduxisse*, Lov. 4. et Gaertn. (* v. ad 31, 21, 1. 35, 46, 9.) Contra *travexerint*, pro *transvexerint*, Flor. §. seq. Ceterum *transisse* legit Hearnii D. quod est ex interpretis expositione.

§. 5. *Ea periti amnis ejus vix fecerint*] Quid tum? Totum illúd iter experiundo didicit Hannibal. Lege cum eodem optimo: *Ea peritis amnis vix fidem fecerint.* id est, vix se probaverint, vix poterunt persuaderi. Curtius 4, [9.] *Alexandro, qui numerum copiarum ejus, quantum procul conjectari poterat, aestimabat, vix fecerunt fidem, tot millibus caesis majores copias esse reparatas.* Vossianus quoque *peritis.* Sed et sic omnino quoque Florentinus et Gudianus. Quae sequuntur, iidem lectissimi codices sic formari volunt: *neque equites, armis equisque salvis, tantam vim fluminis superasse verisimile est, ut jam Hispanos omnes inflati travexerint utres: sed multorum dierum circuitu Padi vada petenda fuerunt, qua exercitus gravis impedimentis traduci posset.* Habent *namque*, ut et Vossianus, non *nam neque:* habent Put. Flor. Gud. *travexerint:* habent *sed* omnes: Flor. *fuerint.* Gud. *fuerunt.* Andreas quoque, *namque equites* etc. *non ver mile est:* tum, *sed multor* etc. *fuerint.* Et sic omnes Juntam usque. In primo Fro nio vulgatum video. J. FR. Gl NOV. Vulgata scriptura eor quae post *fecerint* sunt, quoc sensum, non deterior est quam reponi vult Gronovi Causas dicit Livius, cur neutr eorum, quae Coelius scripse probabile sit; a qua orati neque satis commode excludi *nam*, neque adversativa *sed* copula *et* ponitur. *Fuerat* est fi *set*, ut saepe in hoc tempo DUK. Gronovius Put. lection recensens omisit vocem *ej* quam tamen in eo cod. suo eo exstitisse credo, partim q eam ibi recenset Gronov. in p me ed. notarum, partim q eamdem etiam servat Flor. qu Puteaneo consentire dicit, par denique quia in omnibus e edd. retenta est. Neque aliter iam erat in Cant. *peritis* aut etiam est in Lov. 1. et Harl. *cui fidem facere* hoc sensu in strat Cl. Dukerus ad Flori 3, 6. In sequentibus *namque*, *nam neque*, praeferunt Lov. 3. 5. Harl. Rec. Gaertn. et e ante Froben. anni 1531. *neq* omisso τοῦ *nam*, Lov. 4. Ber. H et Hearnii D. Tum *verisim non est* Lovel. 5. et Rec. H *transiverat*, pro *transvexeri* Rec. Deinde *sed* Lovel. 3. 4. Harl. Ber. Rec. Gaertn. H Brancal. Latinii, et Hearnii Tandem *fuerint* Voss. Lov. 1. 3

Digitized by Google

6 ercitus gravis inpedimentis traduci posset. Potiores apud me auctores sunt, qui biduo vix locum rate jungendo flumini inventum tradunt; ea cum Mágo-
7 ne equites Hispanorum expeditos praemissos. dum Hannibal, circa flumen legationibus Gallorum audiendis moratus, trajicit gravius peditum agmen, interim Mago equitesque ab transitu fluminis diei uni-
8 us itinere Placentiam ad hostes contendunt. Hannibal paucis post diebus sex millia a Placentia castra communivit, et postero die, in conspectu hostium acie directa, potestatem pugnae fecit.

1 XLVIII. Insequenti nocte caedes in castris Roma-

Gaertn. Harl. Ber. Hav. Brancal. Latinii, et Hearnii N. quam scripturam Crevier. probat, et recepit: qui etiam paullo ante vocem *omnes* vacare, et vel in *pedites* mutandam, vel ablegandam omnino putat: reliqua autem hujus periodi nequidquam a Gronovio sollicitari.

§. 6. *Potiores apud me auctores sunt*] *Posteriores* insigni errore librariorum Flor. Voss. Lov. 1. 4. 5. Harl. Rec. Hav. et ed. Rom. anni 1472. Tum etiam *ratem jungenda flumini* Voss. et Lovel. 1. *ratem jungendo flumini* Flor. Lovel. 3. 4. Harl. et Hafn. *mitem jungendo flumini* Rec. *rate jungendo flumen* Gaertn. In Voss. autem pro varia lectione margini adscriptum erat *rati jungendae flumini*.

§. 7. *Dum Hannibal, citra flumen legationibus Gallorum audiendis moratus*] *circa flumen* Flor. Cant. Voss. Lovel. 3. 4. 5. Harl. Ber. Rec. Gaertn. Hearnii N. et edd. usque ad Moguntinos, qui primi *citra* substituerunt. Saepe *circa* et *citra* in Mstis commutari, videbimus ad cap. seq. §. 6. Hic autem τὸ *circa* verius esse videtur. Hannibalem enim Pado ponte juncto statim in alteram ripam transiisse, ibique legationes Gallorum audivisse, Polybius refert 3, 66. Αὐτὸς δὲ διαβὰς εὐθέως, ἐχρημάτιζε τοῖς παραγεγονόσι πρεσβευταῖς ἀπὸ τῶν σύνεγγυς τόπων. Veterem igitur lectionem revocavi. Praeterea *Gallorum legationibus audiendis* Lovel. 4. et 5. *legionibus* Gaertn. V. ad 7, 30, 14. Tum *trajecit* Lov. 5. et Harl. Vox autem *unius* exsulat a Lov. 1.

§. 8. *In conspectu hostium acie directa*] *in conspectum* Hafn. Tum *acie derecta* Flor. V. ad 22, 47, 2. De verbo *dirigere* adi Oudend. ad Front. 2. Strateg. 4, 4. Paullo ante *post paucis diebus*, alio ordine, Voss. et Lov. 1. V. ad 2, 31, 4. At in ordinem priscum conspirant et plures et meliores codd. quos sequi praestat. V. ad 6, 37, 9. Deinde *ad Placentiam castra communivit* Hav. *a Placentia castra movit* Ber.

Digitized by Google

nis, tumultu tamen quam re major, ab auxiliaribus Gallis facta est. ad duo millia peditum et ducenti 2 equites, vigilibus ad portas trucidatis, ad Hannibalem transfugiunt: quos Poenus benigne adlocutus, et spe ingentium donorum accensos, in civitates quemque suas, ad sollicitandos popularium animos dimisit. Scipio, caedem eam signum defectionis 3 omnium Gallorum esse ratus, contactosque eo scelere, velut injecta rabie, ad arma ituros; quamquam 4 gravis adhuc vulnere erat, tamen quarta vigilia noctis insequentis tacito agmine profectus ad Trebiam fluvium, in loca altiora collesque inpeditiores

§. 1. *Ab auxiliaribus Gallis*] *ab auxiliatoribus* Flor. a m. 1. Hafn. et Gaertn. Verum ea vox neque apud Livium obcurrit, neque etiam forte hujus aevi est. (* v. ad 37, 42, 3.)

§. 2. *Quos Poenus benigne adlocutus, et spe ingentium donorum accensos*] *allocutus spe ingentium* edidit Sigonius; quem recte nemo secutus est, quum ea lectio in nullo cod. supersit. *allocutus est, spe ingentium* legit Ber. *allocutus est, et spe ingentium* Harl. et Gaertn. Reliqui vulgatum tuentur. Mox *quemque suas in civitates* Voss. *quemque in suas civitates* Ber. qui etiam praefert *ad sollicitandum popularium animos*, consentientibus edd. Aldina prioribus. at Hav. *ad sollicitandos populorum animos.*

§. 3. *Contactosque eo scelere*] *contractosque eo scelere* Lov. 4. et quaedam ex antt. edd. Male. V. ad 4, 15, 8. *contactosque eos scelere* Voss. sed ultima litera τῷ *eos* adcrevit ex principio vocis sequentis. V. ad 28, 25, 2. Paullo ante *ratus esse* alio ordine Lovel. 1.

§. 4. *Jam loca altiora locusque impeditiores equites castra locat*] Vos tollitis *jam*. ego pro *jam* substituo *in*; pro *locus*, *colles*; pro *equites*, *equiti*. VALLA. Pal. sec. *lucosque impeditiores Poenis castra movet*. Quo alludunt duo reliqui Pall. quorum tert. *jam locis impeditiores equites*. GEBH. Flor. Voss. Oxon. et Cantabrig. *loca altiora locusque imp.* additum in margine Voss. *vel saltus*. Hi mendose exhibent veram manum, quae fuit *loca altiora lucosque impeditiores*, quomodo plane Gudianus. JAC. GRON. Monstrum hoc lectionis Cl. Hearne in N. invenit, *in altiora locus quam impeditiora sunt Poenis, castra movet*. sed vocem *locus* manus altera delevit. *jam in loca altiora castra movet locusque impeditiores equites* Lov. 3. *jam loca altiora locusque impeditiores equites castra movet* Lov. 4. et Harl. *jam loca altiora locosque impeditiores equiti castra movet* Lov. 5. et

Digitized by Google

5 equiti castra movet. Minus, quam ad Ticinum, fefellit: missisque Hannibal primum Numidis, deinde omni equitatu, turbasset utique novissimum agmen, ni aviditate praedae in vacua Romana castra
6 Numidae devertissent. Ibi dum, perscrutantes loca omnia castrorum, nullo satis digno morae pretio tempus terunt, emissus hostis de manibus est: et quum jam transgressos Trebiam Romanos, metantesque castra conspexissent, paucos moratorum occi-
7 derunt, citra flumen interceptos. Scipio, nec ve-

Gaertn. *in loca altiora locosque impeditiores ad equites castra movet* Hafn. *et jam ad loca altiora, quae Poenis impeditora sunt ad equites castra movet* Ber. *et loca altiora, quae impeditiora sunt Poenis, castra movet* Hav. Hae varietates docent, locum interpolatum esse, ad quem restituendum integriores codices desidero. Gebhardi ac Gronovii conjecturae favere videtur, quod *locus* et *lucus* saepissime in Mstis commutentur. V. ad 1, 8, 5. c. 81, 3. 6, 20, 11. 8, 14, 2. 24, 38, 8. et viros doctos ad Val. Max. 1, 1, 14. et ad Suet. Tib. 1. Dubito tamen, an *lucus* pro quovis saltu vel silva Livius dixerit; quum potius pro silva Deo sacra usurpet. V. exempla 1, 8, 5. et 21, 3. 24, 3, 4. 35, 51, 2. et alibi.

§. 5. *In vacua Romana castra Numidae divertissent*] Vox *Numidae* deest in Lovel. 4. et edd. antt. quam recte revocavit ac restituit Aldus. Tum *devertissent* Flor. Voss. Lovel. 1. 5. et Hav. quod placet. *divertunt* enim, qui in varias partes discedunt; *devertunt*, qui aliquo concedunt, vel a via deflectunt. V. ad 1, 51, 8.

§. 6. *Nullo satis digno morae pretio tempus terunt, emissus hostis de manibus est*] *non satis digno morae pretio* Ber. a m. 1. *nullo satis morae digno pretio* Lovel. 3. *nullo satis digniore pretio* Hafn. Deinde *emissus hostis est de manibus* Flor. Lovel. 3. 4. 5. Harl. Gaertn. et Hav. *emissus est hostis de manibus* edd. ante Aldum. Paullo ante *loca omnia castrorum omnium*, addita ultima voce, Ber. *loca omnium castrorum* Hearnii N. altera scriptura tamen in marginem rejecta.

Circa flumen interceptos] Vet. lib. *citra flumen*. SIG. Ita et Flor. Cant. Lovel. 1. 3. 4. atque Aldus in erratis: quod bene Sigonius probavit. Saepius haec vocabula in Mstis commutantur. V. ad 1, 38, 1. 3, 38, 9. 4, 32, 8. 5, 37, 8. 7, 33, 13. 10, 25, 5. hoc lib. cap. praec. §. 7. c. 54, 4. c. 60, 9. 22, 14, 11. (* 34, 13, 8. 36, 41, 3.) 38, 38, 9. c. 48, 1. 45, 39, 14. et ad Epit. Liv. 126. Adde, quae notantur ad Silii 16, 661. Tum *interéptos*, sive *interemptos*, Hav.

§. 7. *Nec vexationem vulneris in via jactantis ultra patiens*] Est inter commentantes, qui *jactantis* explicat *jactati*: ut *condenti* apud Virgilium (Ecl. 1, 29.)

Digitized by Google

xationem vulneris in via jactanti ultrà patiens, et collegam (jam enim et revocatum ex Sicilia audierat) ratus exspectandum, locum, qui prope flumen tutissimus stativis est visus, delectum communiit. Nec procul inde Hannibal quum consedisset, quan- 8
tum victoria equestri elatus, tantum anxius inopia, quae per hostium agros euntem, nusquam praeparatis commeatibus, major in dies excipiebat, ad Cla- 9
stidium vicum, quo magnum frumenti numerum congesserant Romani, mittit. ibi quum vim pararent,

lavanti regi apud nostrum [44, 6, 1.] Sed melius Put. *jactanti*, ut cum via conjungatur. 29, [32, 12.] *Ubi primum ducta cicatrix pati posse visa jactationem.* 30, [19, 5.] *Simul sperans leviorem in navigatione, quam in via, jactationem vulneris fore.* Curtius 6, [1.] *jactationem vulnerum haud facile tolerantem.* J. FR. GRON. *jactati* legit Heinsius apud Graevium ad Flori 2, 10. In locis Livii et Curtii, quae hic habet Gronovius, non dicitur *via jactare*, sed potius *vulnus jactari.* DUK. *jactanti* etiam Flor. Doujatius, haud facile *via jactans* obcurrere praefatus, alia adhuc litera expuncta, *jactati* legendum esse conjecit. Insuper *Scipio vero vexationem* Gaertn.

Jam enim revocatum ex Sicilia audierat] Plures codd. *jam enim et revocatum.* Vulgo copulativa deest. J. FR. GRON. Copulativam agnoscunt Flor. Cant. Voss. Lovel. 1. 3. Harl. Gaertn. Hav. aliique. Eamdem etiam habent omnes Hearnii codd. excepto solo N. *jam enim esse revocatum* inveni in Lov. 4. et 5.

Locum etc. *delectum communivit*] *dilectum* Flor. Lov. 1. et Gaertn. Tum *communiit* Flor. et Ber. 3, 42, 3. *Loco edito castra communierant.* 42, 58, 1. *Castra communiit.* Vide ad 6, 18, 10.

§. 8. *Quae per hostium agros euntem*, etc. *major in dies excipiebat*] *quam per hostium agros euntem* etc. *major in dies excipiebant* Hearnii N. Verum, ut commodus sensus foret, insuper dandum erat, *euntes, majorem.* At vulgatum praefero, licet *euntes* habeat Ber. Tum *comparatis commeatibus*, pro *praeparatis*, Hav. Ita *scalis in occulto comparatis* infra est 25, 23, 15. At vulgatum verius est. Supra 4, 10, 1. *Qui ad eam diem non commeatu praeparato, sed ex populatione agrorum rapto aluisset militem.*

§. 9. *Ad Clastidium vicum*] Polybius [3, 69.] Κλαστίδιον πόλιν vocat. mentio *Clastidii* est in triumpho Marcelli Capitolino. SIG. In optimis hodie Polybii edd. et eo loco, et supra 2, 34. constanter legitur Κλαστίδιον. Neque aliter vocatur ab omnibus, qui ejus meminerunt, scriptoribus. V. Cluver. 1. Ital. Ant. 10, 79. Male igitur *Clastinum* Lov. 1.

Digitized by Google

spes facta proditionis: nec sane magno pretio nummis aureis quadringentis, Dasio Brundusio praefecto praesidii conrupto, traditur Hannibal Claftidium. id horreum fuit Poenis sedentibus ad
10 Trebiam. In captivos ex tradito praesidio, ut fama clementiae in principio rerum conligeretur, nihil saevitum est.

1 XLIX. Quum ad Trebiam terrestre constitisset bellum, interim circa Siciliam insulasque Italiae imminentes, et a Sempronio consule, et ante adven-
2 tum ejus, terra marique res gestae. viginti quinque

Clastium Lov. 5. qui etiam mox vocem *magnum* non agnoscit. In sequentibus *vim praeparatent*, pro *pararent*, Gaertn. et Harnii D. atque N. quorum ultimus *pararent* servat in margine.

Nummis aureis quadringentis datis P. Brundusino] Otiosum est illud *datis*. Praeterea insolens hominis appellandi ratio, *P. Brundusino*. est enim posterius nomen patriae, non familiae. *Ἄνδρα Βρενταισινὸν* vocat Polybius [3, 69.] ubi male in versione *Publius* additur. Put. *quadringentis Dasiro Brundusino*. Scribe *Dasio*. Quod nomen occurrit et inferius [24, 45, 1.] J. FR. GRONOV. *quadringentis dati pbruvidissimo* Lov. 1. *quadringentis datis P. Brundusino* Lov. 3. 4. Harl. Ber. et Hav. *quadringentis tantum datis P. Brundusino* Gaertn. *quadringentis datis Brundusino* Hafn. *quadringentis dati Brundusino* Rec. *quadringentis datis pro Brundusino* Voss. et Lovel. 4. *quadringentis dati pro Brundusino* Cant. Veram lectionem ex vestigiis Put. optime indagavit Gronov. quem etiam v. 4. Obs. 11. *Brundisino* est in Flor. V. 2 42, 17, 2.

§. 1. *Et a Sempronio consule et ante adventum ejus*] Primus deerat in Hearnii D. Sed v. 2, 44, 3. *Sempronio Siciliae consule* Lov. 3. et Hafn. Deinde *ante eventum ejus* Lovel. Paullo ante *constituisset bellum* pro *constitisset*, Gaertn.

§. 2. *Vigenti quinquerremes cum mille armatis ad depopulandam oram*] *viginti biremes* Ber. Tum *ad depellendam oram* Lov. 1.

Novem Liparas, octo insulam Vulcani tenuerunt, tres in fretum avertit aestus] Pall. dat *octo ad insulas*. tert. *ad insulam*. GEBH. Jac. Gronovius 2. Livii 1, 1, 4. scribit, hic in omnibus MSS. esse *ad insulam Vulcani tenuerunt*; nec dubitat, quin legendum sit, *novem ad Liparas, octo ad insulam Vulcani tenuerunt*: quemadmodum 1, 1. 4. in quibusdam scriptis *ad Laurentem agrum tenuisse*. et 31. 45, 14. etiam in vulgatis *ad Mendim maritimum civitatis ejus vicum tenuere*. quod ad 24, 3, 9. adversus Glareanum tuetur pater

remes cum mille armatis ad depopulandam oram Italiae a Karthaginiensibus missae, novem Liparas, octo insulam Vulcani tenuerunt, tres in fretum avertit aestus. Ad eas conspectas a Messana duodecim na- 3
ves ab Hierone rege Syracusanorum missae, qui tum forte Messanae erat, consulem Romanum opperiens, nullo repugnante captas naves Messanam in portum deduxerunt. Cognitum ex captivis, praeter viginti 4
naves, cujus ipsi classis essent, in Italiam missas, quinque et triginta alias quinqueremes Siciliam petere ad sollicitandos veteres socios. Lilybaei occu- 5

illius. Verum primum hic non in omnibus scriptis legi *ad insulam Vulcani tenuerunt*, ex eo satis constare arbitror, quod Hearnius id ex nullo suorum codd. adnotavit: deinde longe usitatius est in hoc genere loquendi omitti praepositionem. V. loca Livii apud Gronovium patrem ad 1, 1, 4. Adde 30, 24, 8. *Apollinis promontorium tenuit.* Ibidem c. 39, 8. *Ita vexata ac lacerata classis Carales tenuit.* 36, 21, 1. *Tenum primo tenuit.* Ovidius 15. Met. 699. *modicisque per aequor Ionium Zephyris* etc. *Italiam tenuit.* et 1. Fast. 498.

Nave secat fluctus, Hesperiamque tenet.

Vix credo, eum, qui navem in portum, ad insulam, littus, terram appellit, Latine dici *ad portum, insulam, littus, terram tenere.* DUK. *Liparas* Lov. 4. 5. *Liparias* Flor. Voss. Lov. 1. 3. et Hav. Tum *ad insulam Vulcani* Flor. Voss. Lov. 1. 4. 5. Ber. Gaertn. Hav. et edd. ante Froben. anni 1531. Ex reliquis codd. meis nihil notari video. Cl. tamen Jac. Gronov. ad 1, 1, 4. *ad insulam* in omnibus Mstis legi; et hinc legendum censet *ad Liparas, octo ad insulam.* Quod genus loquendi si probamus, videndum est, an sit locutio elliptica, pro *tenere portum, litus, terram* vel simile *ad insulam Vulcani:* quamvis tamen talis ellipsis insolentior videatur. Neque etiam alibi locutione hac *tenere ad insulam* Livius usus est, quam loco a viris doctis laudato ex 31, 45, 14. ubi adhuc scripturam illam dubiam facit dissensus codd. ut et 1, 1, 4. contra *tenere* sine praepositione passim apud eum obcurrit. 22, 22, 2. *Portum Tarraconis ex alto tenuit.* 28, 18, 12. *Die quarto novae Karthaginis portum tenuit.* 31, 45, 10. *Classis Geraestum, nobilem Euboeae portum, tenuit.* 32, 9, 6. *A Brundusio quum transmisisset, Corcyram tenuit.* 37, 11, 5. *Vento adverso ante lucem Pygela portum tenuit.* c. 12, 10. *Postero die Corycum Teiorum promontorium tenuerunt.* c. 16, 4. *Pervicerunt quidem remis, ut tenerent terram.* et alibi. Ceterum *advertit* Flor. Voss. Lov. 1. 5. et Ber. V. ad 6, 23, 8.

§. 3. *Naves Messanam in portum deduxerunt*] *adduxerunt* liar-

pandi praecipuam curam esse: credere eadem temp
state, qua ipsi disjecti forent, eam quoque classe
6 ad Aegates insulas dejectam. Haec sicut audi

lej. *detulerunt* Hearnii D. Paullo ante *rege Syracusarum* Ber. Deinde *tunc Messanae erat* Lovel. 5. V. ad 2, 12, 15.

§. 4. *Ad sollicitandos veteres socios*] *ad sollicitandum* Voss. V. infra ad 40, 49, 1.

§. 5. *Lilybaei occupandi praecipuam curam esse credere: eadem tempestate* etc.] Non potest placere haec distinctio. Namque hi captivi Carthagine profecti scire optime poterant, quae potissima cura Carthaginiensium foret; non tantum credere: classem vero alteram eadem fuisse tempestate disjectam non nisi opinari et conjicere. Quare distinguas censeo: *Lilybaei occupandi praecipuam curam esse: credere eadem tempestate, qua* etc. Prorsus ut 27, 5, 11. etiam ex captivis quaestione habita compertum ait, *quinque millia Numidarum Carthagine esse* etc. *Classem praeterea ingentem apparari ad Siciliam repetendam*, (haec, quasi certo ab ipsis scirentur, narrat: addit tum eos pro dubio edidisse) *eamque se credere brevi trajecturam*. JAC. GRON. Recte vir Clarissimus. Verum ita distinguunt omnes editiones usque ad Gruterum, in cujus demum ultimam interpunctio, quam jure merito culpat, recepta est. Priorem itaque reduxi.

Qua ipsi disjecti forent, eam quoque classem ad Aegates insulas dejectam] *qua ipsi devecti forent* Lovel. 3. Ex classe enim viginti quinqueremium novem Liparas, octo insulam Vulcani tenuerunt, tres in fretum avertit aestus, ut modo Livius narravit. Bene ergo *disjecti*. Virg. 1. Aen. 128.

Disjectam Aeneae toto vid aequore classem.

Livius 23, 41, 9. *Ceteras arm metus, haud secus quam tempestas, passim disjecit*. Tum classem decades Cant. *classem Gadis* Lovel. 3. Hav. et Voss. contextu. *classem de Egadis* Lov. 1. *classem de Egatis* Ber. Praeterea *insulam* plerique codd. et vett. edd. pro quo Gronovius *insulas* dedit. Et ita erat in Flor. ac Cant. V. supra hoc lib. ad 10, 7. Tandem *dejectam esse* Ha

§. 6. *Haec sicut audita erant rex Messanae Aemilio praetor* etc.] Lege ex vett. lib. *Haec sicut nunciata erant Messanae rex Aemilio praetori*. Hiero enim Syracusarum rex fuit, non Messanae. nisi intelligas, Messana, ubi tum forte erat, perscribit. *Aemilius* hic est tertius hujus anni praetor. SIG. Lege, inquit Sigonius, ex vet. lib. *Haec sicut nunciata erant Messanae rex Aemilio*. Quo libro, mi Sigoni? nullum a vulgata discrimen in omnibus veteribus, qua manu exaratis, qua typis expressis, reperi, nisi quod exstet in iisdem *praescribit*. GEBH. Praenomen omissum, quod habet Put. scribendumque *rex M. Aemilio*, deleto 2ϕ *Messanae*, quod nesciunt Put. Flor. Gud. J. FR. GRON. In edd. Gronoviorum est *rex Messana*; quod in nullo est codice. Ita tamen dedisse videntur, quia displicebat locutio *rex Messanae perscribit praetori*. Verum quum Flor. non tantum omittat vocem *Messanae*, sed etiam Put. concentiens insuper legat *rex M. Ae-*

Digitized by Google

erant, rex M. Aemilio praetori, cujus Sicilia erat provincia, perscribit, monetque, Lilybaeum firmo teneret praesidio. Extemplo et circa praetorem ad 7

milio, ita edere non dubitavi. Similiter Crevier. edidisse video.

Cujus Sicilia erat provincia, perscribit, monetque] Aemilium, itidem ut Sigonius, hujus anni praetorem facit Pighius ad annum Urbis 1DXXXV. Hoc dubitationem recipere potest. Nam Sempronium consulem hoc anno Africam cum Sicilia sortitum, et in Siciliam profectum, scribunt Livius hoc lib. c. 17. et c. 50. ac Polybius 3, 41. ac 61. Unde non absurde quis colligat, Aemilium anno superiore praeturam gessisse, ac Siciliam provinciam habuisse, et in ea ex more Sempronium consulem successorem expectasse. Potest tamen vera esse sententia Sigonii et Pighii. Livius autem non nisi per occasionem praetores aliquot hujus anni nominat: fortassis libro 20. de comitiis eorum egerat. Sed hoc plane incertum est, quum ne quidem comitia praetorum sequentis anni memoret; qua in re diligentia illius desiderari potest. DUK. *Sicilia provincia erat* Flor. et Harl. vox *provincia* omittitur in Voss. Lovel. 1. et Ber. Tum *praescribit* Voss. Lovel. 4. Harl. Ber. Gaertn. Hav. Hearnii N. et edd. ante Frobenianam anni 1531. V. ad 9, 10, 7. (* 35, 40, 1.) Deinde *monet*, *Lilybaei* Lovel. 5. *monetque*, *Lilybaeum firmo tenere praesidio* Lovel. 4. Gaertner. et edd. Rom. anni 1472. ac Parm. *monetque*, *Lilybaeum praesidio firmo tenere* Rec. *monetque*, *et Lilybaeum firmo tenere praesidio* Hearnii N. *monetque*, *et Lilybaeum firmo teneret praesidio* Cant. Lovel. 1. 3. et Voss. *monetque*, *ut Lilybaeum firmo teneret praesidio* Flor. Bor. Harl. et Hav. idque in Voss. inter versus adscriptum erat. Sed potest videri illud *ut* a manu glossatoris additum esse. Solet enim τὸ *ut* post verba monendi omitti. V. ad 39, 27, 2.

§. 7. *Extemplo et circa praetorem a civitate missi legati tribunique*] *ad civitates* recte quidam emendarunt. Sed *circa praetorem* credo Graecam esse locutionem. Et illud *ante omnia Lilybaeum teneri* obscure dictum, nisi *jussit* vel quid simile intelligas. GLAR. *circa praetorem* dixit, pro a praetore. Ego malim *circa a praetore*. SIG. Genus hoc dicendi peregrinum et Graecanicum. Nos aliquanto insuitatius infrequensque magis reddemus, sed tamen non penitus insolitum et inauditum. Legendum enim censemus *Extemplo e circa praetorem*: ut sit, ex his, qui circa praetorem erant, ut a M. Tullio *ex ante diem Calend.* 2. ad Attic. epist. 16. scriptum esse legimus. TURNEB. 27. Advers. 11. Maluit Sigonius *circa a praetore*. Pal. sec. *et ad praetorem a civitate missi legati*. Reliqui duo cum prisca ed. *a civitate*. perperam, ut dudum vidit Loritus. GEBH. Sic 1, [41, 1.] *Tarquinium moribundum quum*, *qui circa erant*, *excepissent*. 22, [3, 12.] Flaminio super caput oqui effuso. *Territis omnibus*, *qui circa erant*, *velut foedo omine*. Rursusque [c. 30. 1.] *Incedentes ad dictatoris castra in admirationem et ipsum et omnes*, *qui circa erant*, *converterunt*. Nec recte Sigonius interpretatur a praetore, aut Turnebus reponit *e circa*. Nam *legati tribunique circa praetorem*

Digitized by Google

civitates missi legati tribunique, qui suos ad cura custodiae intenderent; ante omnia Lilybaeum tener ad adparatum belli, edicto proposito, ut socii n

sunt, qui circa illum erant, et honoris caussa affectabantur, relictis praesidiis suis. Suetonius Julio (27.) *Omnibus vero circa eum atque etiam magna parte senatus gratuito atque levi foenore obstrictis.* J. FR. GRON. Doujatius testatur, so, quidquid contra nitatur Gronovius, Sigonio adhaerere, et *circa praetorem* intelligere a praetore per Hellenismum: similiter enim Graecos dicere *qui circa Platonem* non tantum pro discipulis sive comitibus Platonis; sed etiam pro Platone ipso. Nam licet legati tribunique circa praetorem essent, non tamen hic dici, *ab iis qui circa praetorem erunt*, quemadmodum in exemplis a Gronovio adlatis. Verum, quidquid ipse dicat, contendere possem, ut exemplo vel uno probaret, Graecismum hunc *οἱ περὶ Πλάτωνα* pro ipso Platone etiam Latinis in usu fuisse, eosque, *qui circa praetorem* usurpasse pro ipso praetore. Id tamen urguere nunc nolo; sed potius, quemadmodum Graeci numquam *περὶ Πλάτωνα*, vel *περὶ τὸν Πλάτωνα*, sed addito articulo *οἱ περὶ τὸν Πλάτωνα*, dixerunt, ita neque Latinos *circa regem* simpliciter dixisse, sed semper addidisse aliud nomen, idque vel pronomen *qui circa regem*, vel quodvis aliud *turba circa regem, omnes circa se.* Et quidem multo magis in sensu constructo, in quo Polybius dixit Exc. legat. num. 21. *Διεπέμπετο πρὸς τοὺς περὶ τὸν Λεύκιον. Misit ad Lucium.* non autem *Διεπέμπετο περὶ τὸν Λεύκιον.* Et paullo inferius *Ἀπεκρίθη τοῖς περὶ τὸν Ἀντίοχον. Respondit Antiocho,* non *Ἀπεκρίθη περὶ τὸν Ἀντίοχον.* num. 22. *Οὐκ ἀλλότριος ἦν κοινωνεῖν τοῖς περὶ τὸν Ἀντίοχον* num. 23. *Ἔκρινε διαπέμπειν πρὸς τοὺς περὶ τὸν Λεύκιον Πόπλιον.* et inferius, *Τοῦ τὸν τοῦ Σκιπίωνος γεγονέναι περὶ Ἀντίοχον ὑποχείριον.* num. 24. *Τῶν δὲ περὶ τὸν Πόπλιον ἀνθρώπων προσθεξαμένων τόν.* et saepissime alibi. Similiter Divus Joh. Euang. 11, 19. *Ἐλθεῖν πρὸς τὰς περὶ Μάρθαν καὶ Μαρίαν. Venerant ad Martha et Mariam.* non *Ἐλθεῖν πρὸς περὶ Μάρθαν καὶ Μαρίαν.* Hac contra sententiam illam Sigonii quam Doujatius probavit. Qui autem ad sententiam Gronovii tinet, negligenter admodum Doujatius legisse debuit exempla a Gronovio laudata; non enim in omnibus, ut credebat, sed in pleris que illa locutio *qui circa eum* obcurrit. Certe non est in loco Suet. qui huic plane similis est. In enim ibi *omnibus circa eum*, ita hic *legati tribunique circa praetorem.* Eo modo *puella circa* apud Tibull. 1, 3, 87. accipiendum docent viri docti: ubi alia similia ex Virg. et Mart. exempla laudavit Broeckh. quemadmodum ex Suet. et Plin. Torrent. et Casaub. ad Suet. Caes. 27. Verisque cum Gronovio locum eo modo exponendum puto, vel quae altera erat Sigonii sententia legendum est, *circa a praetore* quam ejus conjecturam maxime firmat Flor. in quo a m. 1. scriptum erat *circa praetore.* a m. 1. autem, et ipsa admodum antiqua, *circa a praetore*, ut praepositio intercepta sit a vocis praecedentis litera ultima. V. ad 5, 52, 10. ita autem *circa* referri debet ad sequentia *ad civitates*, et *civitates circa* sunt undique vicinae. V. ad

Digitized by Google

vales decem dierum cocta cibaria ad naves deferrent; ubi signum datum esset, ne quis moram con- 8
scendendi faceret: perque omnem oram qui erant,

1, 17, 4. Insuper *a civitate* cum plerique edd. vett. Voss. (qui pro varia lectione habet *in civitate*) Lovel. 3. 4. 5. Harl. Hafn. Gaertner. Hav. et Hearnii L. 1. et N. in margine; in cujus contextu erat *ac civitatem;* quod etiam vidi in ed. Ven. anni 1498. Flor. quoque *a civitate* habuit a m. 1. *civitates* a manu altera. Tum *legati missi* Ber.

Qui suos ad curam custodiae intenderent: ante omnia Lilybaeum teneri ad adparatum belli) Vocula *qui* deficit in Flor. Voss. Lovel. 1. 3. 5. Harl. Ber. Gaertn. Hav. Hearnii D. N. et Rom. principe. Deinde *ad curam custodiae incenderent* Gaertn. et Lovel. 4. Saepe haec verba in Mstis confunduntur. V. ad 24, 37, 3. *ad curam custodiae ut tenderent* Lov. 3. *ad curam custodiae ut intenderent* Ber. Potest quidem videri pronomen *qui* elisum esse a praecedenti *que;* quale exemplum habuimus supra 6, 16, 2. Potest tamen etiam recte omitti, modo, quemadmodum quidam codd. volunt, recipiamus *ut*. Praeterea *Lilybaeum teneri apparatu belli statuit* Ber. et Hafn. *Lilybaei teneri apparatu belli* Flor. a m. 2. *Lilybaeum teneri apparatum belli* Cant. Voss. Lovel. 1. 3. 4. 5. Harl. Rec. et Hav. Verum et hic praepositio *ad* intercepta est a vocis sequentis *adparatum* syllaba prima. Neque est, quod haec obscurius dicta putet Glareanus ad verba priora. Quia autem addit, nisi *jussit* intelligamus, videtur perspicere non potuisse, unde pendeat infinitum *teneri:* quod referendum puto ad *misit* praecedens. Jam vero *misit Lilybaeum teneri* eodem modo dictum est, quo illa, de quibus actum est ad 8, 23, 1. Neque displicere debet mutatio constructionis *misit*, *qui intenderent*, *ante omnia Lilybaeum teneri*. Illa enim adprime Liviana est. V. ad 39, 14, 9. Cl. Crevier. Glareano adsensus ad vocem *teneri* ex sensu supplet *jussit*. Deinde, mutata distinctione, legit *teneri: ad apparatum belli, edicto* etc. et *ad* exponit praeter, ut 26, 5, 9. quod posterius probavi, ac recepi.

§. 8. *Ubi signum datum esset, ne quid moram conscendendi faceret*) Vet. lib. *ne quis moram conscendendi faceret*. Malim tamen *ne quid*. SIG. *ne quis* solus Pal. sec. reliqui tamen duo et vet. ed. *ne quid*, quod mavult Sigonius. GEBH. *et ubi signum* Flor. Voss. Lovel. 1. 3. 4. 5. Harl. Ber. Hafn. Gaertn. Hav. Hearnii N. et quaedam ex primis edd. Deinde *ne quid moram* Voss. Lovel. 1. 4. 5. Harl. Hav. Gaertner. Hearnii D. et edd. antiquissimae. *ne quis moram* Flor. Ber. et, ut videtur, Cant. quam lectionem primus Sigonius in contextum recepit. *ne qui moram conscendendi facerent* Lovel. 3. *ne quid moram conscendendi facerent* edidit Vascosanus, ejusque exemplum quidam secuti sunt: in qua lectione τὸ *quid* abundat; quod post vocalem *ne* saepe accidere, vidimus ad 8, 7, 6. Jam vero si quis cum Sigonio *ne quid* malit, in praecedentibus copula *et* admitti nequit. Verba enim tum ita cohaerent: *cibaria ad naves deferrent, ne quid moram faceret*. Contra, quamcumque trium aliarum lectionum probemus, eadem copula recepta nihil sensui obficit. Ita enim edicto

Digitized by Google

ex speculis prospicerent adventantem hostium cl
9 sem. Simul itaque (quamquam de industria mor
cursum navium erant Karthaginienses, ut ante luce
accederent Lilybaeum) praesensum tamen est, qu
et

proposito haec tria injuncta erunt, ut socii cibaria ad naves deferrent, et ne quis moram faceret, utque prospicerent hostium classem. Potest tamen vel ita etiam membrum secundum sine copula proponi. Quia etiam licet aliquam harum trium posteriorum lectionum praeferamus, attamen concipere possumus, duo tantum edicto jussa esse, tam ut cibaria ad naves deferrent, tum ut prospicerent adventantem classem. Et tum verba media prioris mandati quasi caussam reddent; ideo enim *cibaria ad naves deferrent, ne quis moram faceret*, vel *ne qui*, vel *ne quid moram facerent*. Et tum iterum copula *et* rejicienda est: quam in tot codd. natam esse censere poterimus ex ultimis literis verbi praecedentis *deferrent*, vel, ut scriptum forte fuit, *deferret*. V. ad 39, 18, 8. Omnibus bene subductis, *ne quis moram conscendendi faceret* verum esse puto, ita ut his verbis primi mandati ratio reddatur, adeoque τὸ *et* rejiciatur. Si enim tria capita edicti statuamus, ad ultimum *perque omnem* non ex proximo *ne*, sed ex primo *ut* foret repetendum: quod orationem nimis ambiguam aut etiam vitiosam redderet. Si tantum duo capita, omnia optime procedunt *ut deferrent, perque omnem oram*, sive *et* ut *per omnem oram*. Praeterea perperam *descendendi* Hearnii N. altera tamen lectione in margine manente. *conscendere* enim in hac re proprium verbum esse, infra videbimus ad 29, 25, 5. In praecedenti *coacta cibaria* male Flor. Le 1. Cant. et Harl. V. ad 3, 23.

Perque omnem oram qui rant, ex speculis conspicere Insuetum dicendi genus. *qui em* videtur referre eos, qui in speculis erant. GEBH. Lege *quid ex speculis*. T. FABER. Videtur hoc brevius dixisse Livius. Verbum *erant* neque in Put. neque in aliis MSS. reperimus. Differe omnes *prospicerent*. Scribe ergo, *perque omnem oram* [illegible] *ex speculis prospicerent*. nam homines cujusque oras, vel custodes ad id destinati. J. FR. GRON. V. eumdem Gronovium ad 38, 1, 4. Verum in pr. ed. notarum hoc loco legebat *perque omnem oram ex speculis prospicerent*. Ceterum *per omnem oram* Voss. Lovel. 1. 3. 4. 5. Harl. Ber. Gaertn. Hav. et Hearnii I. Tum *qui ex speculis* Flor. Cant. Voss. Lovel. 4. 5. Harl. Ber. Hafn. Gaertn. Hav. et Hearnii L. 1. et D. Tandem *prospicerent* Flor. Cant. et Voss. quod recte Gronov. probavit. V. infra ad 22, 6, 8.

§. 9. *Simul itaque*] Vide, ut suspensum est ad longe sequentia *extemplo datum signum* etc. GLAR. Pall. duo *Simili itaque* tert. ut et vet. ed. *Simul itaque*. GEBH. Haec *Simul itaque* non ad illa *extemplo datum signum* referenda sunt, ut Glareanus existimavit, verum ad propiora *praesensum tamen est*: quod recte vidit J. Fr. Gronovius, qui primus in ed. anni 1665.

Digitized by Google

et luna pernox erat, et sublatis armamentis veniebant; extemplo datum e speculis signum, et in oppido ad arma conclamatum est, et in naves conscendum: pars militum in muris portarumque in stationibus, pars in navibus erant. Et Karthaginienses, 10 11

media parentheseos notis inclusit. Oratio enim ita cohaeret: *Simul itaque praesensum est*, sc. adventare hostium classem, *extemplo datum e speculis signum*. Secundum Glareanum series orationis foret *Simul itaque extemplo datum e speculis signum*. Eam autem ineptam esse, nemo non videt. Videtur ipsi fraud: fuisse τὸ *tamen*, quod addidit Livius ob praecedens *quamquam*. Idem est, ac si pluribus verbis Livius dixisset: *quamquam* autem *de industria* etc. *Lilybaeum*, *praesensum tamen est*, *quia* etc. *veniebant*. *Simul itaque praesensum est*, *extemplo* etc. Ceterum Gebhard. notans in Pal. 3. et ed. vet. legi *Simul itaque*, quemadmodum circumfertur, ob oculos habuit ed. Gruteri primam, quae simul cum reliquis post Sigonium exhibuit *Simul atque*. Indicare itaque voluit, id in nullo vel cod. vel ed. ant. sibi obvium fuisse; et recte. Est enim nec in ullo a me cod. repertum. At *Simili itaque* praeferunt Flor. Lovel. 1. 3. 4. Harl. et Hav. *Simili itaque ingenio*, addita postrema voce, Ber. et Hafn.

Et luna pernox erat, et sublatis armamentis veniebant] Quod ait *sublatis armamentis*, relativum videtur illi, quod postea dicturus est, *demendis armamentis*. GLAR. *sublatis* intelligit in altum elatis, ut procul conspici possent. Itaque subsequitur oppositum, *demendis armamentis eo tempore consumpto*. SIG. *Venire sublatis armamentis* est navigare sublatis velis ad cursus celeritatem. quo enim magis elata vela sunt, eo majore impetu classem impellunt. Hic autem *armamenta* perspicue pro antennis et velis dixit: ut ab ἄρμενον Graeca voce *armamentum* deductum quis existimare possit: etsi ab *armis* verius est. TURNEB. 27. Advers. 11. Quod hic laudat Sigonius *ornamentis*, contra omnes libros facit. GEBH. *ornamentis* Sigonius in capite Scholii ad hunc locum dederat, non tamen eo animo, quia ita legendum existimabat, ut ex verbis Livii sequentibus ab eo laudatis constat: ideoque vix dignus erat, ut reprehenderetur hoc nomine. Recte autem Turnebus *armamenta* antennas et vela. Ita infra 33, 48, 5. quod *vela cum antennis* dixerat, paullo post eodem cap. *armamenta* vocavit. Ceterum prius *et* perperam omittitur in Ber. V. ad 2, 44, 3.

§. 10. *Datum e speculis signum*, *et in oppido ad arma conclamatum est*] *ex speculis* Flor. *ex speculis* Voss. Lovel. 1. 4. Harl. Ber. Gaertn. et Hav. Tum vox *signum* deficit in Flor. Cant. et Lovel. 3. At, ea transposita, *signum datum ex speculis* Harl. *datum signum ex speculis* Hav. *datum est signum e speculis* edd. Aldo priores. *datum ex speculis signum est* Gaertn. Se etiam *est* in N. a m. 1. sed postea deletum invenisse, auctor est Hearnius. Deinde *arma conclamatum est* Lovel. 1.

Digitized by Google

quia rem fore haud cum inparatis cernebant, usque ad lucem portu se abstinuerunt, demendis armamentis eo tempore aptandaque ad pugnam classe
12 absumto. Ubi inluxit, recepere classem in altum, ut spatium pugnae esset, exitumque liberum e portu
13 naves hostium haberent. Nec Romani detrectavere pugnam, et memoria circa ea ipsa loca gestarum rerum freti, et militum multitudine ac virtute.

Male. V. ad 3, 15, 6. Mox *in naves consensum* Hav. *in naves ascensum* Lovel. 3. V. modo ad §. 8. Deinde *in muris portarumque stationibus* Lovel. 3. et Hav. cum editionibus usque ad Cl. Jac. Gronov. qui recte mutavit *portarumque in stationibus*. Ei enim consentiunt reliqui codd. V. ad 6, 28, 6.

§. 11. *Demendis armamentis eo tempore*] Iterum 46, 43, 4. *Ut demendis armamentis tumultuari primum coeptum est.* Dicuntur autem *demi armamenta*, cum vela contrahuntur, mali inclinantur, antennae et reliqua armamenta componuntur; quod in pugna navali sollemne erat. Liv. ibidem §. 2. *Quod ubi vidit Romanus, vela contrahit, malosque inclinat, et simul armamenta componens opperitur insequentes.* Paullo ante *quia Karthaginienses* alio ordine Ber. et *se portu abstinuerunt* Lovel. 4. et 5. In verbis sequentibus *aptanda ad pugnam classe absumto* Harlej. *aptandaque ad pugnam assumta* Lovel. 1. *aptandaque ad pugnam classe assumta* Voss. et Gaertn. *aptandaque ad pugnam classe assumto* Hav. V. ad 9, 17, 17.

§. 13. *Nec Romani detrectavere pugnam*] *detractavere* Flor. Lovel. 1. 4. Ber. Hav. et edd. Rom. anni 1472. ac Parm. V. ad 34, 15, 9. Mox *circa ipsa loca* Lovel. 4. *circa ea tempora* Hav.

§. 1. *Romanus conserere pugnam*] *Romanos* Flor. Lovel. 3. et edd. Rom. anni 1472. ac Parm. *Romanis* Lovel. 5. *Romani* Hearnii N.

§. 2. *Naviumque, quam virorum aut armorum, malle certamen facere*] Vox postrema fabrefacta in scholis scribarum. GRUT. Gruterus *facere* expunctum vellet; ego *malle*, si opes esset. Sed maneat utrumque. J. FR. GRON. Utrumque etiam, et *malle*, et *facere*, in omnibus scriptis et edd. constanter superest. Ceterum *navium* sine copula typis excusi usque ad Aldum.

§. 3. *Ut sociis navalibus adfatim instructam classem, ita inopem milite habebat*] Mirum, si socii navales non erant milites: nisi milites solos Carthaginienses cives, non socios, intellexerit: aut socios fortasse, qui ducendis navibus idonei, caeterum ad pugnandum inutiles. id quod quibusdam magis verisimile. At l. 26, (48, 6.) Sex. Digitius socius navalis dicitur, haud debie non inutilis ad pugnandum, quippe qui muralem coronam peteret. GLAR. *Socios navales* hoc loco (* ut 37, 16, 11.) remiges

L. Ubi in altum evecti sunt, Romanus consere- 1
re pugnam, et ex propinquo vires conferre velle:
contra eludere Poenus, et arte, non vi, rem gere- 2
re, naviumque, quam virorum aut armorum, malle
certamen facere. nam ut sociis navalibus adfatim in- 3
structam classem, ita inopem milite habebant: et,
sicubi conserta navis esset, haudquaquam par nume-
rus armatorum ex ea pugnabat. Quod ubi animad- 4

vocat, eosque demum, qui nautica ministeria aliqua in navi obeunt, ut l. 26, [35, 1.] *De remigum supplemento agi coeptum est, in quam rem cum neque hominum satis, nec, ex qua pararentur, stipendiumque acciperent, pecuniae quidquam ea tempestate in publico esset, edixerunt consules, ut privati ex censu ordinibusque, sicut antea, remiges darent. Nam unde, cum pecunia in aerario non esset, paraturos socios navales?* paulo post ait: *milites nautasque.* Item, *legiones sociosque navales.* Item, *classicos milites, navalesque socios.* SIGONIUS. Perperam intrudunt post *τὸ adfatim* Pall. duo *minus.* Caeterum pr. ac tert. *ita inopem militem habebat.* GEBH. Put. Petav. Reg. Men. duo Pall. Voss. *nam ut sociis navalibus adfatim minus instructam.* De quo quid sentiendum probabiliter, diximus in Observationibus [4, 2, 29.] J. FR. GRON. Similiter Flor. Cant. Lovel. 3. 4. Harl. Ber. a m. 2. Hafn. Hav. et Hearnii N. a m. 1. Inde Gron. in Obs. legit: *nam ut sociis navalibus adfatim, minus instructam classem milite habebat.* Sed praestare videtur, ut vulgatum servantes *τὸ minus* ex ultimis praecedentis et primis proximae vocis literis natum censeamus. Certe particula *ita*, respondens praecedenti *ut*, vix omitti potest. Ceterum *ut socii navalibus* etc. *ita inopem militem habebant* Lovel. 1. et Harl. *ut socii navalibus* etc. *ita inopem militibus habebant* Lovel. 4. *ut socii navalibus* etc. *ita inopem milite habebant* Lovel. 3. *inopem militibus habebant* Lovel. 6. *inopem militum habebant* Hav. *inopem militem habebant* Flor. et Gaertn. *inopem milite habebant* Hearnii L. 1. D. N. et typis excusi usque ad Mogunt. qui primi dederunt *habebat*: forte quia praecedebat *Poenus.* At similia nomina, quamvis singularia, tamen more conlectivorum verbum plurale admittunt. Supra 9, 27, 5. *Nec aut eventus eorum Romanum, aut morae, qua trahebant bellum, poenitebat.* ubi etiam vide. Tot itaque membranis in *habebant* conspirantibus, id recepi, quod etiam ex tribus suis codd. probat Crevier.

Sicubi conserta manus esset] Pall. tres *conserta navis.* Sequitur enim statim *haudquaquam par numerus armatorum ex ea pugnabat.* nisi malis ad remotius *classis* suspendere, quod verius est. GEBH. Omnes *navis.* nempe ad pugnam. Curtius 4, 3. *Neque enim conserta navigia ulla ope in turbido regi poterant.* J. FR. GRON. *navis* etiam non tantum mei, sed et O-

Digitized by Google

versum est; et Romanis multitudo sua auxit ani-
5 mum, et paucitas illis minuit. Extemplo septem naves Punicae circumventae; fugam ceterae ceperunt. mille et septingenti fuere in navibus capti, milites nautaeque; in his tres nobiles Karthaginiensi-
6 um. Classis Romana incolumis, una tantum perforata navi, sed ea quoque ipsa reduce, in portum re-
7 diit. Secundum hanc pugnam, nondum gnaris ejus, qui Messanae erant, Ti. Sempronius consul Messanam venit. Ei fretum intranti rex Hiero clas-

zon. Hearnii, nisi quod N. *manus* praeferat in marg. Mox *numerus par armatorum* Lovel. 5. *par numerus armorum* Ber. V. ad 5, 39, 1. *par numerus armatorum expugnabat* Hearnii N. a m. 1.

§. 5. *Fugam ceterae ceperunt*] Vet. Pal. *caeterae fugam ceperunt.* SIG. Consentit unus meorum Hav. Reliqui vulgatum servant; nisi quod *receperunt* sit in Voss. Ber. et Lovel. 1. *recepere* in Lovel. 3. et Gaertn. Sed prima syllaba *re* iterata est ex fine vocis praecedentis. V. ad 37, 41, 5.

Mille et octingenti fuere in navibus capti, milites nautaeque] Quidam *DCC* legunt. At res non est magni momenti; qualia saepe alibi quoque: quae lubentes negligimus. GLAR. Paucae tantum ex edd. ita praeferunt. Contra non modo et plures et optimae, verum etiam omnes scripti legunt *mille et septingenti*, nisi quod *mille septingenti* sit in Gaertn. Deinde *fuere in navibus captis milites nautaeque* Flor. *fuerunt in navibus captis milites nautaeque* Lovel. 5. *captis* etiam Put. non minus recte legere monuit Crevier. *fuerunt* est quoque in Lovel. 4. *milites nautae* sine copula in Lovel. 1. *milites inventique* in Exc. Pithoei.

§. 6. *Sed ea quoque ipsa reduce*] *sed ea quoque reduce* Lovel. 1. *sed ea ipsa quoque reduce* Lovel. 5. et Harl. *sed ipsa quoque reduce* Lovel. 4. *sed ea quoque ipsa reduci* Gaertn.

§. 7. *Secundum hanc pugnam, nondum gnaris eis, qui Messanae erant*] Pal. pr. *qui Messana ierant.* GEBH. Put. *ejus.* recte, pugnae nimirum ad Lilybaeum. J. FR. GRON. *nondum gnaris ejus* etiam Flor. Cant. et, ut videtur, Voss. ac Lovel. 1. Deinde *qui Messanam ierant* Lovel. 4. Hav. et Hearnii D. ac N. cujus tamen posterioris margo *Messanae erant* servat. *qui ad Messanam ierant* Hafn. *qui Messanam ierat* Lovel. 3. *qui Messana ierat* Flor. Lovel. 1. et Voss. a manu 1. Sed *erant* et *ierant* alibi saepe commutantur. V. ad 39, 21, 6. *qui necessariam ierant* Harl. Mox *L. Sempronius* Flor. Cant. Voss. Lovel. 3. 4. 5. Harl. Ber. Gaertn. Hav. Hearnii N. et edd. vett. quem tamen *Ti-*

Digitized by Google

sem ornatam obviam duxit: transgressusque ex re- 8
gia in praetoriam navem, gratulatus sospitem cum
exercitu et navibus advenisse, precatusque prospe-
rum ac felicem in Siciliam transitum; statum deinde 9
insulae et Karthaginiensium conata exposuit: polli-
citusque est, quo animo priore bello populum Ro-
manum juvenis adjuvisset, eo senem adjuturum.
Frumentum vestimentaque sese legionibus consulis 10
sociisque navalibus gratis praebiturum. grande pe-
riculum Lilybaeo maritimisque civitatibus esse, et

berii praenomen habuisse, vidimus ad c. 6, 3.

Et fretum intranti rex Hiero classem ornatam obviam duxit] Vet. lib. *Ei fretum intranti.* SIG. Pall. tres *Ei fretum intranti.* GEBHARDUS. Eamdem lectionem exhibent Lovel. 4. Hafn. Hearnii D. et apud Crovier. Put. Cui id recipienti adsensus sum. Tum *rex Syracusanorum Hiero* Hafn. et Lovel. 3. Verum quum cap. proximo praecesserit *naves ab Hierone rege Syracusanorum missae*, hic mediam vocem ab interpretis glossa esse puto. Certe nulli alii codd. eam agnoscunt.

§. 9. *Quo animo priore bello populum Romanum juvenis adjuvisset, eo senem adjuturum*] *ut quo animo* Flor. Cant. Voss. Lovel. 1. 3. 4. Ber. Hav. et edd. Rom. anni 1472. ac Parm. Sed voculam illam oratio respuit. Tum *juvenis adjunxisset* Lovel. 1. errore librarii. Similiter commutari *adjutus* et *adjunctus*, vidimus ad 10, 14, 11.

§. 10. *Frumentum vestimentaque sese legionibus consulis*] *Frumenta vestimentaque* Harl. Lovel. 3. 4. 5. Ber. Gaertn. Hav. et edd. omnes usque ad Cl. Jac. Gronov. qui *Frumentum* substituit. Ei autem consentiunt reliqui scripti. Certe ex quibusdam, praesertim Flor. id aperte adnotatum video. Aliorum cum ed. Gronoviana conlatorum excerpta silent. Praeterea idem Gronov. primus *sese*, pro *se*, vulgavit, idque probatur fide Flor. Am. 2. et Cant. Eodem ducunt codd. qui *esse* praeferunt; quales sunt Flor. am. 1. Voss. Lovel. 1. 3. 4. 5. Harl. et Hav. Duas lectiones *esse se* in Gaertn. inveni. Saepius *este* et *sese* transpositione literarum confundi, videbimus ad 40, 26, 5. Praeterea *consuli* Lovel. 4. Sed ultima litera hausta est a prima vocis sequentis. V. ad 37, 29, 5.

Grande periculum Lilybaeorum maritimisque civitatibus esse] Meliores *Lilybaeo.* Illud ne quidem Latinum est. *Lilybaetanos* dicunt. J. FR. GRON. *Lilybaeo* etiam Flor. Cant. Lovel. 5. et Voss. a m. 2. Hearnius ex solo tantum N. *Lilybaeorum* profert: ut alii ejus codd. itidem *Lilybaeo* habuisse videantur.

Quibusdam volentibus novas res fore] Vet. lib. *et quibusdam.* SIG. Idem et de hac ultima di-

Digitized by Google

11 quibusdam volentibus novas res fore. Ob haec consuli nihil cunctandum visum, quin Lilybaeum classe peteret: et rex regiaque classis una profecti. navigantes inde, pugnatum ad Lilybaeum, fusasque et captas hostium naves, accepere.

1 LI. A Lilybaeo consul, Hierone cum classe regia dimisso, relictoque praetore ad tuendam Siciliae oram, ipse in insulam Melitam, quae a Karthagini-
2 ensibus tenebatur, trajecit. Advenienti Hamilcar, Gisgonis filius, praefectus praesidii, cum paullo minus duobus millibus militum, oppidumque cum

etiuncula dictum volo, non esse ab auctore. GRUT. Pal. pr. *et quibusdam.* sec. *a quibusdam volentibus.* GEBH. Iidem [meliores] *et quibusdam. Tò et* vulgo deest. J. FR. GRON. *et quibusdam* Flor. Cant. Voss. Lovel. 1. 3. 4. 5. Ber. Gaertn. Hav. et alii. Deinde *tò fore* perperam a Grutero deleri, eoque conrumpi elegantiam *τοῦ volentibus*, supra monuit Gronov. ad 21, 39, 4. Ita *volens* infra usurpatur 22, 27, 9. *Se numquam volentem parte, qua posset, rerum consilio gerendarum cessurum.* V. Schegk. ad Vell. Pat. 2, 62. et Cortium ad Sallust. Jug. 84, 3. *nolentibus* est in Gaertn. V. ad 39, 15, 11.

§. 11. *Ob hoc consuli nihil cunctandum visum*] Pal. tert. *Ob haec consuli.* GEBH. Ita et omnes mei, praeter solum forte Lovel. 3. Hearnius etiam *Ob hoc* ex uno tantum suorum D. memoravit. Insuper *Ob haec* etiam Aldus edi curavit: verum inter errata priorem lectionem revocavit. Gronovius tandem anno 1665. bona fide *Ob haec* recepit. In sequentibus *propugnatum*, pro *pugnatum*, Lovel. 4. et *fugatasque*, pro *fusasque*, Hav.

§. 1. *Ipse in insulam Melitam, quae a Karthaginiensibus tenebatur, trajecit*] *ipse in insulam Melitam* Hav. Sed praepositio elisa est a prima syllaba vocis sequentis. V. ad 34, 28, 3. *ad insulam Melitam* datum est in Lovel. 4. et 5. Praeterea pronomen *quae* exsulat a Lovel. 3. Distinguendum igitur foret *in insulam Melitam (a Karthaginiensibus tenebatur) trajecit.* Sed uni huic testi credere periculosum est. Paullo ante *ad tuendum Siciliae oram*, pro *tuendam*, Gaertn. V. ad 40, 49, 1.

§. 2. *Praefectus praesidii, cum paullo minus duobus millibus militum, oppidumque*] Duae priores voces desunt in Lovel. 4. Vox *minus* in Voss. et Lovel. 3. *cum paullo ante minus duobus millibus* legit Harl. *cum paullo minus duobus millibus militum* occurrit Gaertn. *cum paullo minus duo milibus militum* Flor. Deinde *oppidum cum insula* Hearnii N. a m. 2.

Captivique et a consule a prae-

Digitized by Google

insula traditur: inde post paucos dies reditum Lilybaeum, captivique et a consule et a praetore, praeter insignes nobilitate viros, sub corona venierunt. Postquam ab ea parte satis tutam Siciliam censebat 3
consul, ad insulas Vulcani (quia fama erat, stare ibi Punicam classem) trajecit. nec quisquam hostium circa eas insulas inventus. Jam forte transmiserant 4
ad vastandam Italiae oram: depopulatoque Vibonensi agro, urbem etiam terrebant. Repetenti Siciliam 5
consuli exscensio hostium in agrum Vibonensem facta nunciatur: literaeque ab senatu de transitu in

tore etc. *venierunt*] Immitte copulam ex Pall. tribus *et a consule et a praetore*. neque secus vetusta ed. GEBH. Vitium est operarum in prima Gruteri ed. commissum, sed ab ipso postea emendatum. Neque aliter erat in omnibus scriptis, nisi quod prius *et* exsulabat a Gaertn. V. ad 2, 4, 3. Tum *venerunt* Lovel. 1. 3. Voss. et Gaertn. V. ad 5, 2, 4.

§. 3. *Ab ea parte satis tutam Siciliam censebat*] *satis tutam Siciliam ex ea parte* Lov. 4. et 5. Tum *cernebat* Hearnii N. in margine. In sequentibus *ibi stare* trajectis vocibus Lovel. 4. 5. et Ber. *Tò ibi* non adparet in eodem Hearnii cod. a m. 1.

§. 4. *Depopulatoque Vibonensi agro*] *uiuoniensi* Put. Voss. Gud. sequentibus etiam duobus locis Gud. altero Flor. *uiuoniensem*. ut hoc malim propemodum, quemadmodum *Crotoniensis*. J. FR. GRON. *Viboniensi* est apud me in Gaertn. apud Hearnium vero in N. *Vivoniensi* in Harl. *Vinoniensi* in Lov, 3. *iunoniensi* in Lov. 4. *iuboniensi* in Lov. 5. Quae pleraque, licet conrupta, indicant tamen, librarios voluisse *Viboniensi*, non *Vibonensi*. V. ad 28, 26, 1. Paullo ante *transiverant*, pro *transmiserant*, Ber. V. supra ad c. 20, 9.

§. 5. *Excursio hostium in agrum Vibonensem facta nunciatur*] Liber MS. *exscensio hostium*. Germanum et familiare de egressu navium Livio verbum. LIPS. 2. Epist. Quaest. 20. Hanc ipsam vocem etiam nos olim Curtio Rufo nostro restituimus, ut patet ex nostris ad eum scriptorem notis; quas adire poterit, cui operae videbitur. MOD. Pal. pr. *excensio*, ut in suo quoque invenit Cl. Lipsius, quod vocabulum Livio restituendum et hic, et 22, 31, 2. et 27, 5, 8. ubi Pal. pr. exhibet *ascensionem*. Ibidem c. 29, 7. *Ad Clupeam urbem exscensione facta, agrum late, nullo ferme obvio armato, vastabat*. GEBH. *excessio hostium* Hearnii D. *extensio hostium* Lovel. 3. *hestensio hostium* Harl. *excenseo hostium* Flor. a m. 1. pro quo emendatur *excensio*. Sed *exscensio* fuisse videtur in Cant. Voss. et Lov. 1. quod idem

Digitized by Google

Italiam Hannibalis, et, ut primo quoque tempore
6 collegae ferret auxilium, missae traduntur. Multis simul anxius curis, exercitum, extemplo in naves inpositum, Ariminum supero mari misit: Sex. Pomponio legato cum viginti quinque longis navibus Vibonensem agrum maritimamque oram
7 Italiae tuendam adtribuit: M. Aemilio praetori quinquaginta navium classem explevit: ipse, compositis Siciliae rebus, decem navibus oram Italiae legens, Ariminum pervenit: inde cum exercitu suo profectus ad Trebiam flumen, collegae conjungitur.

vocabulum duobus locis a Gebhardo laudatis Lipsius antea restituit. V. etiam Gronov. ad 8, 17, 9. Eodem usus est Curtius 9, 4. *Exscensione facta ducenta et quinquaginta stadia processit.* ubi etiam admodum variatur, et Modius quaedam notavit. Praeterea *in agro Vivonense* Voss. et Lov. 1. *in agro Vibonensi* Ber. *in agrum uiuoniensem* Harlej. *in agrum uinoniensem* Lov. 3. *in agrum iunoniensem* Lov. 4. *in agrum Viboniensem* Lov. 5. et Gaertn. Vox autem *facta* exsulat ab Hav. et Ber. a m. 1.

§. 6. *Exercitum, extemplo in naves inpositum, Ariminum supero mari misit*] *extemplo* et *mari* exsulant ab Harl. Deinde *et Ariminum* legit Gaertn. Tum *mari supero* Flor.

Sex. Pomponio legato cum viginti quinque longis navibus] *Sex. Pompejo* Gaertner. V. ad Epit. Livii 7. Deinde *cum XXX longis navibus* Lov. 1. *cum triginta quinque longis navibus* Hav. Mox *Vibionensem agrum* Gaertner. *Vivoniensem agrum* Harl. Praeterea *maritimam oram Italiae* Lov. 1. *oram* non adparet in Ber. a m. 1. sed *maritimamque Italiae oram* datum est a m. 2.

§. 7. *Ipse, compositis Siciliae rebus, decem navium classe oram Italiae legens*] Pro *decem navium classe*, alibi *decem navibus* legitur. Caeterum cum dicit *oram Italiae legens*, non satis clare percipitur, utro mari, superone an infero, viam fecerit. At quia Ariminum venit, videtur supero iviisse, quo et exercitum miserat, ut ait Livius, cum contra Polybius [3, 68.] Sempronii exercitum quadraginta diebus a Lilybaeo Trebiam pedestri itinere veniisse dicit, non navibus. GLAR. Omnes, quas vidi, edd. antt. *decem navium classe:* pro quo deinde Aldus *decem navibus* vulgavit. Eum autem non tantum recentiores editores secuti sunt; verum nec aliter exstat in omnibus Mstis. Tum *is, compositis* Ber. qui etiam paullo ante *L. Cecilio*, pro *L. Aemilio*, dedit.

§. 1. *Quidquid Romanarum virium erat*] *Romanorum vi-*

Digitized by Google

LII. Jam ambo consules, et quidquid Romanarum virium erat, Hannibali obpositum, aut illis copiis defendi posse Romanum imperium, aut spem nullam aliam esse, satis declarabat. Tamen consul 1
alter, equestri proelio uno et vulnere suo minutus, 2
trahi rem malebat: recentis animi alter, eoque ferocior, nullam dilationem patiebatur. Quod inter 3
Trebiam Padumque agri est, Galli tum incolebant; in duorum praepotentium populorum certamine, per ambiguum favorem, haud dubie gratiam victoris spectantes. Id Romani, ne quid modo moverent, 4

rium Flor. Lovel. 3. Gaertn. et edd. Rom. anni 1472. ac Parm. *virium Romanorum* Lovel. 4. *virium Romanarum* Lovel. 5. Mox *posse defendi* alio ordine Lov. 4. et 5. Tum *spem nullam esse*, una voce omissa, Harlej. Denique *satis declarabatur* Lov. 3. Hafn. Hearnii N. in margine, et edd. Aldo antiquiores. *satis declarabant* Lov. 4. et 5.

§. 2. *Equestri proelio uno et vulnere suo minutus, trahi rem malebat*] Quid si legas *una*? SIG. Nequiquam Sigonius mutatum it *una* contra omnes codd. Infra c. 53, 2. *Eum, animo magis, quam corpore, aegrum, memoria vulneris aciem ac tela horrere*. GEBH. Sigonius conjicit *una*. Hoc si voluisset Livius, *simul*, non *una*, posuisset. Tamen suspectum *τό uno*. Illud *minutus* accepit a Graecis. Homerus *Ἰλ. Ο.* [492.]

Ἡ δ' ὅ τινὰς μινύθῃ τε, καὶ οὐκ ἐθέλῃσιν ἀμύνειν.

Apollonius 1, [285.]

Δμωῖς ὅπως μὲν ἔοῖσι λελείψομαι ἐν μεγάροισι
Σεῖο πόθῳ μινύθουσα δυσάμμορος.

Et 4, [1308.] *ἀμηχανίῃ μινύθοντας*. Lucianus *μειοῦσθαι* dicit de mercede cond. 1, 342. J. FR. GRON. Vocem *uno* vel vacare, vel vitium aliquod celare, judicat Cl. Crevier. *et vulnere suo ictus trahere rem malebat* Hearnii N. in margine. *et vulnere suo munitus* transpositis literis Lov. 5. V. ad 6, 27, 8. *et vulnere suo et minutus* Flor. pro quo *et vulnere suo eminutus* manus altera emendavit. Ex qua lectione, nisi vulgatum ex Graecis inlustrasset Gronovius, scribendum putassem *ēminutus*, sive *comminutus*. Mox *recens animi* Hafn. et Hav. pro *recentis*. Tum *delectionem*, pro *dilationem*, Lovel. 5.

§. 3. *Gratiam victoris spectantes*] *victos* Lovel. 1. *victori* Harl. ultima litera exclusa a prima vocis sequentis. V. ad 37, 29, 5. *victori*] Gaertn.

§. 4. *Ab Gallis adeitum se venisse ad liberandum eos, dictitans*] Scripti *liberandos*. J. FR. GRON. Ex scriptis meis *liberandum* soli servant Lovel. 3. 4. 5. Harl. Hafn. et Gaertn. ex Hearnii autem codd. ita legunt L. 1.

Digitized by Google

aequo satis, Poenus periniquo animo ferebat, al
Gallis adcitum se venisse ad liberandos eos, dicit
5 tans. Ob eam iram, simul ut praeda militem ale
ret, duo millia peditum et mille equites, Numida
plerosque, mixtos quosdam et Gallos, populari om
6 nem deinceps agrum usque ad Padi ripas jussit. Egre
tes ope Galli, quum ad id dubios servassent animos
coacti ab auctoribus injuriae ad vindices futuros de
clinant: legatisque ad consulem missis, auxilium Ro

D. et N. V. ad 40, 49, 1. Ceterum Gronov. jam etiam ita emendabat in pr. ed. not. ad 30, 37. Praeterea *ab Gallis*, pro *a Gallis*, primus recepit Cl. Jac. Gronov. consentientibus Flor. et Cant. *dicitans* legit Lov. 1. V. ad 8, 31, 3. Paullo ante *modo ne quid moverent*, alió ordine, Flor.

§. 5. *Duo millia peditum et mille equites, Numidas plerosque, mixtos quosdam et Gallos*] Polybius [3, 69.] ἐξαποστέλλει πεζοὺς μὲν δισχιλίους, ἱππεῖς δὲ Κελτοὺς καὶ Νομάδας εἰς χιλίους. SIG. *et mille equites Numidas, quosdam et Gallos* Lov. 1. Quae lectio indicat, mille Numidis equitibus quosdam adhuc alios extra hunc numerum ex equitibus Gallis junctos fuisse; quod adversatur Polybio, qui et Numidas et Gallos simul mille equitum numerum effecisse tradit: qui idem sensus est vulgatae hoc loco scripturae, in quam reliqui codd. consentiunt, nisi quod *etiam Gallos* sit in Harl. et Gaertn. Praeterea paullo ante *milites aleret* Lov. 4. In sequentibus *populari deinceps omnem agrum ad Padi ripas jussit* Gaertn. Tum *misit*, pro *jussit*, Lovel. 4. et 5. V. ad 9, 43, 2.

§. 6. *Legatisque ad consulem missis*] Ex sequentibus patet, ambos consules de auxilio Gallis ferendo consultasse; et fu autem cap. praec. utrumque cons sulem copias junxisse. Cur erg hic unius eorum tantum men fit? Codd. nihil mutant. Puto n men, olim per compendium scr ptum fuisse *legatisque ad cos missis*, quod perperam pote redditum est *consulem*, quum de beret *consules*. V. ad 10, 10, 3 Aliter huic difficultati obcurrere conatur Cl. Jac. Gronov. ad 24, 1. existimans, unius adpella tione ambos comprehendi. Vi deat lector, quid eligere mali.

§. 7. *Tum ob infida multa fo cinora, tum, ut alia vetustat obsolevissent*] Integra haec ser vat casca editio. At Pall. pr. e tert. *tum ob utilia vetustate ob solevissent*. (pr. *absolvissent*. sec. vero *tum quod utilia vetu stateque obsolvissent*. GEBH Similia monstra in plerisque me inveni. *tum ob Italia vetustat absolevissent* legit Cant. *tum o utilia vetustate absolvissent* Vo Harl. et Gaertn. *tum ob utili vetustate obsolvissent* Lovel. et 4. *tum quod utilia vetusta absolvissent* Lovel. 3. Hafn. Hav. *tum quod utilia vetustat obsolevissent* Ber. *tum cum u tilem vetustatem absolvissen* Reb. *tum utilia vetustate abso*

Digitized by Google

manorum terrae, ob nimiam cultorum fidem in Romanos laboranti, orant. Cornelio nec caussa, nec 7
tempus agendae rei placebat: suspectaque ei gens erat, quum ob infida multa facinora, tum, ut alia vetustate obsolevissent, ob recentem Bojorum perfidiam. Sempronius contra, continendis in fide so- 8
ciis maximum vinculum esse primos, qui eguissent ope, defensos, censebat. Tum, collega cunctante, 9
equitatum suum, mille peditum jaculatoribus ferme

levissent Flor. qui simul erroris fontem indicat. *utilia* simili errore datum est pro *ut alia*, quo *utilis*, pro *ut illis* 22, 50, 1. Nihil mutandum *ut* hic ponitur pro licet, quamvis. V. ad 22, 25, 2. Praeterea *cum ob infida* Flor. Lovel. 4. 5. et Ber. V. ad 6, 23, 3. Paullo ante *nec tempus, nec caussa* Ber. qui etiam copulam *que* omittit.

§. 8. *Primos, qui coïssent, ope defensos*] Pall. omnes *primosque, qui coïssent*. GEBH. Potius opprimendi, quam defendendi, sunt primi coetus facientium. Put. Voss. Andreas, et omnes aliae vett. edd. praeter Mogunt. *primosque, qui coïssent:* quemadmodum et advocat Salmasius de re mil. p. 172. Sed non hic sistendum. Scribe, *continendis in fide sociis maximum vinculum esse primos, qui eguissent ope, defensos*. Dixerat scilicet *Egentes ope Galli*. 4, [27, 7.] *Ubi praesenti ope res egebant*. 10, [18, 10.] *Illiberali et ingrato, si eguerat ope, dissimulantem*. J. FR. GRON. *primosque, qui coïssent* Flor. Lovel. 1. 4. Harl. Ber. Gaertn. Hav. Hearnii N. et edd. vett. usque ad Aldum; qui, quum similiter in contextu edidisset, in erratis deinde reposuit *primos, qui coïssent*. Insignis neglegentiae hoc loco reus reperitur Doujatius: qui, quum verba Livii ex emendatione Gronovii et in contextum recepisset, et adnotationi praemisisset, subjungit, ita habere primas edd. et optimos codd. sibique non improbari, quia non absurdam recipiunt interpretationem, quidquid velit Gronovius. Patet, eum adnotationi adponere voluisse lectionem, quae ante Gronovium recepta erat; ea enim in edd. et codd. quos memorat, superest. *qui coïssent* autem exponit, qui nobiscum coïssent, convenissent. Verum oportuerat, ut idoneis exemplis demonstrasset, *coïre* ita simpliciter poni pro ad alium convenire ejus opis implorandae caussa. (* Monuit Cel. Burmann. videndum, an vulgatum defendi possit ex illis, quae notat N. Heins. ad Ovid. 7. Her. 123.)

§. 9. *Tum, collega cunctante, equitatum suum, mille peditum, jaculatoribus ferme admixtis*] *Cum collegam cunctantem* Flor. Cant. et Lov. 1. *Cum collegam cunctantem videt* Ber. *Cum collegam cunctantem videret* Hafn. et Hav. *Cum collegam cunctantem Sempronio* Lov. 4. *Cum collegam cunctantem videret Sempronius* Hearnii N. At nihil mutandum. Praeterea *mille pe*

admixtis, ad defendendum Gallicum agrum trans
10 Trebiam mittit. Ii, sparsos et incompositos, ad hoc graves praeda plerosque, quum inopinatos invasissent, ingentem terrorem caedemque ac fugam

Hearnii N. in margine. Quod nec ipsum probum est. Non enim Sempronius, quum collega ejus equitatum suum cunctaretur, misit mille pedites, quibus ferme jaculatores admixti erant. Sed misit equitatum suum, cui mille jaculatores ex peditibus adjuncti erant. Id docet Polyb. 3, 69. Ἐξαπέστειλε τῶν μὲν ἱππέων τὸ πλεῖστον μέρος, πεζοὺς δὲ σὺν τούτοις ἀκοντιστὰς εἰς χιλίους. Hinc simul patet, minorem distinctionem, quam Heins. in ed. Elsevir. post vocem *peditum* recepit, et Gronovii ac Clericus servarunt, inducendam esse, quemadmodum recte Hearnius fecit. Cl. Crevier. conjecit *mille peditibus, jaculatoribus ferme, adm.*

§. 10. *Ii, sparsos et incompositos oneratosque praeda plerosque quum inopinantes invasissent*] In MS. *incompositos ad hoc caravis praeda.* Livii germana lectio erit *incompositos, ad hoc graves praeda.* Nam antiqui librarii *C* pro *G.* LIPS. 1. Ep. Quaest. 12. Bonus augur Lipsius esse poterat; nam expresse Pall. tres (nisi quod pr. cum tertio *caravis*) *mittit. Sparsos et incompositos, ad hoc gravis praeda plerosque, cum inopinatos invasisset.* ut in meo libro quoque correxi. Prisca autem editio adhaeret vulgatis. 27, 31, 2. *Palatos passim per agros gravesque praeda, ut qui nihil tale metuerent, adortus, Romanos compulit ad naves.* 28, 11, 13. *Cum agmen jam grave praeda esset.* GEBH. Auctor omnium, quos habemus, codicum *incompositos ad hoc caravis pr. pl. q. inopinatos.* Nec desunt, qui servarunt, recentiores. ex quibus recte Lipsius *gravis*, vel *graves;* quod quidem totidem literis fec. et unus Pal. 27, [31, 2.] *Palatos passim per agros gravesque praeda, ut qui nihil tale metuerent, adortus.* J. FR. GRON. *incompositos plerosque* medius omissis Ber. *incompositos causis praedae plerosque* Hav. *incompositos ad hoc cara vix praeda plerosque* Rec. *incompositos, ad hoc cara visa praeda* Lovel. 3. *incompositos, ad hoc cura vis praeda plerosque* Cant. *incompositos, ad hoc caravis praeda plerosque* Lovel. 1. et Gaerta. *incompositos haec cara vis praedae plerosque* Hearnii N. sed duobus punctis sub *ra.* positis, quibus literas illas delendas esse indicatur. *incompositos, ad hoc gravis praeda plerosque* Flor. Voss. Lovel. 4. 5. et Harl. cum Hearnii D. nisi quod duo postremi *ad haec* habuisse videantur. Voss. autem pro varia lectione inter versus ostentet *adhuc.* Ex his patet, plures et optimos codd. *ad hoc*, paucos *ad haec*, unum *adhuc* praeferre: quae saepissime alibi in MSis commutari solent. V. ad 2, 23, 4. c. 59, 11. 5, 16, 2. 6, 11, 6. c. 12, 6. c. 14, 11. c. 20, 8. 7, 12, 2. 8, 12, 4. 21, 54, 8. c. 55, 7. 26, 19, 5. 28, 14, 17. c. 35, 2. c. 44, 5. 29, 4, 6. c. 26, 8. (*32, 17, 15.) 36, 40, 12. 37, 23, 2. 39, 5, 16. Cur igitur Gronovius hoc loco *ad haec* recepit, eamque lectionem secuti viri docti servarunt? Ceterum illud *ad hoc* idem notat, atque insuper, prae-

Digitized by Google

usque ad castra stationesque hostium fecere: unde multitudine effusa pulsi, rursus subsidio suorum proelium restituere. Varia inde pugna sequen- 11
tes, quamquam ad extremum aequassent certa-

terea; et quidem, ut ex laudatis locis patebit, eo Livius utitur, nulla habita ratione aut generis aut numeri, quod praecessit. Recte etiam *gravis praeda*. Supra 3, 3, 7. *Gravem praeda, eoque inpeditiore agmine incedentem adgressus.* hoc lib. c. 5, 8. *Agmen grave praeda turbavere.* 22, 20, 6. *Jam praeda gravis ad Longunticam pervenit classis.* 38, 15, 14. *Praeda grave agmen trahens.* et c. 40, 4. *Grave praeda omnis generis agmen trahens.* et alibi. Literas autem *C* et *G* passim in Mstis confundi, dictum est supra ad 6, 25, 6. *inopinatos* denique, pro *inopinantes*, etiam omnes mei, praeter solum Hav. Ita alibi peccasse librarios, constat ex illis, quae viri docti, Cortius ad Sall. Catil. 44. et Oudend. ad Front. 3, 1, 2. notarunt. (* v. ad Liv. 34, 13, 3.) Est autem ex eodem genere erroris, quo *palantes* dederunt pro *palati*. V. ad 1, 11, 1. *concionantes* pro *concionati*. V. ad 4, 9, 7. *vociferans* pro *vociferatus*. V. ad 4, 1, 6. *conantes* pro *conati*. V. ad 5, 26, 7. *persequentes* pro *persecuti*. V. ad 7, 16, 6. et similia passim. Praeterea vocula *si* deficit in Flor. Cant. Voss. Lov. 1. 3. 4. 5. Harl. Ber. Gaertn. et Hav.

Ad castra stationesque hostium fecere] *ferme fecere* Harl. Verum Polybius inquit 3, 69. Τὴν ἀποχώρησιν ἐπὶ τὸν ἑαυτῶν ἐποιοῦντο χάρακα. ut particula illa opus non habeamus. Contra eamdem omisere cap. seq. [c. 84.] §. 1. ubi a Livio profecta esse videtur. Simili modo librarios particulam *prope* pro arbitrio suo vel addere, vel demere solitos fuisse, vidimus ad 6, 27, 11.

§. 11. *Varia inde pugna sequentes*] Haec longe clariora apud Polybium [3, 69.] leguntur. GLAR. Forte *Varia inde pugna cedentes sequentesque*. J. FR. GRON. Sane etiam Franc. Sanctium conjecisse intelligo *Varia inde pugna cedentes sequentesque*. Non queo tamen admittere, et me judice legendum est, deleta una litera, *Varia inde pugna sequente*. hoc est, quum sequens ac posterior pugna fuisset varia. Sic in Epitome 27. *Priore pugna Annibal superior fuit, Marcellus insequenti*. Sic *victoria insequens* Livio 28, 41, 10. *Prior quum major clariorque, tum caussa etiam insequentis fuerit.* JAC. GRON. Quamquam nihil melius foret, quam quod Cl. Jac. Gron. in mentem venit, pessimi tamen exempli esse videretur, id quod Clericus fecit, nihil monito lectore ejus conjecturam in contextum admittere. Cl. Crevier. J. Fr. Gronovii potius emendationem probat, quia Put. clare legit *sequentesque*. *Varia deinde pugna* Lov. 4. et 5. V. ad 36, 24, 10.

Quamquam ad extremum aequassent certamen] Pal. pr. *quaecumque*. reliqui duo et vetus ed. *quacumque*. GEBH. *quaecumque* Flor. et Lov. 4. *quacumque* Lov. 5. Harl. Rec. Gaertner. et edd. usque ad Aldum, qui in erratis *quamquam* emendavit. *quocumque* Lovel. 3. Ber. et Hav. *cumque ad extremum* Put. unde

Digitized by Google

men, major tamen hostium Romanis fama victoriae fuit.

1 LIII. Ceterum nemini omnium major justiorque, quam ipsi consuli, videri; gaudio efferri, *qua parte*
2 *copiarum alter consul victus foret, ea se vicisse. restitutos ac refectos militibus animos: nec quemquam esse, praeter collegam, qui dilatam dimicationem vellet: eum, animo magis, quam corpore, aegrum, memoria vulneris aciem ac tela horrere. Sed* non

hic majus vitium latere Crevier. suspicatur.

Major tamen hostium Romanis fama victoriae fuit] Ambigue dictum videri poterat, nisi, quae continue sequuntur, verba amphibolon tollerent. GLAR. Vide, an non legendum fuerit: *major tamen, quam hostibus.* T. FABER. Haec menda non carere, facile est animadvertere. Put. *Romanos.* Fortasse, *major tamen justiorque Romanae fama victoriae fuit.* Vel, *major tamen justiorque ad Romanos fama victoriam tulit.* Nam videtur voluisse ludere repetione scita τῶν *major justiorque.* Infra hoc lib. [c. 59, 9.] *Sed major Romanis, quam pro numero, jactura fuit.* Illustrant ista 5, [49, 6.] *Justiore altero deinde proelio vincuntur.* 9, [38, 8.] *Quum anceps caedes fuisset, adversae tamen rei fama in Romanos vertit.* 28, [41, 4.] *Aut victoria illa major clariorque, quam haec, futura est.* J. FR. GRON. Videtur *major tamen cum Romano fama victoriae fuit.* 23, 33, 4. *Posteaquam tertia jam pugna, tertia victoria cum Poenis erat.* JAC. GRON. Clericus, praefatus Livium brevitati studentem saepe paullo obscurius loqui, nihil mutandum putabat, sed hunc verborum ordinem constituebat: *fama victoriae major fuit Romanis* famâ victoriae *hostium.* At si Livius id dicere voluisset, potius scripturus fuisse videtur *major tamen Romanorum quam hostium fama victoriae fuit.* Cel. Burmann. vocem hic excidisse putans, suis ad me literis scribendum conjecit *major tamen hostium caedes Romanis fama victoriae fuit.* Et tale quid Livium voluisse, fidem facit Polyb. plures hostium, paucos Romanorum interfectos referens, 3, 69. Οἱ δὲ Ῥωμαῖοι ἀνέλυσαν, ὀλίγους μὲν αὐτῶν ἀποβαλόντες, πλείους δὲ τῶν Καρχηδονίων διεφθαρκότες. *Romanus* est in Hearnii L. 1. Tum *victoriae est* in Lovel. 4.

§. 2. *Restitutos ac refectos militum animos*] Scripti *militibus.* 25, [18, 3.] *Restituit tamen his animos, et illis minuit audaciam parva una res.* Adde ad 7, 7, 4. J. FR. GRON. Non tamen ita praeferunt omnes scripti, sed tantum optimi. Certe ex meis nulli, nisi Flor. et Cant. Reliqui omnes *militum*, nisi quod *refectos milites ac militum animos* sit in Gaertn. Infra 42, 67, 1. *Hic dies et Romanis refecit animos, et Perseâ perculit.* Ejus generis plura apud Livium

Digitized by Google

esse cum aegro senescendum. Quid enim ultra dif- 3
ferri aut teri tempus? Quem tertium consulem, quem
alium exercitum exepectari? Castra Karthaginien- 4
sium in Italia, ac prope in conspectu urbis esse, non
Siciliam ac Sardiniam victis ademtas, nec cis Ibe-
rum Hispaniam peti, sed solo patrio terraque, in
qua geniti forent, pelli Romanos. Quantum ingemi- 5
scant, inquit, *patres nostri, circa moenia Kartha-*
ginis bellare soliti, si videant nos, progeniem suam,

obcurrunt. Ita *augere, minuere animum alicui* 7, 33, 6. 36, 10, 9. 44, 35, 1. 45, 10, 7. *quo magis iram hosti acuat* 22, 4, 1. *hostibus cresceret animus* 28, 19, 16. ubi vide. *ferociores animos iis faceret* 28, 22, 3. *ad suam cuique culpam levandam facundus* c. 25, 14. *in perniciem adolescenti verterunt* 39, 48, 1. *movere iram alicui* 1, 36, 4. *fugientibus terga caesa* 2, 25, 4. *inclinatur Sabinis cornu* 3, 63, 1. *sinistrum cornu pelleretur Romanis* 40, 32, 5. *tollit animos audientibus* 7, 7, 3. *ampliare vires alicui* Epit. Liv. 120. Apud alios scriptores interdum etiam similia obcurrunt. Paullo ante §. praec. *fuerat*, pro *foret*, Lovel. 5.

Nec quemquam esse, praeter collegam, qui dilatam] *Tò esse* exsulat a Voss. et Lovel. 1. Legi posset, *nec quemquam, praeter collegam, dilatam dimicationem velle.* Sed, reliquis nihil mutantibus, receptum servo. Mox *magis animo* alio ordine Lovel. 4. et 5. quorum posterior etiam *aciem aut tela*, pro *ac tela.* V. ad §. seq. *memoriam vulneris*, pro *memoria*, Rec.

§. 3. *Quod enim ultra differri ac teri tempus*] Vet. lib. *aut teri.* SIG. Ita etiam plerique meorum. Passim hae particulae commutantur. V. ad 1, 13, 3. c. 18, 5, 2, 3, 1. 3, 6, 9. c. 9, 12. c. 11, 13. c. 16, 4. c. 42, 4. 4, 3, 7. 5, 54, 1. 6, 7, 6. c. 16, 2. c. 41, 4. 7, 34, 13. c. 35, 9. 10, 15, 5. 21, 4, 4. c. 5, 14. c. 33, 6. 22, 28, 13. 26, 39, 11. 34, 51, 5. Adde Bentlej. ad Horat. 1. Sat. 6, 68. et viros doctos ad Suet. Aug. 10. et ad Calig. 52. *teri corpus* habet Cant.

§. 4. *Nec cis Iberum Hispaniam peti, sed solo patrio*] *nec his Iberum Hispaniam* Flor. Voss. et Lovel. 1. ac 4. *nec eis Iberum Hispaniam* Lovel. 5. cum paucis edd. *nec cis Hispaniam* Hav. Tum *petisset. solo patrio* Flor. *peti, sed solo paterno* Hav. quomodo supra variatur hoc lib. c. 3, 2. Paullo ante *in aspectu urbis*, pro *in conspectu*, Hearnii N. altero in marginem rejecto.

§. 5. *Quantum ingemiscant, inquit, patres nostri, circa moenia Karthaginis bellare soliti*] *ingemescant* Flor. et Voss. eodem errore, quo *tremescere* etiam in optimis Virgilii codd. exaratum reperiri, monuit Pierius ad 3. Aen. 648. 5, 694. 11, 403. et 12, 916. quod recte rejiciendum adversus Pierium docuit Voss. 5. Gramm. 43. Hinc *Carthaginis circa moenia bellare*

Digitized by Google

duos consules consularesque exercitus, in media Italia paventes intra castra? Poenum, quod inter Alpes Apenninumque agri sit, suae ditionis feciesse?
6 Haec adsidens aegro collegae, haec in praetorio prope concionabundus agere. Stimulabat et tempus propinquum comitiorum, ne in novos consules bellum differretur, et occasio in se unum verten-
7 dae gloriae, dum aeger collega erat. Itaque, nequidquam dissentiente Cornelio, parari ad propinquum certamen milites jubet. Hannibal, quum, quid optimum foret hosti, cerneret, vix ullam spem habebat, temere atque inprovide quidquam consu-
8 les acturos. quum alterius ingenium, fama prius, deinde re cognitum, percitum ac ferox sciret esse, fero-

Gaertn. *circa moenia Carthaginis bellari* Lovel. 4. *circa moenia Carthaginis certare* Rec. In sequentibus *patientis*, pro *paventis*, Lovel. 3.

§. 6. *Haec adsidens aegro collegae*] *Haec adsidens ergo*, transpositis male literis, Lovel. 5. Mox *concionabundus agit*, pro *agere*, Hearnii D. Male. V. ad 1, 50, 5. Tum *propinquum* deest in Lovel. 1. Deinde *unum in se* alio ordine Ber.

§. 7. *Itaque, nequidquam dissentiente Cornelio*] *Ita dissentiente* Hearnii N. a m. 2. Innumeris locis *itaque* et *ita* in Mstis commutantur; quae si omnia coacervare vellem, nimius forem. V. exempli caussa ad 1, 10, 3. c. 26, 12. 2, 7, 1. c. 10, 4. c. 11, 10. c. 31, 11. c. 33, 2. c. 35, 7. c. 45, 13. c. 47, 10. etc. Adde Nann. ac Gruter. ad Cic. 3. in Verr. 1. et Oudend. ad Front. 1, 3, 5. Tum *nequiquam* Flor. a m. 2. et Gaertner. V. ad 40, 47, 9. Mox *temere ac inprovide* Lovel. 4. Male. V. ad 10, 36, 17. *temere ac avide atque improvide* Hearnii L. 1.

§. 8. *Sed quum alterius ingenium*] Recidunt Pall. tres τὸ *sed*. Tert. autem *cum vero alterius*. GEBH. Deest omnibus τὸ *sed*, et quidem elegantius aliquanto. J. FR. GRON. Deest etiam ab omnibus meis et Hearnii codd. Saepe eam vocem Livio a librariis additam fuisse, vidimus ad 6, 32, 8. *quum vero alterius* unus Harl.

Deinde recognitum percitum ac ferox sciret esse] Lege *re cognitum*. SIG. Pal. sec. *deinde re cognitum, percitum alterius ac ferox sciret esse*. GEBH. Recte divisis vocibus *re cognitum* Sigonius. Simili fere menda Horatium liberat Cel. Bentlej. *res sponsore*, pro *responsore*, sub.

Digitized by Google

ferociusque factum prospero cum praedatoribus suis certamine crederet; adesse gerendae rei fortunam haud diffidebat. cujus ne quod praetermitteret tempus, sollicitus intentusque erat, dum tiro hostium esset miles, dum meliorem ex ducibus inutilem vulnus faceret, dum Gallorum animi vigerent: quorum ingentem multitudinem sciebat segnius 10 secuturam, quanto longius ab domo traherentur. Quum ob haec taliaque speraret propinquum certamen, et facere, si cessaretur, cuperet; speculatoresque Galli, ad ea exploranda, quae vellet, tutiores, quia in utrisque castris militabant, paratos pugnae esse Romanos retulissent; locum insidiis circumspectare Poenus coepit.

LIV. Erat in medio rivus, praealtis utrimque

Rituens 1. Epist. 16, 43. V. ad 4, 55, 5. Tum *fama percitum* Hearnii L. 1.

Ferociusque factum ex prospero cum praedatoribus suis certamine] Ejiciunt τὸ *ex* tres Pall. GEBH. Iidem omnes *factum prospero*. non *ex prospero*. J. FR. GRON. Praepositio *ex* non comparet etiam in ullo meo vel Hearnii cod. Insuper tamen *ferociusque esse factum* Gaertn. Mox *rei gerendae fortunam* Lovel. 4. 5. et Ber.

§. 9. *Sollicitusque et intentus erat*] Put. *sollicitus intentusque*. J. FR. GRON. Ita et Flor. et Cant. Sed *sollicitusque intentusque* Voss. Reliqui vulgatum servant. Mox *dum tiro hostium miles esset*, trajectis vocibus, Flor.

§. 10. *Quanto longius ab domo traheretur*] Pall. tres *traherentur*. GEBH. Put. tres Pall. Voss. *traherentur*. Galli scilicet. J. FR. GRON. *traherentur* etiam omnes mei, nisi quod *traherent* habeat Hav. V. ad 10, 10, 1. *traherentur* itidem Hearnii Oxon. et primae edd. *traheretur* primum obcurrit in ed. Sigonii, sed forte operarum erroro: in scholiis enim nihil monet. Et tamen reliqui usque ad Gronovium id servarunt. Neque opus est, ut ad τὸ *traherentur* intelligamus cum Gronovio Galli. Praecessit enim *multitudo*. quam vocem ad exemplum conlectivorum adsciscere verbum plurale, vidimus ad 6, 19, 7.

§. 11. *Quum ob haec taliaque speraret propinquum certamen, et facere*] *ad haec taliaque* Harl. obvio errore. V. ad 37, 27, 5. *ob hoc taliaque* Gaertn. V. ad 22, 47, 9. Tum *etiam facere* Lovel. 1. Paullo post *quae vellent* Flor. Voss. Lovel. 4. Ber. et Hav. quod

Digitized by Google

clausus ripis, et circa obsitus palustribus herbis et, quibus inculta ferme vestiuntur, virgultis vepribusque. quem ubi ad equites quoque tegendos satis latebrosum locum circumvectus ipse oculis perlu-

sibi quoque in Mstis repertum esse, Gronov. in pr. ed. notatum monuit. Sed nihil mutandum. *quae vellet* nempe Hannibal explorari. Praeterea *in utriusque castris*, pro *utrisque*, Ber. Denique *paratosque esse pugnae Romanos* Lovel. 4. *paratosque pugnae esse Romanos* Gaertn. *paratos pugnae Romanos esse* Ber.

§. 1. *Erat in medio rivus, praealtis utrimque clausus ripis*] Pal. pr. *rivus peraltus*. Reliqui duo *peraltis utrimque clausus ripis*. GEBH. *rivus utrimque peraltis* primae edd. sollemni errore. Ita peccabatur olim supra hoc lib. c. 36, 5. Solent autem *prae* et *per* in Mstis commutari. V. ad 9, 10, 7. *rivus perlatis utrimque*, literis insuper perperam transpositis, Hearnii L. 1. V. ad 5, 37, 7. *rivus peraltus utrimque* Lovel. 3. Ber. Gaertn. Hav. et Hearnii N. *rivus praealtis utrimque* Flor. Cant. et Lovel. 1. ac 4. Recte *praealtis* Moguntini restituerunt. Ita *praealta fluminis ripa* infra 44, 39, 8.

Obsitus palustribus herbis, et, quibus inculta ferme vestiuntur, virgultis] *oppositus palustribus herbis* Lovel. 3. *obsitis palustribus herbis* Harl. Male. V. ad 1, 24, 7. *ferme* autem exsulat a Lovel. 4. quae tamen vox hic emphasin habet, et idem ac plerumque vel semper notat. Quomodo ejus synonymum *fere* exponit Cel. Burm. ad Phaedri 1, 13, 2. Solent autem librarii hanc similesque particulas pro arbitrio interponere, vel demere. V. ad cap. praec. (52.) §. 10.

Ad equites quoque tegendos satis latebrosum locum] Vae illis, qui genuinam lectionem comparentem in Pall. pr. et sec. expunxerunt hac plebeja substituta; *quem ibi equiti quoque tegendo satis latebrosum*. Alludit quoque tert. *quem ubi equites quoque tegendo latebrosum*. Lectio, quam edidi, auctoritate optimorum codicum locupletissime stabilitur. GEBH. Quis non putet a correctoribus esse, si comparetur cum lectione non spernendorum MSS. *ubi equiti quoque tegendo satis latebrosum*. Put. tamen, et quos alios in Gallia contuli, nisi male oculis usus sum, vulgatum servant: eoque nihil ausim mutare. Nihilominus puto verum esse, quod et Muretus e suis profert, *equiti quoque tegendo*. Nam in Voss. et a m. 1. Gud. unoque Pal. *ubi equites quoque tegendo satis* exstat: in Flor. *ubi equites quoque tegendos*. Et idem puto in Put. esse, etsi notare praetermiserim. J. FR. GRON. Quemadmodum Gronov. in Put. esse conjecerat, in eo legi mihi affirmavit Cl. Sallicrius. neque aliter Hearnii N. At ex Flor. excerptis didici, lectionem, quam ex illo laudat Gronov. interpolatam, et a manu admodum recenti ultimam literam voci *tegendos* adscriptam esse, quum olim exaratum fuisset *equites quoque tegendo satis latebrosum*. quomodo praeferunt etiam Cant. Lovel. 1. 4. 5. Harl. Hav. et Hearnii L. 1. Et ita dare voluisse existimo librarium Gaertn. qui tamen aberrans pinxit *regendo*, solito scribarum lapsu. V. ad 37, 11, 3. De-

Digitized by Google

stravit: *Hic erit locus*, Magoni fratri ait, *quem teneas. Delige centenos viros ex omni pedite atque* 2
equite; cum quibus ad me vigilia prima venias. Nunc corpora curare tempus est. Ita praetorium mis- 3

nique *equiti quoque tegendo satis latebrosum* Lovel. 3.

§. 2. *Cum viribus ad me vigilia prima venias. Nunc corpora curare tempus est*] Ego *viribus* reor mutari debere in *quibus*. VALLA. Illud *viribus* superest in Flor. Cant. Lovel. 1. 3. et Voss. a m. 1. in quo pro varia lectione *quibus* adscriptum erat. *cum quorum viribus ad me* legit Lovel. 4. qui etiam praefert *corpora parare*. Male. Sollemnis enim et Livio frequenter usurpata locutio est *corpora curare* de militibus cibum sumentibus. V. 3, 60, 7. 25, 23, 15. et 38, 22. 31, 39, 1. 36, 18, 1. *Cibo curare* dixit Liv. 9, 37, 7. (* *vino et cibo curare* 34, 16, 5.) *Corpora cibo somnoque curare* 3, 2, 10. *Curare* autem verbum mensae atque convivii esse, notavit Broekhus. ad Tibull. 1, 5, 33. Paullo ante *equite atque pedite* alio ordine Lovel. 5. *equite ac pedite* edd. usque ad Aldum, qui in contextu mendose *equite pedite atque*, in erratis deinde *pedite atque equite* edidit. V. ad 34, 26, 2. et mox §. 5.

§. 3. *Ita praeconium missum*] Puto hanc continere sententiam; praeconem missum esse, qui juberet omnes corpora curare. TURNEB. 27. Advers. 11. Ego vero non admitto in Romana aut Punica militia *praecones*, etsi Graecos habuisse probe scio: magisque accedo veteribus libris, in quibus constanter repperi *praetorium missum*. et quis non probet? Latinis enim *Praetorium* non pro loco solum dicitur, sed pro conventu et hominibus, qui in eo loco. Hoc sensu *praetorium dimittere* dicunt, quasi *curiam mittere*, aut *senatum*. Livius 30, [5, 2.] *Tribunis edicit, ut ubi praetorio dimisso signa concinuissent*. Idem iterum 37, [5, 2.] *Priusquam praetorium dimitteret, denunciavit*. Iterumque [26, 15, 6.] *Fulvius dimittens praetorium tribunis militum imperat*. Quae missio semper ad horam et statutum tempus facta, scilicet vespere et luce abeunte, cum vigiliae mox constituendae essent, et quisque ad corpora aut munia sua curanda abiret. Ideo mandata, si qua in noctem aut primam lucem imperator vellet, tunc dabat, ne quies turbaretur castrorum. Simile est alterum illud e militia *mittere principia*. In Frontino leges 4, 1. *Perstare in principiis, donec ea mitterentur, praecepit*. LIPS. 5. de Milit. Rom. 2. Scripti, ut quisque antiquior, *Ita praetorium missum*. de quo monere praecepit Lipsius 5. de Mil. Rom. 2. *Mitti praetorium* dicebatur, cum legati, tribuni, centuriones, praefecti, et si qui alii circa imperatorem esse consilii communicandi, aut imperiorum, tesserarumque excipiendarum ergo solerent, suprema tempestate plerumque, ad corpora curanda, aut si quae restabant, munia administranda discedebant. Ut et *mitti principia*, cum frequentia, quae ibi esse soleret, diffluereret. Hic dicit eo sensu, quo 35, [19, 7.] quamquam in alia re: *Ex consilio ita discessum est, ut bellum gereretur*. Tale Caesaris 1. Civil. (5.) *Illud extremum atque ulti-*

Digitized by Google

sum. mox cum delectis Mago aderat. *Robora virorum cerno*, inquit Hannibal. *sed, ut et numero etiam, non animis modo, valeatis, singulis vobis novenos ex turmis manipulisque vestri similes eligite: Mago locum monstrabit, quem insideatis. Hostem*
4 *caecum ad has belli artes habebitis.* Ita mille equitibus Magoni, mille peditibus dimissis, Hannibal prima luce Numidas equites, transgressos Trebiam flumen, obequitare jubet hostium portis, jaculando-

mum senatusconsultum, quo nisi in ipso urbis incendio atque desperatione omnium salutis numquam ante discessum est. Habet vernacula lingua simile, cum *Reichsabscheide*, discessus imperii, vocat, quae in conventibus principum placuerunt: et in privatis quoque negotiis eadem voce, quae *discessum* significat, pronunciantur, quae convenerunt. J. FR. GRON. Lipsius 5. de Mil. Rom. Dial. 5. haec ab Annibale, ab illo loco perlustrando scilicet in castra reverso, in tabernaculo dicta existimavit. At Perizonius Diss. 2. de Praetorio p. 120. et 480. quia hic nulla mentio tabernaculi praetorii est, *praetorium* pro stipatoribus et comitibus, quos Annibal, hunc locum perlustrans, secum habebat, poni putat. Verior sine dubio est sententia Lipsii, in qua etiam Schelium fuisse liquet ex principio illius notarum ad Polybium de Castris. Nam quis credat, Annibalem inspecto loco omnes a se dimittere, et solum sine ullo comitatu in castra reverti voluisse? Nusquam apud Livium imperator alibi, quam in castris, *praetorium misisse* dicitur. V. 26, 15. 30, 5. 37, 5. nec ulla probabilis ratio est, cur id hic aliter interpretari debeamus. Sed et verba Annibalis, *nunc corpora curam tempus est*, indicant, haec nec alibi, quam in castris et praetorio, dicta fuisse. DUK. *praetorium missum* etiam omnes mss. Hearnii Oxon. et Latinii Brancai praeferunt. Lipsii hanc emendationem probat etiam Schelius ad Polyb. de Castris in princ. et simul eumdem refellit, quum rationem rejectae vulgatae lectionis hanc reddit, quia praeconsum in militia Romana non admittebat, quos in ea adhibitos fuisse docet. *Ut praetorium missum* est in Cant.

Ut et numero etiam, non animis modo, valeatis] *ut e numero etiam* Flor. *ut numero etiam* Ber. *ut et numero, et non animis modo* Lovel. 4. et Gaerta. Mox *e turmis* Lovel. 4. et 5.

Hostem caecum ad has belli artes habebitis] Pall. duo *habetis*. GEBH. Pariter Flor. Cant. Hearnii N. a m. 2. et primae edd. pro quo Aldus demum *habebitis* substituit. *habetis* etiam in Put. esse, monuit Crevier. Tota ea vox deerat in Lovel. 4. pronomen *has* in Harl. *ad has artes belli* legit Lovel. 4.

§. 4. *Ita mille equitibus Magoni, mille peditibus dimissis*]

Digitized by Google

que in stationes elicere ad pugnam hostem: injecto deinde certamine, cedendo sensim citra flumen pertrahere. Haec mandata Numidis. ceteris ducibus 5 peditum equitumque praeceptum, ut prandere omnes juberent: armatos deinde, instratisque equis, signum exspectare. Sempronius, ad tumultum Nu- 6 midarum primum omnem equitatum, ferox ea parte virium, deinde sex millia peditum, postremo omnes copias ad destinatum jam ante consilio, avidus

Non scio, quid sit; et dubito, an usquam alibi ea significatione, quam hic locus postulat, pro *cum Magone missis*, vel *Magoni traditis*, inveniatur. DUK. Displicuit etiam Ant. Perizonio, qui ad marginem Livii legendum conjecit *mille equitibus cum Magone*. — Vir. Ampl. J. Alex. Roëllius legendum conjicit *commissis* vel *permissis*. — Ceterum codd. nihil mutant, nisi quod *et mille peditibus* sit in Lovel. 4.

Hannibal prima luce] Polybius [3, 71.] ἅμα τῷ φωτί. SIG.

Jaculandoque in stationes elicere ad pugnam hostem: injecto deinde certamine] *jaculandoque stationes elicere ad pugnam: hostem injecto deinde certamine* Flor. Cant. Voss. Lovel. 1. 3. 4. 5. Harl. et Gaertn. nisi quod Lovel. 3. et Harl. insuper legant *jaculandoque statione*, et solus Lovel. 3. *inito deinde certamine*. Praeterea *hostes* Hearnii N. Mox c^a *flumen pertrahere* Ber. *circa flumen pertrahere* Flor. Voss. Lovel. 3. 4. Harl. Hav. et quaedam ex primis edd. V. supra hoc lib. ad c. 48, 6. *citra flumen protrahere* Lovel. 5. Sed, *per* et *pro* in compositis commutari, dictum est supra ad 9, 10, 7.

§. 5. *Ducibus peditum equitumque praeceptum, ut prehendere omnes juberent*] Cur in codice regio non emendastis *prandere*, pro *prehendere*? VALLA. Polybius [3, 71.] πάσιν ἀριστοποιεῖσθαι παρήγγειλε. SIG. *ducibus equitum peditum* Harl. *ducibus equitum peditumque* Lov. 4. et 5. V. supra hoc cap. §. 2. Mox *armatosque deinde*, addita copula, Lovel. 5. *armatos dein* Hearnii N. V. ad 3, 3, 6. Deinde *instratis equis*, sine copula, Hav. *instructisque equis*, Lovel. 3. et Rec. V. ad hujus lib. c. 27, 9. *instratique equis* Lovel. 5. *stratisque equis* Gaertn. Verum quum praecedat particula *deinde*, eaque per compendium *dein* scribi soleat, ultimam ejus syllabam elisisse primam hujus vocis puto.

§. 6. *Ferox ex parte virium*] Pall. tres *ferox ea parte virium*. Recte. Supra c. 53, 1. *Gaudio efferri; qua parte copiarum alter consul victus foret, ea se vicisse* et cap. eodem. *Ferociusque factum* (ingenium Sempronii) *ex prospero cum praedatoribus suis certamine crederet*. GEBH. *ex parte* operarum errore non alibi legitur, quam in prima Grateri ed. quod sequens emendavit.

Postremo omnes copias ad destinatum jam ante consilio, a-

Digitized by Google

7 certaminis, eduxit. Erat forte brumae tempus et nivalis dies in locis Alpibus Apenninoque interjectis, propinquitate etiam fluminum ac paludium praege-
8 lidis. ad hoc raptim eductis hominibus atque equis, non capto ante cibo, non ope ulla ad arcendum

vidus certaminis, eduxit] Vos *consilio* mutatis in *consilium*, quasi ad consilium, non ad locum consilio destinatum ierit: cum sic dicatur substantive *destinatum*, ut *propinquum*. quale fuit illud superius [c. 46, 3.] *Exque propinquo speculandas copias*. VALLA. Bene vetus ed. *ad destinatum locum jam ante consilio*. Nam vitiose Pall. tres *ad destinatum jam ante consilium*. Neque interim male Valla, qui absolute emendabat *ad destinatum jam ante consilio*. GEBH. Relegant omnes scripti τὸ *locum*: ut et Vallae codex, qui censet *ad destinatum* dici, ut ante *ex propinquo*. Forsan recte: sic *ad constitutum*, *ad condictum*. 38, [26, 7.] *Ab destinatum petentibus*. Vide tamen, an fuerit *ad destinatum jam ante consilio avidus certamen eduxit*. J. FR. GRON. In nullo etiam meorum codd. τὸ *locum* inveni, nisi in uno Ber. a m. 2. verum ibi transponitur *ad destinatum jam ante locum consilio*. a m. 1. idem cod. cum Hav. legebat *ad destinatum jam ante consilium*. Brancal. Latinii etiam *consilium*, pro *consilio*, praefert. Neque dictio *locum* in Hearnii Oxon. adparet. Nescio itaque, unde Doct. Arentzenius hauserit, *locum* interponere scriptos, ad Epitom. Aur. Vict. c. 47, 4. Ob haec vocem *locum* expunxi; quae etiam admitti nequit, quia Sempronius de loco pugnae nihil statuere potuit, utpote artibus Hannibalis in eum protractus. Vide, num ad τὸ *destinatum* cum Cl. J. Alex. Roëllio ex seqq. intelligi possit *certamen*. Insuper *postremo omnes alias copias*, una voce auctior, Hearnii N.

§. 7. *Erat forte brumae tempus et nivalis dies*] Polybius [3, 72.] ὄνοσης δὲ τῆς ὥρας περὶ χειμερινὰς τροπὰς καὶ τῆς ἡμέρας νιφετώδους καὶ ψυχράς. SIG. Florus inquit 2, 6, 12. *Frigidum et nivalem nacti diem*.

Propinquitate etiam fluminum ac paludum praegelidis] Genitivus antiquus residet in Pall. pr. ac tert. *fluminum ac paludium*. GEBH. Ita et Flor. quod ex Oxon. cod. in Caes. laudatur 4. Gall. 38. Utrumque antiquis in usu fuisse, observat Voss. 4. Gramm. 14. Deinde *pergelidis* Ber. in quo linea capiti prioris literae adposita a m. 2. deletur: quum potius convenisset, ut literae secunda ac tertia expungerentur, atque ita *praegelidis* superesset. Id enim verum est, et in optimis aliisque omnibus codd. restat. Ita contra *praefervidus* supra est 9, 18, 5. Et alibi etiam saepe Livius compositis cum praepositione *prae* intensiva delectatur.

§. 8. *Ad hoc raptim eductis hominibus atque equis*] Ita edidit primus Gronovius, in pr. ed. notarum testatus, ita praeferre omnes veteres: cui ex meis adsentiuntur tantum non omnes codd. Antea vulgabatur *ad haec*, quod soli servant Lovel. 3. 4. Ber.

Digitized by Google

frigus adhibita, nihil caloris inerat: et quidquid aurae fluminis adpropinquabant, adflabat acrior frigoris vis. Ut vero refugientes Numidas insequentes 9 aquam ingressi sunt, (et erat pectoribus tenus aucta nocturno imbri) tum utique egressis rigere om-

Gaertn. et Hav. ex Oxon. Hearnii N. et D. V. ad c. 53, 10.

Et quidquid aurae fluminis adpropinquabat] Videtur et hoc obscure dictum, quamquam sensus utcunque percipitur. GLAR. Liber optimus *adpropinquabant*. Recte omnino: et est genus loquendi, quale 7, [32, 6.] *Quicquid ab urbe longius proferrent arma, magis magisque in imbelles gentes eos prodire.* J. FR. GRON. Similiter etiam Flor. Caut. Voss. et Lovel. 1. Supra 8, 39, 5. *Quidquid progrediebantur, magis magisque turbatos hostes cernebant.* ubi v. quae notantur.

§. 9. *Pectoribus tenus aucta nocturno imbri, tum utique egressis rigere*] ἕως τῶν μασῶν Polybius [3, 72.] SIG. *tum undique egressis* Hav. et Hearnii N. in margine. V. infra ad 40, 19, 7. (* 30, 36, 3.)

Vix armorum tenendorum potentia esset, et similitudine; et procedente jam die] Credo sic legendum *potentia essent, et lassitudine*, vel *et simul procedente*. VALLA. Pall. tres *potentia esset*. Nam hujus verbi multitudinis numerus hic a Valla invectus est. Sec. autem Pal. *potentia esset ex lassitudine; et procedente jam die*. GEBH. Ab ingenio Vallae lectio, cum prius haberetur *potentia esset, et similitudine procedente*. nec differunt Put. et melioris notae libri. Dederat et aliam conjecturam Laurentius: *potentia essent et lassitudine*. A quo parum discedunt Regius: *et si lassitudine*: et Pal. unus: *ex lassitudine*. Itaque olim ipse conjeceram, ut schedis meis demonstrare possum: *simul lassitudine, et procedente*: quod postea se malle submonuit Alb. Rubenius. Sed illa *lassitudo* hic tota correctorum est, non scripturae veteris. Polybius, quem Livius hic quoque vertit, [3, 72.] μόλις ἕως τῶν μασῶν οἱ πεζοὶ βαπτιζόμενοι διέβαινον· ἐξ ὧν ἐκακοπάθει τὸ στρατόπεδον ὑπό τε τοῦ ψύχους καὶ τῆς ἐνδείας, ὡς ἂν ἤδη τῆς ἡμέρας προβαινούσης. Quamvis famis meminit noster, tamen aliquid latet in τῷ *similitudine*, quod reddere voluit τὸ τῆς ἐνδείας, et explicandum videtur hoc modo: *simul jejuni*. Scriberem igitur: *tum utique egressis rigere omnibus corpora, ut vix armorum tenendorum potentia essent, simul jejuni, procedente jam die, fame etiam deficere*. Infra [cap. seq.] *Contra jejuna fessaque corpora Romanis et rigentia gelu torpebant.* c. 8, [15, 2.] *Et procedente jam die, vires etiam deficere Asdrubalis exercitum coeperant, oppressos matutino tumultu, coactosque, priusquam cibo corpora firmarent, raptim in aciem exire.* De proelio eodem Frontinus Strateg. 2, 5, 23. *Hos consul et adortus temere, et secutus, jejunum exercitum in maximo frigore transitu fluminis rigefecit.* Ita enim MS. non *rigere fecit*. Est autem elegans *rigefacere*, ut *adsuefacere*.

Digitized by Google

nibus corpora, ut vix armorum tenendorum potentia essent, et simul lassitudine procedente jam die, fame etiam deficere.

LV. Hannibalis interim miles, ignibus ante tentoria factis, oleoque per manipulos, ut mollirent artus, misso, et cibo per otium capto, ubi transgre-

J. FR. GRON. *potentia essent* recte in contextum admissum est: id enim servant Flor. Cant. Voss. Lovel. 1. et Hearnii D. Deinde *et similitudinem deficere* reliquis omissis Lovel. 1. *et similitudine et procedente jam die* Florent. Cant. Voss. et Hearnii D. *et similitudine procedente jam die* ejusdem Hearnii L. 1. *et simul lassitudine et procedente jam die* Voss. in marg. et Lovel. 3. *et simul lassitudine procedente jam die* Bev. Hafn. et Hav. *et simul procedente jam die* Hearnii N. *simul procedente jam die* Gaertn. *et lassitudine et procedente jam die* Lovel. 4. et Harl. *et procedente jam die* Lovel. 5. Gronov. in pr. ed. notarum aliam adhuc conjecturam proposuit; scribendum nempe, *tum utique egressis rigere omnibus corpora, ut vix armorum tenendorum potentes essent, simul jejuni, procedente jam die fame etiam deficere.* In ejus conjecturis id minus rectum videtur, quod voculae *et*, quae in plerisque, certe in optimis codd. post *potentia essent* exstat, nullam rationem habuerit; quasi nempe *rigere, et simul deficere* non satis bene diveretur. Id insuper probare nequeo, quod conjecturam suam, nullius codicis testimonio probatam, in contextum recoperit. Ejus loco itaque restitui, quod in tribus codd. supra memoratis reperi. Si quis potius *et procedente jam die*, quod alii praeferunt, malit, per me licebit. Ego tamen aliam praestare puto, ut *procedente jam die* et ad *lassitudinem* et ad *famem* referatur. Non equidem lectionem illam veram esse contendere audeo; videtur tamen verisimilis esse, quae ferri possit, donec certiora aliunde appareant. Quamvis enim Polybium quem Livius hic interpretatur, lassitudinis non meminerit: et tamen aeque hic ferri potest, ut cap. seq. loco, quem ipse Gronov. laudavit: ubi *jejuna simque corpora Romanis et rigentia gelu* tribuuntur.

§. 1. *Oleoque per manipulos, ut mollirent artus, misso*) Duo vocabula *ut mollirent* absunt Pal. sec. At tert. *ut mollirentur artus.* GEBH. *oleoque, ut mollirent artus, per manipulos misso* Lovel. 4. et 5. Dein *transgressos flumen nunciatum est hostes* edebatur ante Gronov. qui, consentientibus Flor. et Cant. ordinem vocabulorum *transposuit.* Reliqui codd. stant a prioribus edd. nisi quod *transgressum flumen nunciatum est hostem* praeferat Gaertn. Praeterea atque *in aciem prodit*, pro *procedit*, Hav. quod ex interpretis glossa natum est. V. alia exempla supra ad 1, 41, 6. et 9, 27, 7. *in aciemque procedit* edd. ant.

§. 2. *Baleares locat ante signa, levem armaturam*] In Polybio (3, 72.) legitur cum conjunctione *ac levem armaturam*, ut

Digitized by Google

os flumen hostes nunciatum est, alacer animis corporibusque arma capit, atque in aciem procedit. Baliares locat ante signa, levem armaturam, octo a ferme millia hominum; dein graviorem armis peditem, quod virium, quod roboris erat: in cornibus circumfudit decem millia equitum; et ab cornibus

non intelligamus Baleares dici levem armaturam, sed alios. Tum haec, quae sequuntur, verba *deinde graviorem armis peditem*, eodem authore ad *circumfundit* verbum referenda putamus, quorum viginti millia inter Hispanos atque Afros mixtis Gallis fuisse scribit. Nec sequentia obstant, quippe equites et elephanti in cornibus divisi fuere, eodem authore; si modo Perottus Graeca recte extulit. Haec ideo admonitione digna duximus, quod non est verisimile, tam negligenter Livium haec traduxisse. GLAR. Vet. lib. *levemque armaturam*. Sic 22, [4, 3.] *Baleares ceteramque levem armaturam post montes circumducit*. Et Polyb. [3, 72.] τοὺς λογχοφόρους καὶ Βαλεαρεῖς, ὄντας εἰς ὀκτακισχιλίους. SIG. Vulgatam lectionem, *Baleares locat ante signa, levem armaturam*, tuentur omnes libri, a nulloque, quos vidi, adjuvatur correctio Sigonii *levemque armaturam*. GEBH. Sigonio unus tantum meorum Hav. consentit. Utrum malis, res eodem redibit. Si *Baliares levemque armaturam*, eodem modo dictum erit, quo *Virginius et tribuni*, de quo v. ad 3, 25, 4. vel τὸ *que* hic accipi debet pro particula exegetica, quasi diceret, Baliares, qui erant levis armatura. V. ad 6, 16, 8. Baliares enim levis armaturae fuisse, postea hoc cap. indicatur. *Proelium a Baliaribus ortum est; quibus quum majore robore legiones obsisterent, deductae propere in cornua leves armaturae sunt*. Si *Baliares levem armaturam* erit adpositio, ut infra 28, 14. 20. *Eques levisque armatura, velites, circumductis alis in latera incurrebant*. V. ibi Gronov. In loco Livii, quem laudat Sigonius, non simpliciter est *Baliares levemque armaturam*, verum insuper *Baliares ceteramque levem armaturam*, ut eodem 22, 46, 1. *Baliaribus levique alia armatura praemissa transgressus flumen*. Neque etiam Livius Polybium secutus tanta religione verbis ejus inhaesisse censeri potest, ut, quum ille λογχοφόρους καὶ Βαλεαρεῖς dixerit, propterea etiam Livius dicere debuerit *Baliares levemque armaturam*. Ceterum *Baliares* hoc loco, et paullo post *Baleares* legit Flor. V. ad c. 21, 12. Mox *dein*, pro *deinde*, edidit Jac. Gronov. consentientibus Flor. et Cant. V. ad 3, 3, 6. Praeterea male Glareanus voces *graviorem armis peditem* ad verbum *circumfundit* refert, sed repetendum est ex praecedenti *locat*. Non enim graviorem armis peditem circumfudit Baliaribus, sed locat deinde, id est post Baliares. Et id volunt ipsa Polybii verba Graeca. Denique *circumfundit*, pro *circumfudit*, edidit Sigonius; cujus lectionem nullus recentiorum recepit. Et recte. Non alibi enim id mihi obvium fuit, quam in Lovel. 4. 5. et Hafn.

In utramque partem divisos

in utramque partem divisos elephantos statuit.
3 Consul effusos sequentes equites, quum ab resistentibus subito Numidis incauti exciperentur, signo receptui dato, revocatos circumdedit peditibus.
4 Duodeviginti millia Romani erant, sociûm nominis

elephantos statuit] Pall. tres, et vetus ed. *diversos elefantos*. quod legitimum est. GEBH. Omnes *diversos*. Nec aliter Andreas, Ascens. Beccar. Tarv. Ven. Polybius tamen [3, 72.] τὰ δὲ θηρία μερίσας πρὸ τῶν κεράτων ἐπὶ ἀμφοτέρων προεβάλετο. Et facile haec duo confunduntur. J. FR. GRON. *diversos* Flor. Voss. Lov. 4. 5. Harl. Ber. Hafn. Gaertner. Hav. et Hearnii L. 1. *divisos* ex editis primus exhibuit Aldus in erratis. Saepius autem haec vocabula confundi, supra dictum est ad 10, 33, 10.

§. 3. *Effusos sequentes equites, quum ab resistentibus subito Numidis*] *effusos sequens equites* Ber. et Hav. Mox *a resistentibus undique Numidis* Ber.

§. 4. *Duodeviginti millia Romanorum erant, sociûm nominisque Latini viginti.*] Polybius [3, 72.] ait, sedecim millia peditum Romanorum, ex sociis vero Latini nominis ad viginti millia: id quod verisimilius est, quando legiones quaternum millium erant, ut ipse Livius superius scriptum reliquit, non ita longe ab hujus libri initio [c. 17.] Addit autem Polybius, perfectum numerum copiarum, ubi de summa rerum agebatur, conveniebantque simul duo consules, ex tot millibus constitisse. GLAR. Polybius [3, 72.] Romanorum 16. millia tradit, τοὺς μὲν Ῥωμαίους εἰς μυρίους ἑξακισχιλίους, τοὺς δὲ συμμάχους εἰς δισμυρίους. SIG. Put. Andreas, Tarvis. Saveter. *Romana*. Lege *Romani erant*, ut fecerunt Ascensius, Beccar. Veneti. J. FR. GRON. *sociûm nominisque Latini* sane alibi quoque. Caeterum hoc loco MSS. omnes *sociûm nominis Latini*. Quod satis eo confirmare auctor videtur, quod Flaminio, qui harum copiarum reliquias excepit anno insequenti, caeso captivos distinguat tantum in Romanos et qui Latini nominis essent, 22, 7, 5. Tanquam vel nulli alii fuerint, vel sub iis comprehendentur potius: nam fuisse alios Italici generis, apparet ex libri sequentis c. 13. l. 22, 37, 7. *Milite atque equite scire, nisi Romano Latinique nominis, non uti populum Romanum*. JAC. GRONOV. *Romana* etiam Flor. Lovel. 1. 3. Hav. et Ber. a m. 2. in quo tota vox a m. 1. omissa erat. Similiter quoque *Romana* Hearnii N. edd. Rom. anni 1472. Parm. Mediol. anni 1480. et aliae. *Romani* contra Mediol. anni 1505. *Romanorum* primi receperunt Mogunt. quod etiam supereſt in Lovel. 4. 5. et Gaertn. Hinc *erant* exsulat a Lovel. 4. Tum *sociorum nominis Latini* legunt Lovel. 3. 4. et Hearnii L. 1. *sociûm nominis Latini* Flor. Voss. Lovel. 1. 5. Harl. Ber. Gaertn. Hearnii N. omnesque edd. usque ad Paris. anni 1573. *sociorum nominisque Latini* Haverk. Utramque formulam *socii nominis Latini*, ac *socii et nomen Latinum* in usu esse, Sigonius infra monuit ad 30, 20, 7. quem etiam vide 1. de Antiq. jur. Ital. 2. librarios autem pro ar-

Digitized by Google

Latini viginti; auxilia praeterea Cenomanorum. ea sola in fide manserat Gallica gens. his copiis concursum est. Proelium a Baliaribus ortum est; quibus quum majore roboro legiones obsisterent, deductae propere in cornua leves armaturae sunt. quae 5 6

bitrio modo copulam addidisse, modo detraxisse, infra videbimus ad 37, 2, 6. Ceterum *τὰ μίλια Ῥωμαίων ἐστὶν, σὺν τοῖς νόμοις Λατῖνοι εἰκοσιν* non adparent in Hearnii D. Ut autem tollatur difficultas, quam ex diverso numero Romanorum a Polybio et Livio edito injiciunt Sigonius et magis Glareanus, existimari posset, Polybium solos pedites numeraſſe, non enim simpliciter *τοὺς Ῥωμαίους*, sed *τοὺς πεζοὺς τοὺς Ῥωμαίους* memorat: Livium vero comprehendisse etiam equites, qui trecenti unicuique legioni additi erant. V. supra hoc lib. c. 17, 3. adeoque mille ducenti legionibus quatuor, et hinc numero rotundo dictum esse *duodeviginti millia*, pro *septemdecim millia et ducenti*. Verum ita similiter inter eos non convenire debuisset in numero sociorum, quem ille exclusis, hic additis equitibus edidisset; quum tamen ambo viginti millia eorum fuisse tradant. Videant itaque alii, qua ratione haec difficultas tollenda sit.

Auxilia praeter a Cenomanorum] Vos emendastis *praeter*, cum fuerit emendandum *praeterea*. VALLA. *praeter aciem Numanorum* Hafn. *auxilia praeterea Acenomanorum* Lovel. 3. *auxiliatorum praeter a Cenomanorum* Ber. *auxilia praeter Acenomanorum* Hav. *auxilia preacemanorum* Lovel. 4. *auxilia praeterea Nocemanorum*, transpositis syllabis, Lovel. 5. Reliqui, ut Valla emendavit. Cl. Hearnius notat, Cluverium 1. Ital. ant. 26, 250. *Cenomannorum* legisse. Sed ad verba ejus non adtendit. Loco enim laudato primo refellit sententiam eorum, qui apud Livium scribendum esse per *ae* contendunt *Caenomani*, apud Graecos enim vocari *Κενομανούς*. Addit deinde, nihil esse, quod quidam ex Plinii exemplaribus docent, geminato *nn* legendum esse ubique *Cenomanni*, utramque enim scriptionem rectam probamque esse. Verba ejus excerpsi supra ad 5, 35, 1. Mox *remanserat*, pro *manserat*, Lovel. 4. 5. et Harl. Male. Infra 28, 24, 2. *Non socii in fide, non exercitus in officio mansit*. 31, 2, 3. *Gratias agerent regi, quod in fide mansisset*. c. 7, 12. *Haec vos quietura, aut in fide mansura creditis?* 40, 35, 10. *Existimesne, Celtiberos perpetuo in fide mansuros?* 45, 31, 8. *Nec aliter eas mansuras in fide gentes*. V. ad auct. Epit. Liv. 78.

§. 5. *Proelium a Baliaribus ortum est*] Verba haec desunt in Lovel. 1. At *proelium ab equis ortum est* legunt Ber. et Hav. *ab equitibus ortum est* Hafn. Rec. et Hearnii N. *ab equitibus inceptum est* Lovel. 5. *inceptum est* etiam Lovel. 4. quod ex interpretatione natum puto. *ab Alpibus ortum est* Flor. Cant. et Voss. in cujus margine *a Balearibus* pro varia lectione visitur. *ab Alpinis ortum est* Lovel. 3. *ab alearibus ortum est* Harl. Unus Gaertn. recte *a Baliaribus ortum est* servat.

Digitized by Google

res effecit, ut equitatus Romanus extemplo urgueretur: nam quum vix jam per se resisterent decem millibus equitum quatuor millia, et fessi plerisque integris, obruti sunt insuper velut nube jaculorum a
7 Baliaribus conjecta. ad hoc elephanti, eminentes ab extremis cornibus, (equis maxime non visu modo, sed odore insolito territis) fugam late faciebant.
8 Pedestris pugna par animis magis, quam viribus,

Deductae propere in cornua leves armaturae sunt] Quaenam inter *deducere* et *diducere* differentia fuerit, supra v. ad 5, 38, 1. Ex illis autem, quae ibi dicta sunt, sequi videtur, hic potius legendum *diductae*. Indicatur enim, milites levis armaturae in duas partes divisos hinc inde in utraque exercitus cornua se recepisse. Saepius haec verba inter se commutantur. Ita infra emendandum puto 44, 33, 3. *Vix diducta summa arena erat*, ubi nunc *deducta* legitur. Forte etiam similiter ex auctoritate optimi Sangerm. scribendum apud Colum. 8, 11. *Mares sine rixa diducuntur in sua quisque septa cum feminis*. ubi etiam edd. praeferunt *deducuntur*. V. Cel. Burm. ad Ovid 1. Am. 7, 48. 4. Met. 372. 8, 586. Cortium ad Sall. Jug. 25. ad Plinii 2, 19. et Oudendorp. ad Lucan. 3, 584. ad Front. praef. et ad 2, 3, 8. et 23. et ad Caes. 2. Bell. civ. 6. Adde quae notavi ad Silii 15, 187. Insuper *prope* Lovel. 1. 5. et Gaertner. V. ad 39, 31, 4.

§. 6. *Fessi Romani plerisque integris Poenis*] Voces *Romani* et *Poenis* absunt a vet. lib. et glossema sunt alicujus, qui verba illa, ut fit, interpretatus est. SIG. Edidi auctoritate trium MSS. Pall. *et fessis plerisque integris, obruti sunt insuper*, adsentiente quoque Sigonii libro: cum in vulgatis hactenus sit a liberalitate editorum *et fessi Romani plerisque integris Poenis* GEBH. Obsecuti Sigonio sumus, volentibus tamen omnibus vett. libb. et delevimus *tà Romani* et *Poenis*. Satis vel sic intelliguntur. J. FR. GRON. Neutrum etiam horum vocabulorum in ullo vel meo vel Hearnii superest: nisi quod ex meis solam vocem *Poenis* agnoscat Lovel. 3. Simile glossema etiam mox ejicitur ex contextu cap. seq. §. 8. Insuper alio ordine *fessi integris plerisque* Flor. Paullo ante *quae res efficit*, pro *effecit*, Flor. a m. 1. Ber. et edd. Rom. anni 1472. ac Parm. Tum *jam vix per se resisterent* idem Flor.

Obruti sunt insuper velut nube jaculorum a Baliaribus conjecta] *velut nubes jaculorum* Ber. Hav. et Hearnii N. a m. 2. Tum *ab alaribus* Voss. et Har. *a Blaribus* Lovel. 1. *a Baleatoribus* Lovel. 4. et 5. *a Balatribus* Putean. *abalaribus* Flor. a m. 1. *a Baliatoribus* a m. 2. consentiente Gaertn.

§. 7. *Ad hoc elephanti eminentes*] *ad haec* Lovel. 3. Ber. Gaertn. Hav. et Hearnii D. et N. V. ad c. 52, 10.

§. 8. *Qua recentis Poenos paullo ante*] Vos emendastis *quam re-*

Digitized by Google

erat; quas recentes Poenus, paullo ante curatis corporibus, in proelium adtulerat: contra, jejuna fessaque corpora Romanis et rigentia gelu torpebant. restitissent tamen animis, si cum pedite solum foret pugnatum. Sed et Baliares, pulso equite, jaculabantur in latera, et elephanti jam in mediam peditum aciem sese tulerant: et Mago Numidaeque, simul latebras eorum inprovida praeterlata acies est,

ventis, cum fuerit emendandum *quia recentis Poenus*, hoc est Hannibal: vel *quas recentis*, pro *recentes*, *Poenus*, id est milites Poeni. VALLA. Prisca editio obtemperavit Vallae, exhibens *quia*. Sed Pall. aliter; quorum pr. ac sec. *quos recentis*. GEBH. *quam recentis* Lovel. 1. Harl. et Flor. *quia recentes* Lovel. 3. *quam recens* Lovel. 4. *quas recens* Lov. 5. Ber. Hav. et Hearnii D. in margine, *quas recenter* Gaertn. *quas recentis* Voss.

Restitissent tamen animis, si cum pedite solum foret pugnatum] Pall. tert. habet, *si cum pedite solo foret pugnatum*. GEBH. Ita et Lovel. 5. et Rec. *sicut pedite solo* Gaertn. *si cum solo pedite solum* Ber. a m. 1. Insuper *restitissent tamen*, *si*, omissa voce, Hafn. *restitissent tum*, *si* Lovel. 3.

§. 9. *Simul latebras eorum inprovida praeterlata acies est*] *latebras* legendum, ut quidam restituere. Nota autem illud *simul*, pro statim ut, accipi, huic authori oppido quam familiare, ut Horatio, quod in superioribus quoque alicubi admonuimus. Caeterum hic *praeterlatam aciem* ait, quam versu sequenti *immotam aliquamdiu mansisse* dicit: quamquam cavillum hoc est, in hoc appositum, ut videat lector, quid sit cum judicio authores legere. GLAR. *simul latebris* Lovel. 3. et quaedam ex primis edd. Deinde *praelata acies est* legendum censet Gebhardus supra ad 2, 14, 7. quod non contemnendum videtur, partim quia *praelatus* hoc sensu apud Livium frequens est: v. ad 29, 32, 8. et contra *praeterlatus* apud eum numquam, quod sciam, obcurrit: partim quia *prae* et *praeter* in compositis alibi a librariis commutantur. V. (* ad 36, 42, 1.) Torrent. ad Suet. Caes. 37. Neque magis mirum est *praet'*, sive *praeter*, et *prae* commutari, quam *int'*, id est *inter*, et *in*; de quo videbimus ad 38, 57, 6. Non tamen *praeterlata* ut minus Latinum damnandum existimo. Eo enim Lucretium usum esse 4, 573. lexica observarunt. Tum *est* non adparet in Lovel. 1. 3. 4. et Voss. Praeterea paullo ante *sese intulerant*, pro *tulerant* Lovel. 5. quod, si plures ac meliores codd. conspirarent, admittendum censerem. Ita enim saepissime Livius loqui solitus est. V. ad 3, 5, 7. alterum vero nondum apud Livium notavi; quod tamen Cl. Duker. apud Ovidium obvium esse monuit 3. Am. 10, 37.

Omnia, qua tulerat se Bea, messis erat.

et ita *ferre se* pro ire saepissime poni. Deinde *et Magonis*

Digitized by Google

exorti ab tergo ingentem tumultum ac terrorem fece-
10 re. Tamen in tot circumstantibus malis mansit ali-
quamdiu inmota acies, maxime praeter spem om-
11 nium adversus elephantos. eos velites, ad id ipsum
locati, verutis conjectis et avertere, et insecuti aver-
eos sub caudis, qua maxime molli cute vulnera ac-
cipiunt, fodiebant.

Numidarumque Hearnii N. qui etiam *latebras nostra inprovida* legit.

§. 10. *Tamen in tot circumstantibus malis*] Praepositionem non agnoscit Lovel. 3. Mox *contra elephantos*, pro *adversus*, Lovel. 4. 5. V. ad Epit. Liv, 57.

§. 11. *Eos pedites, ad id ipsum locati, verutis conjectis et avertere*] Praeclare Put. *eos velites ad id*. Propria horum cum elephantis pugna. Polybius 1, [33.] de proelio M. Atilii Reguli et Xanthippi. *καὶ προυρῴμεροι τὴν τῶν ἐλεφάντων ἔφοδον, προδέμενοι τοὺς γροσφομάχους*. Eodemque libro [c. 40.] *τινὰς μὲν τῶν ἐυκινήτων πρὸ τοῦ τείχους καὶ τῆς τάφρου παρέβαλε, προστάξας, ἂν ἐγγίσῃ τὰ θηρία πρὸς ἀυτοὺς χρῆσθαι τοῖς βέλεσιν ἀφθόνως*. quae et mox *πυκνοῖς τοῖς ὀσσοῖς καὶ τοῖς γροσφοῖς* sit confixa. 28, [15, 5.] *Elephanti etiam tumultuoso genere pugnae equitum velitumque et levis armaturae consternati*. 80, [33, 14.] *Paucae tamen bestiarum, intrepidae in hostem actae, inter velitum ordines cum multis suis vulneribus ingentem stragem edebant: resilientes enim ad manipulos velites* etc. Vegetius 3, 24. *Praecipue tamen velites antiqui adversum elephantos ordinarunt*. Isidorus 9. Orig. 3. *Ab his velitibus elephanti quondam Annibalis retro acti* etc. J. FR. GRON. Oxon. et Cantabrig. *ad ipsum*. V. ad 5, 43, 4. Sic rursus 22, 4, 2. Flor. Voss. Gud. Cantabr. Oxon. *Velut ad ipsum de industria relicto spatio*. Vulgo *ad id ipsum*. Sic Cicero 2. Leg. 5. *Lege autem carens civitas, anne ob ipsum habenda nullo loco?* 2. de Divin. 58. *Contrahi animum Zeno et quasi labi putat, et concidere, et ipsum este dormire*. JAC. GRON. *Velites*, haud dubie ex eodem cod. Put. etiam hic legit Salmasius c. 16. de Re milit. Roman. sed simul notat Livium, qui velites dixerit, antequam eorum nomen in militia Romana notum erat: nam ipsum 26, 4, 9. scribere, eos demum aliquot post annis in obsidione Capuae institutos. Poterat eamdem notam adponere iis, quae 24, 34, 5. ante inchoatam obsidionem Capuae leguntur: *sagittarii, funditoresque, et velites*: qui locus Lipsio quoque 3. de Milit. Rom. 1. consideratione egere visus est. Sed responderi potest, Livium his locis magis ad rem, quam ad verba, respexisse, et per prolepsin quandam nullis non scriptoribus usitatam *velites* pro *jaculatoribus* dixisse, eo quod, qui deinde proprie velites vocati sunt, itidem ut jaculatores, jaculis instructi pugnabant. Veruta Servium regem quartae classi dedisse auctor est Livius 1, 43, 6. Ipse tamen militibus Romanis ea raro tribuit. De iis agit Lipsius 4. Poliorc. 4. At 3. de Milit.

Digitized by Google

LVI. Trepidantesque prope jam in suos consterna- 1
tos media acie in extremam, ad sinistrum cornu, adversus Gallos auxiliares agi jussit Hannibal. Extemplo haud dubiam fecere fugam. additus quoque novus terror Romanis, ut fusa auxilia sua viderunt. Itaque, quum jam in orbem pugnarent, decem mil- 2
lia ferme hominum, quum alii evadere nequissent,

Rom. quo ex professo de armis agit, ea praeterit, ut et Scheliusc. 14. ad Polybium, quod de telis legionum est. DUK. *ad ipsum locati* etiam Flor. Voss. Lov. 4. Gaertn. Harl. Ber. et Hearnii L. 1. D. et N. a m. 1. V. ad 26, 40, 9. Ita *ipsum* pro *me ipsum* habuimus supra in Praefat. §. 3. Insuper *verrucis* Flor. a m. 1. pro quo emendatur *verrutis*, quod etiam supereſt in Voss. Lov. 3. 5. et Gaertn. V. ad 2, 20, 9. Tum *conjectis avertere*, vocula *et* media neglecta, Gaertner. et Lov. 3. V. ad 2, 44, 3. *conjectis et advertere* Flor. a m. 1. V. ad 6, 23, 8. Mox *adversos* Voss. Harl. Ber. a m. 1. Hafn. et Gaertner. V. ad 2, 31, 6. Denique *maxume* Flor. V. ad 3, 17, 5.

§. 1. *Trepidantesque prope jam in suos consternatos*] Ita edidit Cl. Jac. Gronov. in contextum revocans priscarum edd. scripturam, quam insuper exhibent Flor. Cant. Voss. Lovel. 1. Harl. Ber. Gaertn. et Hav. Ascensius antea anno 1513. ediderat *Trepidantes propeque jam in suos*, quod usque ad Jac. Gronov. editores retinuerunt, et Cl. Crevier. servavit ex vetustiorum, ut testatur, fide. At unus tantum meorum codd. Lov. 3. hunc ordinem dictionum probat. *Trepidantesque in suos prope jam consternatos* legunt Lov. 4. et 5.

Media acie in extremam, ad sinistrum cornu] Videtur excidisse praepositio *e media acie*, J. FR. GRON. *ad sinistrum cornum* Flor. Sed v. ad 3, 62, 8. Verum neque hic in animum inducere possum, ita Livium dedisse; sed potius puto, librarium errasse; et quidem errorem ex illo fonte promanasse, quem indicavi ad 6, 3, 8. Mox *Gallos auxiliatores* Ber. et Hav. At alibi ea voce Livium usum esse non memini. Neque etiam hujus aevi esse videtur. (* v. ad 37, 42, 3.)

Quoque additus novus terror Romanis] Vos mutatis *quoque* in *estque*. ego tantum locum muto, sic: *additus quoque terror*. VALLA. Vallae emendationem confirmat prisca ed. Sed Pall. pr. ac tert. *quoque additus novus terror R.* sec. vero *estque terror novus additus Rom.* GEBHARD. Malim *fecere fugam: additusque novus terror*. J. FR. GRON. *quoque auditus novus terror* Lov. 1. *quoque adductus novus terror* Ber. a m. 1. *quoque addictus* a m. 2. *additus novus terror* Lov. 3. *quoque novus terror additus* Flor. a m. 1. *novus quoque terror additus* a m. 2. quod idem etiam praefert Cant. *et novus quoque terror additus* Harl. Paullo ante *haud fecere fugam* Lovel. 1. *haud dubiam fecere pugnam* Ber. a m. 1. *haud dubium fugam facere* Lovel. 4. *haud dubium fecere fugam* Lovel. 5. Mox *viderant*, pro *viderunt*, Rec.

Digitized by Google

media Afrorum acie, quae Gallicis auxiliis firma
3 erat, cum ingenti caede hostium perrupere. et, quo
neque in castra reditus esset flumine interclusis, ne
que prae imbri satis decernere possent, qua ma
opem ferrent, Placentiam recto itinere perrexe
Plu-

§. 2. *Itaque quum jam in orbem utrimque pugnarent*] A Pall. duobus abest *to utrimque*. In tertio vero reperitur *utrique*. GEBHARD. Flor. Voss. Gud. duo Pall. ignorant *utrimque*. Et certe incommodum est: nam *utrimque* significat in partes duas: at *in orbem* in partem omnem: quemadmodum hos fuisse circumventos jam docuit Livius. J. FR. GRON. *Ita quum jam* Hearnii D. V. supra ad c. 53, 7. Illud *utrimque* deest etiam in omnibus meis ut et Hearnii codd.

Quum alias evadere nequivissent] Pal. pr. *cum alii* (sec. *aliis*) *evadere nequissent*. Tert. *cum alio evadere*. GEBH. Put. Voss. Pall. *quum alii ev. nequissent*. Andreas quoque et plerique veteres *alii*. Scribe *quum alia evadere nequissent*. Ut 43, [19, 3.] *Et transitus ea est in Labeatas*. 44, [43, 3.] *Alii alia in civitates suas dilapsi sunt*. Statim fortassis: *mediam Afrorum aciem, qua Gallicis*. Polybius [3, 74.] ἐκράτησαν τῶν Κελτῶν καὶ μέρους τινὸς τῶν Λιβύων. καὶ πολλοὺς αὐτῶν ἀποκτείναντες, διέκοψαν τὴν τῶν Καρχηδονίων τάξιν. Non constabat autem media acies tantum ex Afris et Gallis, sed et Hispani partem tenebant: quos significat immotos fuisse. Polybius [3, 72.] τοὺς μὲν πεζοὺς ἐπὶ μίαν εὐθείαν παρενέβαλε, περὶ δισμυρίους ὄντας τὸν ἀριθμόν, Ἰβήρας καὶ Κελτοὺς καὶ Λιβύας. J. FR. GRON. *quum aliter evadere* Hav. et Hearnii I. in cujus margine emendatur quum *alii evadere*, quod idem Hearnius etiam invenit in L. 1. nihilque obvium fuit in Flor. Lov. 1. 3. 4. 5. Harl. Gaertn. Hav. et edd. primis. Moguntini deinde alias. Aldus in erratis *alia* reposuerunt: Aldi autem lectionem receperunt, usque dum Francofurtenses anno 1576. ei substituerent *alias*: quod ferri nequit. *alias* enim pro aliter apud C. et aequales scriptores haud facile obcurrit. V. Graevium ad Sueton. Tib. 71. Quod autem Charisius, 2. Instit. 175. ita loquitur existimet Terent. in Andr. 3, 3. 48.

Quid alias malim, quam hodie has fieri nuptias,

in eo fallitur. Nam, ut jam Donatus observavit, *quid alias* ibi ponitur pro cur alio tempore. Recte itaque Gronov. *to alias* hic rejecit. Ipse vero non tantum conjecit, verum etiam in contextum recepit *alia*, quod foret alia via, alia parte. De eo v. viros doctos ad Flori 2, 12, 7. Mihi *alii*, quod in tot apud me ac Gronovium codicibus, iisque optimis, superest, revocandum videtur. Iudicat enim, ex omni exercitu Romano decem tantum millia per mediam aciem erupisse, quum *alii* milites Romanorum simul cum his *evadere nequissent*. Postea vero §. 4. et 5. subjungit fortunam illorum *aliorum*, qui cum decem millibus hinc eva-

Digitized by Google

Plures deinde in omnes partes eruptiones factae: et, 4
qui flumen petiere, aut gurgitibus absumti sunt,
aut inter cunctationem ingrediendi ab hostibus ob-
pressi. qui passim per agros fuga sparsi erant, vesti- 5
gia cedentis sequentes agminis, Placentiam conten-
dere: aliis timor hostium audaciam ingrediendi flu-

dere nequierant. Nescio, quid viros doctos induxerit, ut τῷ *alii* controversiam moverent. Deinde *evadere non possent* Hav. Reliqui omnes *evadere nequissent*. Quod recte Gronov. recepit. V. supra ad 5, 10, 10. Mox *per mediam Afrorum aciem* Hav. quod, si plures accederent codd. non spernendum putarem. Nunc levior medicina videtur, quam Gron. adhibuit legendo *mediam Afrorum aciem*: utrumque enim in usu est, *perrumpere aciem*, et *per aciem*. V. Cl. Duker. ad 7, 24, 7. *prorupere* habent Lov. 4. 5. Ber. et Gaertn. errore scribarum. V. ad 9, 43, 15.

§. 3. *Et, quum neque in castra reditus esset flumine interclusit*] Pal. tert. *in castra quoque reditus esset flumine inclusis*. GEBH.

Neque prae imbri satis discernere possent] Pall. tres cum principe ed. *decernere*. GEBH. Scripti et Andreas eumque secuti, ut vult ratio, *decernere*. Fons enim hic vel *judicare*, vel *separare*: statim apparebit, utrum commodius. J. FR. GRON. *cernere* Harl. *discernere* primum recepit Ascens. anno 1513. Omnes priores cum reliquis codd. meis et omnibus Hearnii *decernere*, quod recte Gronovius vindicavit. V. ad 7, 9, 7. *prae imbribus* habet Hearnii N. a m. 2.

Qua suis opem ferrent, Placentiam recto itinere pervenere] Deprehensa mihi solum haec lectio est in Pal. sec. ab aliena manu reposita, et in vetusta ed. nam reliqui MSS. sec. *suis ut opem ferrent*. tert. *sua vix opem ferrent*. GEBH. *quo suam opem ferrent* Lovel. 3. *quavis opem ferrent* Gaertn. et Lovel. 5. *sua vi opem ferrent* Lovel. 4. *suavis opem ferrent* Cant. Lovel. 1. et Flor. a m. 1. pro quo sec. emendavit *suis ut opem*, consentiente Harl. Tum *perrexerunt* Lovel. 3. *pertendere* Rec.

§. 4. *Aut gurgitibus absumti sunt, aut inter cunctationem ingrediendi*] Quatuor priora vocabula omittuntur in Lovel. 1. culpa librarii ob voculae *aut* repetitionem. V. ad 9, 11, 11. Deinde *inter civitatem ingrediendi* idem Lovel. 1. *inter cunctationem ingredi* Lovel. 3.

§. 5. *Vestigia cedentis sequentes agminis*] Vet. lib. *vestigia sequentes cedentis agminis*. SIG. Non tantum omnes Hearnii codd. vulgatum tuentur, sed et mei, nisi quod *sequentes* desit in Harl. *sequentis* legat Gaertn.

Aliis timor hostium audaciam ingrediendi flumen fecit] Pall. duo, et vetusta ed. *audaciam ingredi flumen*. GEBH. Ita et Lov. 1. 4. Hav. et edd. usque ad Ascens. anni 1513. Insuper *alius timor* Gaertn. *audaciam* vero perperam omittitur in Ber. Mox *in castra pervenerunt* primus rece-

Digitized by Google

6 men fecit, transgressique in castra pervenerunt. I
ber nive mixtus, et intoleranda vis frigoris, et
mines multos, et jumenta, et elephantos prope
7 nes, absumsit. Finis insequendi hostis Poenis
men Trebia fuit: et ita torpentes gelu in ca
8 rediere, ut vix laetitiam victoriae sentirent. Ita
nocte insequenti, quum praesidium castrorum,
quod reliquum ex magna parte militum erat, m
bus Trebiam trajicerent, aut nihil sensere, obtu
9 pente pluvia; aut, quia jam moveri prae lassitudi
nequibant ac vulneribus, sentire sese dissimul

pit Cl. Jac. Gronov. consentientibus omnibus meis, nisi quod *rediere* praeferat Lovel. 5. qui omnia sequentia usque ad verba §. 7. *ut vix laetitiam* omisit propter similitudinem τῶν *in castra pervenere* et *in castra rediere*. Antea hic edebatur *pervenere*.

§. 6. *Et elephantos prope omnes absumsit*] Polyb. [3, 74.] ὥστε τὰ μὲν θηρία διαφθαρῆναι, πλὴν ἑνός. *absumpsit* reposui ex vet. lib. cum ante *consumpsit* legeretur. SIG. *consumpsit* quidem vetusta ed. at contra Pall. tres, et Sigonii liber, ut creberrime solet Livius. Sic in fine c. 58. *Elephanti quoque ex his, qui proelio ad Trebiam facto superfuerant, septem absumpti*. GEBHARD. Parum interest: sed Put. et omnes, ut Sigonianus, *absumpsit*. J. FR. GRON. *absumsit* etiam omnes mei, nisi quod *assumsit* praeferat Ber. *absumsit* etiam Hearnii Oxon. Paullo ante *imber ruinae mixtus* Hafn. Deinde *multos homines* Ber. τὸ *multos* non est in Harl.

§. 7. *Et ita torpentes gelu in castra rediere, ut vix laetitiam victoriae sentirent*] Pall. tres *castris*. GEBH. Ita et Voss. L 1. 3. Harl. Gaertn. et Hav. Pr terea *et* omittit Harl. Tum vic *riae laetitiam* Ber. *victori laetitiae* Hafn. Paullo ante in *quendi hostem*, pro *hostis*, He nii N.

§. 8. *Praesidium Romanor castrorum*] Put. *et* Hegius ab rant mediam vocem: et sine du no aut ambiguitate sensus om titur. Nec τὸ *Romanorum* m do hic, sed nec mox τὸ *Poen* agnoscit Florentinus. Et dele tur utraque vox, ut inserta a interprete. Voss. quoque, Gu Pal. sine τοῦ *Poeni*. J. FR. GRO Utramque igitur vocem ex con textu ejeci. Simile glossema et iam supra sublatum ex cap. prae §. 6. *praesidia Romanorum* c *strorum* legit Ber. *praesidium castrorum Romanorum* Lov. Paullo ante *nocte insequente* Vo Lov. 1. et Ber. V. ad 6, 21, 1.

Nihil censere Poeni, obtu pente pluvia] Erratum operarum Legendum ex libris omnibus, u caeco adparet, *sensere*. Nem *Poeni* penitus ignorat Pal. ter

runt: quietisque Poenis, tacito agmine ab Scipione consule exercitus Placentiam est perductus: inde Pado trajectus Cremonam, ne duorum exercituum hibernis una colonia premeretur.

LVII. Romam tantus terror ex hac clade perlatus est, ut jam ad urbem crederent infestis signis hostem venturum; nec quidquam spei aut auxilii esse, quo portis moenibusque vim arcerent. *Uno consule ad Ticinum victo, altero ex Sicilia revocato, duobus consulibus, duobus consularibus exercitibus victis, quos alios duces, quas alias legiones esse,*

Vetusta autem ed. *nihil sensere Poeni, obstrepescente pluvia.* GEBH. Vox *Poeni* exsulat etiam a Cant. Lovel. 1. 4. 5. Harl. Ber. Gaertn. et Hav. V. ad verba praec. *obstrepescente* omnes edd. quas vidi, Moguntina priores: sed nullus consentit codex. In praecedentibus *ex magna militum parte*, alio ordine, Ber. Hinc *trajecerunt*, pro *trajicerent*, Lovel. 4. et Hearnii D.

§. 9. *Quia jam moveri prae lassitudine nequibant ac vulneribus*] *quia moveri* Hav. *quia inde moveri* Ber. *quia inde admoveri* Voss. Harl. et Gaertn. *quia jam amori* Hafn. *quia jam admoveri* Lovel. 1. Hinc *nequibant prae lassitudine*, trajectis vocibus, Flor. *post lassitudinem nequibant* Hafn. Tum *aut vulneribus* Voss. Lovel. 4. Ber. Hav. et Hearnii N. in cujus margine tamen est *ac vulneribus*. V. ad 21, 53, 3. In sequentibus *dissimulaverunt* Voss. Ber. et Gaertn. *dissimularent* Hav.

Inde Pado trajectus Cremonam] Repraesentat sec. *Pado trajecto.* GEBH. In praecedentibus *traductus*, pro *perductus*, Hafn.

§. 1. *Ut jam ad urbem Romam crederent*] Quaedam veteres ed. *Romani.* Put. *Romanam.* Sed rectius ea vox deleatur. J. FR. GRON. Quod etiam placebat N. Heinsio ad Vell. Pat. 2, 111, 1. Ceterum *ad urbem Romanam* etiam Flor. Mox *nec quidquam spei aut auxilii esset* Lovel. 3.

Quo portis moenibusque vim arcerent] Pall. pr. et sec. *qua*, tert. *de qua portis moenibus vim arcerent.* GEBH. *quam portis* Lov. 1. *qua portis* Flor. Cant. Lov. 3. 4. Ber. Gaertn. Hav. et edd. Rom. anni 1472. ac Parm.

§. 2. *Uno consule ad Ticinum victo, altero*] Sic omnes libri. Exspectes tamen forsan, *Uno consule ad Ticinum, altero ex Sicilia revocato ad Trebiam cum duobus consularibus exercitibus victis.* Sed *arcessantur* Put. et Reg. non *arcesserentur.* J. FR. GRON. Voces *duobus consulibus* exsulant ab Hearnii N. a m. 2. prior tantum earum ab

Digitized by Google

3 *quae arcessantur?* Ita territis Sempronius consul advenit, ingenti periculo per effusos passim ad praedandum hostium equites (audacia magis, quam consilio aut spe fallendi resistendive, si non falleret)
4 transgressus. Id quod unum maxime in praesentia desiderabatur, comitiis consularibus habitis, in hiber-

Hearnii D. Deinde *victis exercitibus*, transpositis vocibus, Lovel. 1. Hinc *quae accersentur* Voss. et Gaertn. *quae accerseantur* Lovel. 3. *quae acerscantur* Ber. *quae arcessentur* Lovel. 1. *quae accersantur* Lovel. 4. *quae arcessantur* Flor. et Cant. *quas accerserent* Rec.

§. 3. *Per effusos passim ad praedandum hostium equites*] *per fusos passim* Lovel. 1. *per effusos sibi passim* Hearnii N. a m. 1. Mox *resistendique* Hafn.

§. 4. *Id quod unum maxime in praesentia desiderabatur*] Forte *transgressus: et, quod unum*. J. FR. GRON. *id quidem unum quod maxime* Gaertner. Si scripti exhiberent, ut Gronovius conjecit, non displiceret. Verum iis invitis vulgatum mutari vix necesse puto. *id quod* inlustratur infra 23, 5, 9. Hinc *praesentia desiderabatur* sine praepositione Harl. in *praesentia desiderabat* Hav.

Creati consules C. Servilius et Gn. Flaminius] Sic plerique codices habent, pro eo quod non *C.* sed *Gn. Servilius* scribendum fuit, et *C. Flaminius*, non *Gn.* SABELL. Addendum *iterum* ad *C. Flaminius*, ut ipsemet Livius auctor est, non ita longe a fine hujus voluminis [c. 63, 4.] *Flaminio* (inquit) *favorem apud plebem, alterumque inde consulatum peperit.* Fuit autem consul ante hunc anno septimo. GLAR. V. supra ad 2, 16, 7. *Creati consules Sempronius et C. Servilius* est in Hearnii L. 1. *Cn. Sempronius et C. Flaminius* in Lov. 3. *Cn. Flaminius* in Lov. 4.

§. 5. *Eqeque his inpeditiora erant Celtiberis Lusitanisque*] Vos emendatis *aequeque*, tantummodo adjecta diphthongo, cum sic fuerit emendandum *et quaeque*. VALLA. Verba de Celtiberis ac Lusitanis impeditioribus, quam Numidae essent, haud quaquam a me intelliguntur. Suspicor autem ea corrupta esse. GLAR. Glareanus Celtiberos et Lusitanos impeditiores, quam Numidas, fuisse intelligit: in quo vehementer, ut opinor, errat. Sensus enim est: Hyberna et Romanis inquieta erant, vagantibus passim Numidis equitibus, et eadem his equitibus erant impeditiora, quam Celtiberi Lusitanique in Hispania fuerant. Nam paulo ante dicebat Hannibal ad milites [c. 43, 8.] *Satis adhuc in vastis Lusitaniae Celtiberiaeque montibus pecora consectando nullum emolumentum tot laborum vidistis.* Causam deinde subdit, quod omnes undique clausi commeatus erant. In vet. lib. est, *aequeque his impeditiora erant.* ut sit sensus, et aeque hic hiberna erant impedita propter Lusitanos et Celtiberos vagantes. † „Glareanus hic nihil definit. „Sigonius autem non est ausus „in contextum hoc ponere, cum

Digitized by Google

na rediit. Creati consules Cn. Servilius et C. Flaminius. Ceterum ne hiberna quidem Romanis quieta 5
erant, vagantibus passim Numidis equitibus, et, qua his inpeditiora erant, Celtiberis Lusitanisque. Omnes igitur clausi undique commeatus erant, nisi quos Pado naves subveherent. Emporium prope 6

„dubitet." † SIG. Puto Livium dicere; quae infesta reddere, popularique non potuerint Numidae, quod impedita essent equiti et inaccessa, ea ipsa Celtiberos et Lusitanos, qui assueti erant aspera et montana percursare, pervagatos esse atque populatos. TURN. 27. Advers. 11. In Pal. tert. haec omnia, *et quae his impeditiora erant*, desiderantur. Reliqui duo MSS. *aeque-que his impeditiora*. Vulgatae lectioni a Valla inculcatae adsentitur princeps editor Andreas. GEBH. Mirare, si lubet, doctissimos viros Glareanum et Sigonium. Turnebus sententiam vidit: quae ut apertior sit, lege *qua*. Ait enim, passim vagatos fuisse Numidas, et ubi loca erant impeditiora Numidis, qua vagari Numidae ob asperitatem locorum non possent, ea vagatos Celtiberos Lusitanosque. Causam habes libro sequenti de Hispanorum cohorte [c. 18, 3.] *ea adsuetior montibus, et ad concursandum inter saxa rupesque aptior ac levior, cum velocitate corporum, tum armorum habitu.* Plutarchus, quasi vertens Livium, [in Fabio Max. 178.] Ἕως παρ' Ἀννίβου τῶν ὀρειβατεῖν δεινῶν Ἰβήρων ἄνδρες ἐλαφροὶ καὶ ποδώκεις, πεμφθέντες, etc. De patria illorum 28, [1, 6.] *Impediebant et asperitates viarum et angustiae saltibus crebris, ut pleraque Hispaniae sunt, inclusae.* J. FR. GRON. *eqeque his impeditiora* Voss. Lovel. 3. Harl. et Hearnii L. 1. *et quaeque his impeditiora* Florent. Cant. Gaertn. et Hav. *aeque his impeditiara* Hafn. et ed. Rom. anni 1472. *aeque ipsis impeditiora* Lovel. 4. *quaeque ipsis impeditiora* Lovel. 5. *et quae his impeditiora* reliquae edd. antt. *et, qua his impeditiora*, ut Gronovius conjicit, suos D. et N. praeferre testatur Hearnius. Ad optimorum codd. lectionem *et queque* propius accederet *atque, quae his inpeditiora erant.*

Nisi quos Pado naves subvehere temporium prope Placentiam fuit] Vos nihil aliud, quam dempsistis illud *t*, ut *emporium* tantum esset, non intelligentes, literam illam ad praecedentem pertinere dictionem: vel, quia figurae majusculae erat, fuisse apicem cum litera conjunctum, scriptumque reliquisse auctorem *subveherent*. VALLA. J. Fr. Gron. anno 1665. edidit *nisi quod Pado*, nulla mutationis ratione reddita. Puto igitur natum esse ex operarum aberratione. Plurimi enim, si non omnes, codd. legunt *nisi quos*, quod se quoque Hearnius in N. et D. et Crevier. in Put. et Victor. reperisse testantur. Deinde *subveheret* Flor. *subvehere* Harl. et Hav. *subvexere* Lovel. 3. Tum *Temporium* Lovel. 1. et 3. Paullo ante *Omnes igitur undique clausi* alio ordine legit Flor. Sigonius vero in prima Scholiorum editione *Omnes enim undique* legendum

Digitized by Google

Placentiam fuit, et opere magno munitum, et valido firmatum praesidio. ejus castelli obpugnandi spe cum equitibus ac levi armatura profectus Hannibal, quum plurimum in celando incepto ad effectum spei habuisset, nocte adortus, non fefellit vi-
7 giles. Tantus repente clamor est sublatus, ut Pla-

suspicatur; quae conjectura demum in ed. quae post mortem ejus Venet. anno 1592. prodiit, omissa est.

§. 6. *Et opere magno munitum, et valido munitum praesidio*] *munitum*, quia iteratum est, mutatis in *firmatum*. ego muto in *militum*. VALLA. Vet. lib. *et opere magno munitum, et valido firmatum praesidio*. valde probo. Sic paulo post [22, 15, 11.] *ad firmandum praesidio saltum*. SIG. Vetus lectio custoditur in Pal. sec. nequiquam curiositate Vallae exacta, *et opere magno munitum, et valido firmatum praesidio*. quae restat quoque in Pal. pr. nisi quod *munitum* ibi bis scribatur pro *firmatum*: quam lectionem non inepte quoque probat Sigonius. 22, 49, 10. *Abi nuncia publice Patribus, urbem Romam muniant, ac, priusquam hostis victor adveniat, praesidiis firment*. GEBHARD. Non est illorum, quos Valla culpat, sed ipsius Livii, probatum Sigoniano, Puteanorum ante illorum tritavos natos scripto, Reg. Pal. et optimo ac vetustissimo cuique. Sic 1, 33, 4. *Namque et urbs tuta munitionibus, praesidioque firmata valido erat*. 22, [49, 10.] *Urbem Romanam muniant, ac, priusquam hostis victor adveniat, praesidiis firment*. 24, [21, 11.] *Praesidiis firmat horrea publica. locus saxo quadrato septus, atque arcis in modum emunitus*. 28, [6, 11.] *Parte alia ab terra egregie munitum praesidioque valido firmatum*. 31, [46, 6.] *Valida ea civitas et moenibus, et firmo erat praesidio*. 42, [54, 8.] *Itaque et firmiore id praesidio tutum equitum peditumque, ad hoc fossa triplici ac vallo munitum*. 44, [39, 3.] *Ideo quum munimentis ea sepsissent, praesidio quoque valido firmabant*. Toties et pluribus locis imitatur se Livius. Justinus lib. 18, [2.] *Firmatis sociorum civitatibus valido praesidio*. Valla inveniebat in libro suo: *et opere magno munitum, et valido munitum praesidio*: ut nos in Vossiano et Aldina. Corrigebat *munitum* posterius in *militum*, et reprehendebat eos, qui subdidissent *firmatum*. Nullo jure, uti diximus: sed majore peccato fecit Andreas *et opere valido et magno munitum praesidio*: quod obsequutae sunt vulgatae. Oblitus fuerat, quid esset *opere magno munitum*. Cato apud Festum. *quibus villae atque aedes aedificatae atque expolitae maximo opere*. Seneca epist. 55. *Speluncae sunt duae magni operis*. Noster 38, [4, 1.] *Magni operis oppugnatio visa est*. In contrarium 26, [42, 9.] *Quum tam parvi operis munitio esset*. Eodem libro [c. 46, 2.] *Nam neque opere ullo munitus erat, nec ulla armatorum statio opposita*. Et rursus 28, [20, 2.] *Partem neque opere ullo munitam et defensoribus vacuam*. J.FR.GRON.

Digitized by Google

centiae quoque audiretur. Itaque sub lucem cum equitatu consul aderat, jussis quadrato agmine legionibus sequi. Equestre proelium interim commissum: in quo, quia saucius Hannibal pugna excessit, pavore hostibus injecto, defensum egregie praesidium est. Paucorum inde dierum quiete sumta, 8 9

Quod Valla in suo, et Gronovius in Voss. invenit, ego quoque reperi in Lovel. 1. et Gaertn. sed, pro posteriori *munitum*, Lovel. 4. exhibet *murum cum*. Verum *et opere magno et valido munitum praesidio* Lovel. 3. et Rec. *et opere magno munitum et valido praesidio* Lovel. 5. Reliqui atque inter eos optimi Flor. et Cant. aliique *et opere magno munitum et valido firmatum praesidio*, quod multis Gronov. inlustravit. Quaedam etiam notavit ad 32, 40, 10. et 36, 17, 4. De locutione *firmare praesidio* v. Cortium ad Sall. Jug. 23.

Ejus castelli obpugnandi spe] Facile quid oppugnatur; sed expugnatio speratur. Itaque leges *expugnandi*, si quid ratio in his valet, aut exemplum, quo 40, 31, 6. ibidem restituit *ὁ πάνυ* Gronovius. *Haud dubia spe castra eo die se expugnaturum*. et eodem lib. c. 33, 9. 47, 2. et 50, 6. JAC. PERIZ. Ita etiam Cl. Ant. Perizonius ad marginem Livii conjecit. Saepissime ita variant libri scripti. V. ad 4, 46, 5. c. 57, 7. 5, 4, 12. c. 28, 11. 7, 7, 2. c. 37, 12. 8, 13, 8. c. 29, 13. 9, 41, 16. 10, 37, 3. c. 45, 13. 21, 5, 2. c. 18, 1. c. 60, 7. 22, 52, 1. c. 55, 2. 24, 2, 2. c. 33, 8. 25, 6, 22. 26, 1, 2. Alia exempla v. ad 40, 33, 9. Mox *in celando inceptum*, pro *incepto*, Lovel. 3. et postea *adortus vigiles*, omissis duabus vocibus mediis, Harl.

§. 7. *Itaque sub lucem cum equitatu consul aderat*] De P. Scipione hoc intelligo. Nam Sempronius Romam ad habenda comitia profectus erat. Quanquam hoc mirum, cum ad Emporium hoc prope Placentiam occurrisset Hannibali, egregieque locum defendisset, cur non ad Vicumvias quoque adfuerit: an quia multitudo temere ibi egerit, ut verisimile est? an historia non omnibus vera credita, quippe non ab omnibus scripta, etiam a Polybio omissa, ut quae luculentum damnum Romanis rebus attulerit? Et sequentia quoque, usque ad res Hispaniae, ab aliis non sunt tradita. GLAR. *sub luce* Lovel. 3. et Harl. V. ad 2, 55, 1. Praeterea *cum equitibus* Ber.

§. 8. *Quia Hannibal saucius pugna excessit*] Pal. pr. *pugnae excessit*. GEBH. Ita et Voss. Lovel. 1. 4. 5. Hafn. Gaertn. Hav. et edd. Rom. anni 1472. ac Parm. Praeterea Cl. Jac. Gronovius mutato ordine dedit *saucius Hannibal*, consentientibus Flor. et Cant. Mox *pavore in hostibus injecto* Gaertn. *pavorem hostibus injecit* Voss. Lovel. 1. Ber. et Hafn.

§. 9. *Paucorum inde dierum quiete sumta, et vixdum satis percurato vulnere*] *Paucorum deinde dierum* Lovel. 4. V. ad 36, 24, 10. *Τὸ inde* non adparet in edd. Rom. anni 1472. ac Parm. sed mox adscribitur *inde ad Vicumvias*. Tum *quiete assumta*

Digitized by Google

et vixdum satis percurato vulnere, ad Victumvias
10 ire pergit obpugnandas. Id emporium a Romanis
Gallico bello fuerat munitum. inde locum frequen-
taverant adcolae mixti undique ex finitimis populis;
et tum terror populationum eo plerosque ex agris
11 compulerat. Hujus generis multitudo, fama inpigre
defensi ad Placentiam praesidii accensa, armis ad-
12 reptis obviam Hannibali procedit. Magis agmina,
quam acies, in via concurrerunt; et, quum ex al-
tera parte nihil, praeter inconditam turbam, esset,
in altera et dux militi, et duci fidens miles, ad tri-
13 ginta quinque millia hominum a paucis fusa. Poste-
ro die, deditione facta, praesidium intra moenia
accepere; jussique arma tradere quum dicto paruis-

Lov. 4. et 5. Praeterea *procurato vulnere* Harl. et Hav. Malc. *Percurare* hoc sensu inlustrat Gronov. ad Senec. Ep. 94. De similibus scribarum erroribus v. ad 9, 10, 7.

Ad Victumvias ire pergit obpugnandas] *ad Victummas* Lovel. 3. *ad Victúnias* Hav. *ad Vinctunias* Ber. V. supra hoc lib. ad c. 45, 3. *To ire* omittitur in Ber. *ad Victumvias oppugnandas ire pergit* Flor.

§ 10. *Et tum terror populationum eo plerosque ex agris compulerat*] Invenitur in Pal. tert. *ex agris pepulerat.* GEBH. *et cum terror populationum* Lov. 4. et Hav. *et cum terror populantium* Ber. *et tunc terror populationum* Gaertn. qui etiam *in eo*, addita praepositione, praefert. Hinc *compulerit* Lovel. 4. Paullo ante *frequentaverunt* Lovel. 4. et 5.

§. 12. *Magis agmine, quam acie, in via concurrerunt*] Pal. tert. *occurrerunt.* GEBH. Put. *agmina, quam acies.* Recte. Sic 25, [34, 9.] *Agmina magis, quam acies, pugnabant: superior tamen, ut in tumultuaria pugna, Romanus erat.* Etsi 29, [36, 4.] *Agminibus magis, quam acie, pugnatum est. Romani pulsi, et tumultu verius, quam pugna*, etc. J. FR. GRON. Consentit etiam Flor. *occurrerunt* in nullo meorum inveni. Id autem ex errore librarii natum puto. V. ad Livii 36, 24, 4. Verum *concurrē*, sive *concurrere*, est in Gaertner, *concurrunt* in Lovel. 4. 5. et Ber.

Et duci fidens miles, ad triginta quinque millia hominum a paucis fusa] Pal. tert. exhibet *ad XXXV. millia a paucis fusa.* GEBH. *hominum sunt a paucis fusa* Hearnii N. a m. 2. *duci miles fidens* Flor. Lovel. 4. Hav. et edd. vett. *miles duci fidens*

Digitized by Google

sent, signum repente victoribus datur, ut tamquam vi captam urbem diriperent. neque ulla, quae in 14
tali re memorabilis scribentibus videri solet, praetermissa clades est: adeo omnis libidinis, crudelitatisque, et inhumanae superbiae editum in miseros est exemplum. Hae fuere hibernae expeditiones Hannibalis.

LVIII. Haud longis inde temporibus, dum into- 1
lerabilia frigora erant, quies militi data est: et ad 2
prima ac dubia signa veris profectus ex hibernis, in Etruriam ducit, eam quoque gentem, sicut Gallos Liguresque, aut vi aut voluntate adjuncturus. Transeuntem Apenninum adeo atrox adorta tem- 3
pestas est, ut Alpium foeditatem prope superaverit.

Lov. 3. Paullo ante *dux militum*, pro *militi*, Hearnii N. in margine.

§. 13. *Postero die, deditione facta, praesidium intra moenia accepere: jussique arma tradere quum*] Pal. tert. exhibet *intra moenia accepere, arma tradere jussi*. GEBH. *accepere, arma tradere jussis* Rec. *accepere, jussi arma tradere* Hav. Quatuor autem prima verba exsulant ab Hearnii D. Mox *quum edicto paruissent*, pro *dicto*, Ber. et Hafn. V. ad 9, 14, 2. Praeterea vocula *vi* deficit in Voss. Lovel. 1. et Gaertn. quae facillime elidi potuit ab ultima litera vocis proximae *tamquam* ob ductuum similitudinem. V. ad 10, 46, 11.

§. 14. *Praetermissa clades est*] *clades praetermissa est* Ber. *praetermissa cladis est* Gaertn. quomodo et alibi hoc vocabulum casum rectum in Mstis format. V. ad 4, 9, 10. 5, 52, 7. 10, 35, 3. c. 47, 6. et 22, 42, 9. Similia aliarum vocum exempla v. ad 4, 25, 3. Hic tamen uni illi cod. fidem abrogandam censeo. Mox in *miseros exemplum*, omisso medio verbo *est*, Hav. *in miseros exemplum est* legit Flor. Insuper *Haec fuere hibernae expeditiones* Lovel. 3. Ber. et Gaertn. Sed v. ad 2, 44, 12. *Hae fuerunt* Hav. et editiones ante Aldum.

§. 1. *Haud longis inde temporibus*] Suspicor *Haud longi inde temporis*. J. FR. GRON. *Haud longe inde temporibus* est in Harl. et Rec. Gronovii conjecturam probat etiam Crevier. *temporibus* pro *temporis* eodem fere errore, quo *penatibus* pro *penatis*. V. ad 22, 8, 7.

§. 2. *Aut vi aut voluntate adjuncturus*] *adjungiturus* praeferunt Flor. Voss. Lovel. 1. et Harl.

§. 3. *Transeuntem Appenninum adeo atrox adorta tempestas est*]

Digitized by Google

Vento mixtus imber quum ferretur in ipsa ora, primo, quia aut arma omittenda erant, aut contra enitentes
4 vortice intorti adfligebantur, constitere: dein, quum jam spiritum includeret, nec reciprocare animam
5 sineret, aversi a vento parumper consedere. Tum vero ingenti sono coelum strepere, et inter horrendos fragores micare ignes. capti auribus et oculis

Vet. lib. *Transeuntem autem Appenninum*. SIG. Voculam *autem* Sigonio intrusam ejiciunt Pall. tres, quorum auctoritate delendam quoque censeo. GEBH. Particulam, Sigonii additamentum, omnibus bonis libris ignoratam, resecui. J. FR. GRON. Eamdem particulam ex meis solus exhibet Hav. solus ex Hearnii Mstis N. a m. 2. Optime itaque Gronovius expunxit. V. supra hoc lib. c. 40, 21. Ceterum *tempestas adorta est* omnes edd. usque ad Jac. Gronovium, qui ordinem mutavit. Ei adsentiuntur Flor. Cant. Voss. et Lovel. 1. *tempestas orta est* legunt Hafn. et Gaertn. Mox *feritatem prope superaverit*, pro *foeditatem*, primae edd. *Foeditas*, et *foedus* passim de tempestatibus usurpantur. 23, 34, 16. *Classis, foeda tempestate vexata, ad Baliares dejicitur*. 25, 7, 7. *Tempestates foedae fuere*. 29, 18, 5. *Classis postero die foedissima tempestate lacerata, omnesque naves in litora nostra ejectae sunt*. 38, 2, 5. *Ibi unum diem foeda tempestate retentus*. 40, 2, 3. *Tempestas fastigia aliquot templorum a culminibus abrupta foede dissipavit*. Sed *foeditatem pene superaverit*, pro *prope*, Lovel. 4. et 5. Ita alibi variant scribae. V. ad 1, 14, 4. hoc lib. c. 61, 9. Epit. Liv. 24. et viros doctos ad Sueton. Ner. 51. *prope foeditatem superaverit* Flor.

Vento mixtus imber quum ferretur in ipsa ora etc.] Silius meus MS. quo nihil melius probiusque, [3, 520.]

— — — *haurit hiatu*
Nix resoluta viros, altoque a culmine praeceps
Umenti (vulgo *Viventes*) *turmas operit delapsa ruina.*
Interdum adverso glomeratas turbine Corus
In media ora nives fusseis agit horridus alis.
Aut rursum immani stridens avulsa procella
Nudatis rapit arma viris, (vulgo *Audacis rapit arma viri*) *volvensque per orbem*
Contorto rotat in nubes sublimia flatu.

MOD. *imber conferretur in ipsam oram* Hafn.

Contra enitentes vortice intorti adfligebantur, constitere] V. Gronov. 4. obs. 8. DUK. *contra eminentes* Ber. Alibi haec verba a scribis commutari, observat Cel. Burm. ad Suet. Calig, 15. *contra enitentes vertices intorti* Hav. *contra enitentes vertices contorti* Ber. *contra eminentes vortices contorti* Hafn. *contra enitentes vertice intorti* Flor. Voss. Lovel. 3. 4. 5. Harl. et Gaertner. Tum *confligebantur* Lovel. 3. et 4. Male. De verbo *adfligere*, v. Lambin. ad Horatii 2. satyr. 2,

Digitized by Google

metu omnes torpere. Tandem, effuso imbre, quum 6
eo magis accensa vis venti esset, ipso illo, quo de-
prehensi erant, loco castra ponere necessarium vi-
sum est. Id vero laboris velut de integro initium 7
fuit. nam nec explicare quidquam, nec statuere
poterant: nec, quod statutum esset, manebat, om-
nia perscindente vento et rapiente. et mox aqua le- 8

79. et quae notavi ad Silii 1, 674. Deinde *consistere* Ber.

§. 4. *Deinde, quum jam spiritum intercluderet, nec reciprocare animam sineret*] Pall. codd. triga, et vetus ed. *dein*, *cum jam spiritum includeret*. Longe rectius. nam intercluso spiritu omnes periissent. GEBH. *dein* Cl. Jac. Gronovius in contextum Livii recepit. Et ita Flor. Cant. Voss. et Lovel. 1. V. ad 3, 3, 6. Deinde *spiritum includeret* etiam Flor. Lovel. 4. 5. Ber. Gaertner. Hav. et, ut Crevier. testatur, Put. Similiter etiam omnes edd. antt. usque ad Mogunt. unde *intercludere* Aldus in erratis et reliqui recentiores adoptarunt. Alteram omnium MSS. lectionem esse, et Jovianum Pontanum, ea verba citantem in dialogo, qui inscribitur Actius, ita legisse, Gronovius infra monet ad 26, 5, 11. Eam itaque lectionem recepi ob tot codd. auctoritatem, non ob rationem a Gebhardo datam. Nam *intercludere spiritum* interdum quidem eo modo sumitur, ut inde mortem insecutam indicetur. Ita 40, 24, 7. *Injectis tapetibus in caput faucesque spiritum intercluserunt*. Sed non semper. Sane non infra eodem 40, 16, 1. *Dicenti haec lacrymae simul spiritum et vocem intercluserunt*. Solent autem *includere* et *intercludere* in Mstis commutari, ut exemplis Gronov. d. l. docuit. Eadem varietas etiam supra obcurrit 2, 2, 8. Deinde *receptare animam* Gaertn. invitis reliquis libris. Mox *a vento aversi* Ber. *aversi vento* Lov. 4.

§. 5. *Capti auribus et oculis metu omnes torpere*] Pall. pr. et tert. *captis auribus*. sed sec. *capti auribus et oculis omnes metu*, rescisso verbo *torpere*. GEBH. *captis auribus et oculis* Flor. Cant. Voss. Lovel. 3. 4. 5. Harl. Ber. Gaertn. Rec. Hav. et Hearnii Oxonn. Tum *metu* deficit in Rec. *corpore*, pro *torpere*, legit Hav.

§. 7. *Nec, quod statutum esset, manebat, omnia perscindente vento et rapiente*] *nec, quod statum esset*. GEBH. De errore hoc scribarum v. ad 23, 35, 12. Tum *proscindente vento* Lovel. 3. *persuadente vento* Hafn. Deinde *ac rapiente* Lovel. 4. *et repente* Gaertn. Paullo ante *Id vero laboris velut de integro initum fuit*, pro *initium*, Harl. qui et *neque explicare*, pro *nec*.

§. 8. *Aqua levata vento, quum super gelida montium cacumina concreta esset*] Scripsimus alibi, veteres existimasse, cornices crocitantes pluviam suo cantu vocare: et arcum eos credidisse suis cornibus aquam haurire. Videntur etiam censuisse, ventos grassantes impetu suo aquam e ter-

Digitized by Google

vata vento, quum super gelida montium juga concreta esset, tantum nivosae grandinis dejecit, ut, omnibus omissis, procumberent homines, tegmini-
9 bus suis magis obruti, quam tecti. tantaque vis frigoris insecuta est, ut, ex illa miserabili hominum jumentorumque strage quum se quisque adtollere ac levare vellet, diu nequiret, quia, torpentibus rigo-
10 re nervis, vix flectere artus poterant. deinde, ut tandem agitando sese movere ac recepere animos, et

ra et fluminibus sursum in nubes tollere et levare: qua ex opinione scriptum est hoc a Livio. TURNEB. 27. Advers. 11. Put. et Reg. *gelida montium juga.* cujus alterum haud dubie interpretamentum. J. FR. GRON. Similiter etiam Flor. et Cant. Praeterea *aqua levato vento* Lov. 1. 3. 4. Hafn. Rec. Gaertn. et Hav. cum multis edd. vett. Deinde *conjecta esset* Hearnii N. in marginc. in cujus D. vox *concreta* omittitur, et pro *esset* legitur *essent*; quod posterius etiam praeferunt Lovel. 1. 4. Harl. Ber. et Hearnii L. 1.

§. 9. *Tantaque vis frigoris insecuta est*] *tanta vis frigoris* Lovel. 4. et 5. *tantaque frigoris vis* Lovel. 3. Hinc *secuta est* Ber. Sed passim *insequi* pro sequi usurpatur. Infra 28, 22, 14. *Vetus miles vaede primorum insequentes subpressit.* Et ita passim *insequens annus* est sequens. *est insecuta* Gaertn.

Se quisque adtollere ac levare vellet] Put. *extollere* J. FR. GRON.

Torpentibus rigore nervis vix flectere artus poterant] *torrentibus rigore* Flor. et Voss. Similitudo literarum *r* et *p* librarios in errorem conjecit. V. ad 23, 1, 6. *rigentibus rigore* Gaertn. *torpentibus frigore* Lovel. 4. Hafn. et Rec. Eodem modo *rigere* et *frigere* in Mstis commutantur. V. Cortium ad Plinii 5, 20, 4. et viros doctos ad Sueton. Aug. 66. Et ita Mstum Sangerm. legit apud Colum. 9, 6. *Nec hieme frigent, nec candent aestate;* ubi vulgo editur *rigent.* Hic autem nihil mutandum, quia mox praecessit *tantaque vis frigoris.* Tum *nervis suis flectere* Flor. a m. 1. pro quo manus 2. in margine emendavit *nervis vix flectere.* Utraque lectione simul juncta *nervis suis vix flectere* legit Cant.

§. 10. *Ut tandem agitando sese movere ac recipere animos*] Vos (quasi mendosa scriptura sit) mutastis *recipere* in *recepere*, opinantes esse praeteriti temporis *movere*, cum sit infinitum, aut referendum ad illud *coeptus est*, ut sit, *sese movere ac recipere animos coeptum est*, aut accipiendum pro *movebant.* Ite (*l. Ite nunc*) et me reprehendite, tanquam nescientem tali infinitivo uti, qui vos hoc ipsum doceo. Taceo mille in locis vestrum in orthographia errorem. VALLA. Genuina lectio mihi deprehensa est in Pal. pr. et editionum prima, quam et judicio Vallae

Digitized by Google

raris locis ignis fieri est coeptus, ad alienam opem quisque inops tendere. Biduum eo loco, velut ob- 11
sessi, mansere. multi homines, multa jumenta, elephanti quoque ex his, qui proelio ad Trebiam facto superfuerant, septem absumti.

LIX. Degressus Apennino retro ad Placentiam 1
castra movit, et ad decem millia progressus consedit. postero die duodecim millia peditum, quinque equitum adversus hostem ducit. Nec Sempronius 2

adprobatam, post modo inspectis ipsius emendationibus, vidi: *ut tandem agitando sese movere ac recipere animos.* elegantissime, ut in superioribus prolixe admonui. GEBH. *agitando sese movere ac recipere animos* Flor. Lovel. 1. Ber. Gaertn. Hav. Hearnii N. et edd. vett. neque aliter Lovel. 4. et 5. nisi quod *se* pro *sese* praeferant. *recepere* primum obvium fuit in Mediol. ed. anni 1505. hinc in Ascensianis anni 1513. et 1516. Mogunt. apud Aldum in erratis, et postea in reliquis omnibus. *ut tandem agitando sese movere coepere animos* solus legit Lovel. 3.

Raris locis ignis fieri est coeptus] *fieri ignis est coeptus* Lovel. 5. *ignis fieri coeptus est* Lov. 4. Mox *inops quisque tendere* Ber. *quisque tendere inops* Lovel. 4. *ad alienam opem quisque tendere inops suae* Lov. 5.

§. 11. *Elephanti quoque ex his, qui proelio ad Trebiam facto superfuerant*] Polybius 3, 74. auctor est, elephantos omnes, uno excepto, proelio ad Trebiam absumtos, et c. 79. eo deinde Annibalem, ex hibernis in Etruriam proficiscentem, per paludes vectum fuisse. De itineribus Annibalis post pugnam ad Trebiam quoque non eadem scribunt Livius c. 58. et seqq. hujus libri, et 22, 1. et 2. Polybius 3, 77. et seqq. et Cornelius Nepos in Annib. 4. quae apud illos legi, et conferri inter se possunt. DUK. *superfuerunt* Hav. Paullo ante *multi milites*, pro *homines*, Lovel. 5.

§. 1. *Degressus Apennino*] *Digressus* Flor. Voss. Lovel. 1. 3. 4. 5. Harl. Ber. Gaertn. Hav. Hearnii N. cum omnibus edd. usque ad Gronov. qui anno 1665. *Degressus* recte vulgavit. V. ad 4, 17, 11.

Ad decem millia progressus consedit. postero die duodecim millia peditum] *ad quinque millia progressus Hannibal consedit* Hav. Mox *quinque millia equitum* Gaertn. et Hav. Male. V. ad 31, 34, 7. Tum *adversum hostem* Lovel. 4. et 5. V. ad Epit. Liv. 47. Ceterum verba *postero die duodecim* etc. *bina castra fuere* omittuntur in Hearnii L. 1. ob neglegentiam librarii, cui errandi caussa fuit vocum *postero die* repetitio. V. ad 9, 11, 11.

§. 2. *Detrectavit certamen*] *detractavit* Lovel. 1. 5. et Ber. V. ad 34, 15, 9. Paullo ante *jam cum redierat a Romae* Gartn. unde

Digitized by Google

consul (jam enim redierat ab Roma) detrectavit certamen: atque eo die tria millia passuum inter bi-
3 na castra fuere. Postero die ingentibus animis, vario eventu, pugnatum est. primo concursu adeo res Romana superior fuit, ut non acie vincerent solum, sed pulsos hostes in castra persequerentur; mox ca-
4 stra quoque obpugnarent. Hannibal, paucis propugnatoribus in vallo portisque positis, ceteros confertos in media castra recepit, intentosque signum ad

conjici poterat *jam tum rediérat*. Voculae enim *cum* et *tum* passim commutantur. V. ad Epit. Liv. 48. circa finem. Quum tamen omnes reliqui *τὸ enim* servent, potius arbitror *eñ*, id est *enim*, et *cū*, id est *cum*, ob literarum similitudinem commutari. *rediérat Roma* Ber. et Hav.

§. 3. *Sed perculsos hostes in castra persequerentur, mox castra quoque obpugnarent*] Vet. lib. *pulsos hostes*. SIG. Nihil immutat prisca ed. At Pall. tres *pulsos hostes*. GEBH. Sigonius *pulsos*, et confirmant nostri. Voss. *sed solos hostes*, cujus in margine *fusos*. J. FR. GRON. *pulsos* etiam omnes mei, praeter Voss. cujus lectionem Gronovius recensuit, et Gaertn. qui *post hostes* praefert. *et pulsos hostes* habet Lovel. 5. Tum *prosequerentur* Lovel. 3. V. ad Epit. Liv. 99. Hinc *moxque castra obpugnarent* Ber. *mox castra obpugnarent* Gaertn. Paullo ante *ingentibus animis varioque eventu*, addita copula, Ber. qui idem omittit *τὸ fuit*.

§. 4. *Confertos in media castra recepit*] *confectos in media castra* Hav. qualem varietatem habuimus supra 6, 13, 4. (* 34, 46, 9.) *in media valle* edd. antt. Tum *recipit* Lovel. 5. quod verbum deest in Hafn.

§. 5. *Postquam nulla spes erat potiundi castris*] *spes erat potiundis castris* Ber. quod dictum foret ad exemplum eorum, de quibus egi ad 3, 46, 2. At, reliquis pro vulgato stantibus, verius arbitror, librarium ita per errorem scripsisse, et quidem errorem ex eo fonte profluxisse, quem indicavi supra ad 6, 3, 8. *Τὸ erat* deest in Voss. quae eadem vox supra hoc §. omittitur in Harl. Verum ibi alio ordine *nona ferme hora diei erat* legit Lovel. 3. *nona diei ferme hora erat* Lovel. 4. *nona ferme diei erat hora* Gaertn.

§. 6. *Laxatamque pugnam et recesssum a castris vidit*] Velim legi *et ire cessim a castris*. LIPS. 1. Epist. Quaest. 9. Interpolandum amicus noster Lipsius putabat, faciendumque ex eo *ire cessim*. Neque nescio ego, ita dictum a Justino meo [2, 12.] *Aut si hoc parum tutum existat, vos commisso proelioste cessim, inhibete remos, et a bello discedite*. Sed cum vulgata lectio non incommoda tamen sit, et in eam consentiant omnes cum veteres, tum novi libri, nihil muto. MOD. Lipsius *ire cessim*. quod non ne-

Digitized by Google

erumpendum spectare jubet. Jam nona ferme diei 5
hora erat, quum Romanus, nequidquam fatigato
milite, postquam nulla spes erat potiundi castris,
signum receptui dedit. Quod ubi Hannibal accepit, 6
laxatamque pugnam et recessum a castris vidit, ex-
templo equitibus dextra laevaque emissis in hostem,
ipse cum peditum robore medius castris erupit. pu- 7
gna raro ulla magis saeva, et cum utriusque partis
pernicie clarior fuisset, si extendi eam dies in lon-

cessarium existimat Modius, neque in ullo vidi codd. MSS. aut excusorum. GEBH. Sic [*et recessum a castris*] omnes: et non necesse est cum Lipsio *ire cessim a castris*. J. FR. GRON. *recessum a castris* tuentur etiam omnes mei. Insuper *lassatamque pugnam* Lovel. 4. et Hav. V. ad 10, 5, 6. Vox *pugnam* non adparet in Lovel. 1.

Ipse cum peditum robore de his castris erupit] Quid est *de his castris?* Nihil juvant libri. Audacter tamen legendum adfirmo, *ipse mediis castris*. Nam ita Livius rem narrat superius, *Annibal, paucis propugnatoribus in vallo portisque positis, ceteros confertos in media castra recepit*. LIPS. 1. Ep. Quaest. 20. Lipsii conjecturae eo lubentius accedo, quod in veteri Moguntina editione reperio *ipse de iis castris*. quae scriptura ab emendatione propius abest. MOD. *de his castris erupit* etsi habeant omnes scripti, nisi quod quidam *iis*, tamen certum est, corruptum esse pro *mediis castris*, ut vidit Lipsius. Nam et Put. *Diis*. Malim tamen *medius*, ut referatur ad dextra laevaque emissos pariter castris equites, quorum ipse cum peditibus erat medius. J. FR. GRON. *de his castris* etiam omnes mei, nisi quod voces *de his* desint in Lovel. 5. Praeterea *robore peditum* Lovel. 4. 5. et Ber. quorum posterior paullo ante etiam habebat *laeva dextraque*.

§. 7. *Pugna raro ulla magis ea et cum utriusque partis pernicie clarior fuisset*] Vos tollitis *ea*. ego muto in *saeva*. Opinor enim *s*, quae ultima est in *magis*, fecisse, ut sequens *s* excideret, sicut factum est in illo superiore [c. 36, 1.] *rectis ac si istud*, pro *rectis saxis*. VALLA. Pall. pr. ac tert. scriptura congruit cum illa, quam ante bina secula profligavit Valla: itaque non necessum est eam revocare. Sed sec. *pugna raro magis ulla cum utriusque partis pernicie clarior fuisset*. Turbavit correctores, quod τὸ *magis* cum τῷ *clarior* comparatum hic Livio esset. Ast adnotavi talem quoque junctionem 5, 16, 2. *Nec intra muros magis quietiora negotia esse*. Ita Plautus dixit Aulul. 3, 2, 8.

Ita fustibus sum mollior miser magis, quam ullus cinaedus.

et Menaechm. Prol. v. 55.

Magis majores nugas egerit.

Sic infra 23, 10, 13. audacter sua-

8 gum spatium sivisset. Nox accensum ingentibus animis proelium diremit. itaque acrior concursus fuit, quam caedes; et, sicut aequata ferme pugna erat, ita clade pari discessum est. ab neutra parte sexcentis plus peditibus, et dimidium ejus equitum cecidit.
9 Sed major Romanis, quam pro numero, jactura fuit: quia equestris ordinis aliquot, et tribuni militum quinque, et praefecti sociorum tres, sunt interfecti.

Secun-

su Pall. trium, et vett. edd. reposui, *Nusquam magis malle, quam in regno ejus, vivere.* et 26, 49, 8. *Venisse enim in populi Romani potestatem, qui magis beneficio, quam metu, obligare homines malit.* GEBH. Laurentii Vallae commentum, [*pugna raro ulla magis saeva*] et Mediolani primo receptum. Nam Andreas *pugna raro magis ulla ea, et cum utriusque.* Quicum consentiunt duo Pall. Tertius et Voss. *raro magis ulla cum utriusque.* Gud. *raro magis ulla ea cum.* Sed Florent. *raro magis ulla ea utriusque.* Unde certum habeo, scribendum: *pugna raro magis dubia et utriusque partis pernicie clarior fuisset.* J. FR. GRON. *raro magis ulla ea cum utriusque* Lovel. 3. 4. Harl. Ber. et Hav. *raro magis ulla ea de caussa utriusque* Gaertn. *raro magis ulla, et ea cum utriusque* Lovel. 5. *raro magis ulla ea utriusque* Cant.

Si extendi ea dies in longum spatium quivisset] Mutatis *quivisset*, in *sivisset*, quia quidam codices habent *si extendi eam.* Si vero scribendum est *ea dies*, ut est apud codices alios, nihil ista mutatione opus est. VALLA. Tolerabilius Valla *ea dies.* Sed quia omnes boni libri *si extendi eam dies*, non cessavi *to quivisset* mutare in *sivisset*, quod et veteres nonnulli habent, et voluerant illi, quos Valla incessit, memor etiam id verbum saepe vitiatum in Livio. Put. *spatium uisset.* Forte *sisset.* J. FR. GRON. *si extendi ea dies* etc. *quivisset*, Lovel. 3. 5. Ber. Hafn. Rec. Hav. et Hearnii N. cum edd. Rom. anni 1472. ac Parm. *extendi illa dies* etc. *quivisset* Gaertn. *si extendi eam dies* etc. *quivisset* Flor. Cant. Voss. Lov. 1. 4. Harl. et Hearnii N. quorum ultimus in margine habet *eam diem.* Nihil propius video, quam ut cum Gronovio legamus *si extendi eam dies in longum spatium sivisset*, vel *sisset.* Similes enim contractiones apud Livium frequentissimae sunt. Vs ad 3, 18, 6. *si extendi a die* etc. *quivisset* pessime ediderunt Mediol. anno 1480. et postea omnes reliqui usque ad Gronov.

§. 8. *Ita clade discessum est*] Vet. lib. *ita pari clade discessum est.* SIG. Vocem *pari* in nulla ed. deesse vidi, quam in ipsius Sigonii. Reliquae priores omnes habent *clade pari*: quo ordine constanter Msti etiam legunt. Paullo ante *acrior fuit concursus* Flor.

Ab utraque parte sexcentis

Digitized by Google

Secundum eam pugnam Hannibal in Ligures, Sem- 10
pronius Lucam concessit. Venienti in Ligures Hannibali per insidias intercepti duo quaestores Romani, C. Fulvius et L. Lucretius, cum duobus tribunis militum, et quinque equestris ordinis senatorum ferme liberis, quo magis ratam fore cum his pacem societatemque crederet, traduntur.

LX. Dum haec in Italia geruntur, Cn. Cornelius 1
Scipio, in Hispaniam cum classe et exercitu missus,

plus peditibus] Omnes scripti *ab neutra parte*. J. FR. GRON. Non dissentiunt vel mei, vel Hearnii Oxon.

§. 9. *Tres sunt interfecti*] Medium verbum a librario ortum habet. Supervacuum profecto est et radit aures. GRUT. Omnes tamen codd. uno ore defendunt. Nimium in fingendis glossis fuisse Gruterum, saepe dictum est. V. infra ad 23, 34, 15. Paullo ante *quam numero*, omissa praepositione, Harl. Supra 7, 8, 1. *Multiplex quam pro numero damnum est*. 9, 27, 13. *Majus, quam pro numero, auxilium advenerat*. hoc lib. c. 29, 2. *Proelium atrocius, quam pro numero pugnantium, editur*. 33, 18, 13. *Majus aliquanto proelium, quam pro numero edidere pugnantium*. Et saepe alibi. Deinde *jactura erat*, pro *fuit*, Lovel. 5. Hinc voces *ordinis aliquot* desunt in Lovel. 3. Tandem *et ex tribunis militum* legit Hav.

§. 10. *Quinque equestris ordinis senatorum ferme liberis*] Vox *equestris* non adparet in Lovel. 4. Paullo ante *Lucaniam*, pro *Lucam*, Ber. Deinde *Veniente in Ligures Hannibale* Flor. a m. 2. sed tamen antiqua.

Quo magis ratam fore cum his pacem societatemque crederet, traduntur] Sensus est, Venienti in Ligures Annibali quaestores tribunique Romani intercepti a Liguribus traduntur, quo ipse ratam magis societatem cum Liguribus crederet contra Romanos, quos tanta injuria affecissent. SIG. *ratam cum his fore* Lovel. 3. Deinde *crederent* Flor. Voss. Lovel. 1. Harl. Ber. et Rec. quomodo dedisse videntur, quod etiam numero plurium sequatur *traduntur*. V. ad 6, 3, 8.

§. 1. *Cn. Scipio in Hispaniam cum classe et exercitu missus*] Put. *Cn. Cornelius Scipio*. J. FR. GRON. Ita et Flor. Cant. et Lovel. 1. ac 5. Deinde *cum classe missus* Voss. *cum exercitu et classe missus* Lovel. 3.

§. 2. *Emporiis adpulisset classe*] Alii *classem* in accusandi casu emendarunt. Caeterum Livius *Emporias* foeminino genere usurpat, ut l. 28. in oratione Fabii adversus Scipionem [c. 42, 3.] et 34, [9, 1.] urbem eam describit, postquam Cato in Hispanias venit. Quare paullo post hic legendum [c. 61, 4.] *Emporias cum classe redit*. non *Emporia*. etiamsi Graeci Ἐμπόρειον dicant, nominatim Strabo in tertio [p. 159. et 160.] GLAB. *Emporium*

Digitized by Google

2 quum, ab ostio Rhodani profectus, Pyrenaeosque montes circumvectus, Emporiis adpulisset classem, 3 exposito ibi exercitu, orsus a Lacetanis, omnem oram usque ad Iberum flumen, partim renovandis societatibus, partim novis instituendis, Romanae 4 ditionis fecit. Inde conciliata clementiae fama, non ad maritimos modo populos, sed, in mediterraneis

vocat Polybius [3, 76.] πρὸς τοὺς κατὰ τὸ καλούμενον Ἐμπορεῖον τόπους. Item Strabo l. 3. SIG. Ἐμπόριον numero singulari vocat Steph. Byz. ea voce. Inter eos, qui, *Emporiae* numero multitudinis extulerunt, numerat Marca in Marc. Hisp. 2, 18. Polybium, Livium, Melam, Plinium, et Silium Italicum. De reliquis convenit, praeterquam de Polybio. Nisi enim loci Polybiani interpretatio Graeca eum deceperit, ubi Polybius *Emporiae* numero plurali usurparit, nondum inveni. Ejus loco producere potuisset Ptolemaeum 2. Geogr. 6. Ceterum *Temporis*, pro *Emporiis*, legunt Flor. Voss. Cant. et Lov. 1. *Temporiis* Lovel. 3. *Emporis* Harl. *Emporio* Hav. *appulisset classem* autem omnes codd. et pleraeque edd. pro qua *classe* inveni in Mediol. anni 1480. et quibusdam aliis. De ea locutione supra v. ad 8, 3, 6. Hic tamen *classem* verius esse, codd. consensus evincit. Paullo ante *Pyrenaeos montes circumvectus*, omisso τοῦ que, Lovel. 4. et 5.

§. 3. *Orsus a Lacetanis usque ad Iberum flumen*] Vet. lib. *orsus a Lacetanis omnem oram usque ad Iberum flumen*, etc. SIG. Delendae sunt istae voculae *omnem oram* auctoritate Pall. MSS. et vetustae ed. temere a Sigonio intrusae. GEBH. *omnem oram* addidit Sigonius: ego haud memini, me usquam reperisse. Nec necessario requirit oratio, si cogites τὰ *partim*, *partim* poni eo sensu, quo *alia*, *alia*, vel *alios*, *alios*. V. 3. Obs. 2. J. FR. GRON. *ortus a Lacetanis* Rec. (* v. ad 31, 40, 6.) *orsus a Laceranis* Lovel. 3. et Hafn. *orsus a Lacetenis* Lovel. 1. Doujatius legendum docet *a Laletanis*. Laletanos enim, qui a Ptolem. 2, 6. *Laeetani*, et a Strabone 3, 159. *Leetani* vocantur, fuisse populum ad mare situm; Lacetanos autem in mediterraneis regionibus coluisse a Pyrenaeo ad Iberum, quem etiam v. supra hoc lib. ad c. 23, 2. sed inprimis Marcam in Marca Hispan. 2, 13. et 23. qui tamen posteriori loco existimavit, Livium Lacetaniae nomine hic et cap. seq. intellexisse totum illum tractum terrarum, qui ab Ausetanis Iberi *adcolis* pertinebat usque ad fauces Galliae Narbonensis et Hispaniarum. Ceterum voces a Sigonio additae *omnem oram* desunt quidem in multis meorum codd. et, ut Hearnius testatur, in Oxon. supersunt tamen in optimis Flor. ac Cant. ut et in Lovel. 1. 3. ac Ber. unde eas ex contextu Livii ejicere non sustinui; praesertim quum nec exempla, a Gronov. in Obs. laudata, per omnia plane conveniant. In verbis sequentibus *nobis instituendis* legit Flor. a m. 1. V. infra ad 28, 41, 10.

§. 4. *Societas etiam armorum*

Digitized by Google

quoque ac montanis, ad ferociores jam gentes valuit: nec pax modo apud eos, sed societas etiam armorum, parata est: validaeque aliquot auxiliorum cohortes ex iis conscriptae sunt. Hannonis cis Iberum provincia erat: eum reliquerat Hannibal ad regionis ejus praesidium. itaque prius, quam alienarentur omnia, obviam eundum ratus, castris in con- 5

parata est] Cl. Ant. Perisonius ad oram Livii adscripsit, se vix dubitare, quin dederit Livius *parta est*. Et ita exstat in Gaertn. et Hearnii N. Saepissime autem librarios voces *partus* et *paratus* inter se commutasse, vidimus ad 5, 6, 1. Ita *amicitia meritis parta* infra 42, 46, 6. Paullo ante *conciliata clementiaeque fama* Flor. a m. 1. Voss. Lov. 1. Gaertn. et Hav. Sed copulam sensus respuit. Hinc igitur probatur, quod Cl. Jac. Gronov. Diss. epist. in Livii loca quaed. Geogr. ep. 2. p. 15. observat, codd. Livii in hac ejus parte saepissime turbare copulativa *que* vel addenda, vel auferenda. corrúptius *dementiaeque* Harl. literis *cl* perperam in *d* coalescentibus. Contrario exempio *clementia*, pro *dementia*, supra datum erat 8, 5, 7.

§. 5. *Hanno nonniscis Iberum in provincia erat. eum reliquerat Hannibal ad regionis ejus praesidium*] Ridiculum pene est, quod dicam, plurima Livii exemplaria ita habere; quum haud dubie legendum sit *Hannonis cis Hiberum provincia erat*. SABELL. Nemo est, qui non sit quaesiturus nomen hujus regionis, in qua Anno erat; quod ipsum librariorum vitio praetermissum est, illud est in vet. lib. *Anno non inscius in Iberi provincia erat*. Idque historiae veritas quaerit. SIG. Lectio *Hannoni cis Iberum provincia erat* est debita uni e Palatinis codicibus; quam recepi sua sede, exturbata vulgari, quae habebat *Hanno non inscius erat*. illo enim sine dubio melior est. neque multum recedunt Pall. ceteri, et editiones primae: *Hannonis cis Iberum provincia erat*. quae etiam ferri potest, utpote praestantior ea, quae postremis evulgata fuit. GRUT. *Hannoni cis Iberum provincia erat* Pall. sec. cui fere subscribit vetusta ed. *Hanno cis Hiberum in provincia erat*. At Pal. pr. *Hanno non inscius trans Hiberum in provincia erat* tert. vero *Hanno non inscius in Iberia provincia erat*. Vulgatam lectionem subnixam auctoritate Pal. sec. nolui sollicitare. GEBH. Hic locus exempio sit, ut saepe in liquidis etiam et planis, quae sancta esse debebat, vetustas vexetur. Andreas dedit *Hanno nonniscis Hiberum in provinciam erat*. Tarvis. *Hanno nonniscis Iberum in provincia erat*. Duae Venetae *Hanno Hannonis cis Iberum provincia erat*. Beccar. denique, Aldus, Juntas, Ascensius, Saveter. *Hannonis cis Iberum provincia erat*. Sic exortam veritatem obnubilarunt Moguntiaci, inducentes *Hanno non inscius erat. eum reliquerat*. quod expresserunt Frobenius, Gryphius, Curio, et caeteri, etsi Sigonius interim tentasset *Anno non inscius*

Digitized by Google

6 spectu hostium positis, in aciem eduxit. nec Romano differendum certamen visum: quippe qui sciret, cum Hannone et Hasdrubale sibi dimicandum esse; malletque adversus singulos separatim, quam ad-

in Iberi provincia erat. donec Gruterus revocaret, quod editur. Sed liber optimus et Vossiani margo *Hannonis.* J. FR. GRONOV. Priscae edd. quarum lectiones Gronovius recensuit, duplicem lectionem, quae in Livii codd. reperiebatur, quodammodo jungere, ac simul exprimere voluisse videntur, *Hanno cis Iberum in provincia erat,* et *Hannonis cis Iberum provincia erat.* Sed et codd. variant. *Annon insciens Hiberum provincia erat* legit Flor. a m. 1. *Anno non insciens* a m. 2. *Hanno non insciens erat* Cant. *Hanno tamen inscius Iberum provincia erat* Voss. in contextu. *Hannonis cis Iberum provincia erat* in margine. *Hanno non inscius Hiberum provincia erat* Lovel. 1. 5. et Harl. *Hanno non inscius Iberia provincia erat* Lovel. 3. *Hanno non inscius Iberi in provincia erat* Lovel. 4. et Gaertn. *Hanno non inscius Iberi provincia* Ber. *Hanno non inscius inhiberi provincia erat* Hav. *Hanno non inscius in Hiberi provincia erat* Hearnii N, *Hanno non Hiberi istius in provincia erat* ejusdem D. *Hanno in cis Hiberum provincia erat* Exc. Pithoei. At jam Sabellicus veram lectionem vidit, quae etiam Gronovio placuit. Insuper *cum reliquerat eum Hannibal* Gaertn. Paullo post *ita priusquam,* pro *itaque,* Harl. V. supra hoc lib. ad c. 53, 7. Hinc *obviam ejusdem,* pro *eundum,* Cant. Deinde *in conspectū hostium positis* Gaertn.

§. 6. *Quam adversus duos simul rem gerere*] *rem gerere simul* Ber. *Tò simul* exsulat a Lovel. 3. In praecedentibus *malleque,* pro *malletque,* Flor. Voss. Lovel. 5. et Gaertn. qui ultimus etiam praefert *dimicandum fore,* pro *esse.*

§. 7. *Atque ipse dux militum cum aliquot praesidiis capitur, et Scissum*] Fatuum hic *dux militum:* nec *praesidia* occupantur acie, sed obsidio vel oppugnatione. Put. *atque ipse dux cum aliquod principiis capiuntur, et Scissis.* Nec aliter optimus Etruscorum. *aliquod* pro *aliquot,* et *principiis* pro *principibus* errores sunt librarii. De iisdem 22, [21, 7.] *Celtiberi, qui principes regionis suae legatos miserant, obsidesque dederant.* Et 29, [3, 2.] *Quibus culpam in auctorem belli Indibilem ceterosque principes conferentibus.* Regulos Hispaniae intellige. Polybius [3, 76.] Ζωγρέια δὲ τόντε Καρχηδονίων Ἄννωνα καὶ τὸν τῶν Ἰβήρων Ἀνδοβάλην. Frequens autem illud genus mendi cum alibi, tum in optimo cod. observavimus. Sic 22, 30, 4. *Exercitusque his tuis,* pro *exercitibusque.* 23, 4, 1. *Jam omnis concedentibus.* Eodem, c. 7, 1. *Pacem cum eo conditionis fecerunt.* 25, 9, 5. *Terroremque late agrestis injecisse.* 27, 2, 8. *Recentibus animis corporisque.* 29, 2, 2. *Junctis et ipsi exercitus.* Et saepius. Salmasius ad Trebellium Pollionem [in XXX Tyrann. c. 10.] p. 302. retinet *principiis,* et *principia* intelligit principales milites. Sed nec Livii aevo sic loquebantur, nec Romani sunt hi, verum Poeni et

Digitized by Google

versus duos simul, rem gerere. Nec magni certa- 7
minis ea dimicatio fuit. sex millia hostium caesa, duo capta cum praesidio castrorum. nam et castra expugnata sunt, atque ipse dux cum aliquot princi-

Hispani. Nec debuit attribuere codici *capitur*, quum in eo sit *capiuntur*. *Dux cum principibus capiuntur*, ut [Virgil. 1. Aen. 292.]

— — *Remo cum fratre Quirinus*
Jura dabunt.

Ovidius 5. Fast. [329.]

— — *consul cum consule ludos*
Postumio Laenas persoluere mihi.

Noster 10, 15, 12. *L. Volumnius de plebe cum Ap. Claudio consul est factus, priori item consulatu inter se comparati.* Ubi etiam dubito, an non fecerit Livius *consules fiunt.* V. ad M. Senecam [3. controv. 13.] J. FR. GRONOV. Lectionem, quae ante Gronovium obtinebat, servant Lovel. 3. 4. 5. Harl. Ber. Rec. Gaertner. et Hav. *cum aliquot praesidiis capitur* Hafn. et Hearnii D. et N. *cum aliquot principibus capitur* Lovel. 1. *cum aliquot principiis capitur* Exc. Pithoei. *ipse dux cum aliquot principiis capitur* Flor. a m. 1. *cum aliquot principibus capitur* a m. 2. et Cant. In excerptis ex Vossiano nihil notatum video; quem tamen per omnia lectionem a Gronovio revocatam servasse, vix verisimile videtur. Salmas. non tantum loco a Gronovio laudato, sed insuper de Milit. Rom. 18, 1424. legendum putat *ipse dux militum cum aliquot principiis capitur.* et *principia* exponit vel milites principales, vel principes, id est, tribunos vel ordinum primorum ductores. Sed recte Gron. docuit, *principiis* errore librarii in optimo cod. pro *principibus* scriptum esse: quomodo non tantum ejus, sed et omnium aliorum codd. librarii passim lapsi sunt. Ita *corporis* pro *corporibus* 2, 20, 6. *populationis* pro *populationibus* c. 30, 9. *certaminiis* pro *certaminibus* c. 42, 8. *levis* pro *levibus* 7, 32, 5. *necessitudinis* pro *necessitudinibus* 8, 3, 3. *municipiis* pro *municipibus* c. 14, 2. *praediis* pro *praedibus* 5, 55, 3. *artificiis* pro *artificibus* 7, 2, 6. *ferocioris* pro *ferocioribus* 27, 30, 5. *omnis* pro *omnibus* 29, 29, 4. *triumphantis* pro *triumphantibus* 30, 15, 12. *superioris* pro *superioribus* c. 31, 2. *insidiantis* pro *insidiantibus* 34, 49, 10. *praetoriis* pro *praetoribus* 38, 42, 5. *perduellis* pro *perduellibus* c. 50, 3. *judiciis* pro *judicibus* 39, 6, 5. *libidinis* pro *libidinibus* 40, 4, 6. *fustis* pro *fustibus* Epit. Liv. 57. V. insuper ad 33, 1, 2. 42, 33, 1. 45, 29, 7. et c. 32, 6. Quin et contrario modo peccarunt librarii. Ita *penatibus* dederunt pro *penatis.* V. ad 22, 8, 7. Elegans autem genus loquendi *dux cum principibus capiuntur.* Ita supra 1, 59, 11. *Exsulesque esse juberet L. Tarquinium cum conjuge ac liberis.* 26, 46, 8. *In quam Mago cum omnibus armatis refugerant.* 42, 20, 5. *Taurum cum quinque vaccis uno ictu fulminis exanimatos.* 45, 28, 11. *Filiam cum filio adeitos.* V. etiam ad 82, 25, 9. 37, 12, 6. et ad Epit. Liv. 73. Terent. in Heaut. 3, 1, 64.

Digitized by Google

pibus capiuntur: et Scissis, propinquum castris
8 pidum, expugnatur. Ceterum, praeda oppidi
pretii rerum fuit; supellex barbarica, ac
9 mancipiorum. castra militem ditavere; non ejus
do exercitus, qui victus erat, sed et ejus, qui
Hannibale in Italia militabat, omnibus fere
rebus (ne gravia impedimenta ferentibus essent
tra Pyrenaeum relictis.

Syrus cum illo vestro consusurrant.

Sallust. Catil. 43. *Lentulus cum ceteris constituerunt.* Adde Gron. infra ad 22, 21, 4. in Syllog. Epist. a Cel. Burm. editarum tom. 3. Epist. 169. Burmann. ad Seren. Samon. v. 203. viros doctos ad Flor. 3, 10, 8. Cortium ad Sallust. Jug. 101. et Voss. 7. Gramm. 3. Paullo ante *millia hominum*, pro *hostium*, est in Ber. V. ad 23, 37, 11. Praeterea *nam castra*, omisso medio *et*, Ber. V. ad 2, 44, 2.

Et Stissum, propinquum castris oppidum, expugnatur] *Cissam* vocat Polybius [3, 76.] ἀντιστρατοπεδευόδντων ἀυτοῖς περὶ πόλιν προσαγορευομένην Κίσσαν. Veteres libri habent *Scissum*. SIG. Pal. sec. et vet. ed. *Scissum*. Reliqui duo codd. *Scissis*. GEBH. *Scissis*, quae Polybio est Κίσσα, non est in Put. modo, sed in Petav. Reg. Men. Florentinis, duobus Pall. Voss. immo omnibus, quos adhibuimus. Et sic finiebant pluscula vocabula Hispaniae urbium, *Anitorgis*, *Oringis*, *Meningis*, *Iliturgis*. Quare frustra est Sigonius, cum ad 26, [17, 4.] necessario vult *Iliturgi* scribi, quia Priscianus id numeret inter nomina neutra, quae finiunt in *i*, et sunt ἄπτωτα. Nam eorundem nominum quae in *is* quoque foemin nere desinunt, ut *sinapi*, pis. Et omnes illic habent *Iliturgis*. Sic et 24, 41, 8. *Ginienses Illityrgin* oppugn re, Put. et Petav. *melior*, vulgo *Illiturgum*. J. FR. GRÜ *et Stissum* primi ediderunt gunt. et Aldus inter errata. Pr res excusi habent *et Scissum* quod etiam superest in Harl. *Scissium* Rec. *et Scise* Ber. *fusis* Hearnii L. 1. *et Scisci* Ber. *et Scissis* Cant. Lovel. 1. 3. Hafn. Gaertn. et Hearnii S. D. Doujatius vocabulum corruptum esse existimat ex *Sidelis* quod Lacetanorum oppidum Ptolem. memorat 2, 6. vel legendum esse *et Lyssa*, quod oppidum erat ad Sicorim. In situm hujus oppidi inquirit etiam Marca 2. Marc. Hisp. 24. Praeterea *oppugnatur* Cant. V. supra ad c. 57, 6.

§. 9. *Sed et ejus*, qui cum *Hannibale in Italia militabat*, *sed etiam ejus* Hav. V. ad 21, 47, 9. Hinc *in Italiam militabat* Harl. V. ad Epit. hujus libri.

Circa Pyrenaeum relictis] Vet. lib. *citra*. SIG. Ita et Flor. Cant. Voss. Lov. 3. 4. Harl. pluresque alii; quomodo etiam Freinshem.

Digitized by Google

LXI. Priusquam certa hujus cladis fama accideret, transgressus Iberum Hasdrubal cum octo millibus peditum, mille equitum, tamquam ad primum adventum Romanorum obcursurus, postquam perditas res ad Scissim amissaque castra accepit, iter ad mare convertit. Haud procul Tarracone classicos milites navalesque socios, vagos palantesque per agros, (quod ferme fit, ut secundae res neglegentiam cre- 1 2

legendum conjecit ad Curtii 4, 14, 16. V. supra hoc lib. ad c. 48, 6.

§. 1. *Priusquam certa hujus cladis fama accideret*] Ita primus edidit Frob. anno 1535. Priores praeferunt *fama accederet*; quod servant Lovel. 3. 5. Hafn. Ber. Rec. et Gaertn. Sed v. supra hoc lib. ad c. 10, 12.

Transgressus Iberum Hasdrubal cum octo millibus peditum mille equitibus] Pall. 1. et 2. ac vetus ed. *mille equitum*. Miror ab sciolis immutatum. GEBH. Put. Etrusc. Regius, Voss. cum duobus Pall. et Andrea *mille equitum*. J. FR. GRON. Sic in Justino 31, 3. *Decem millia peditum et mille equites poscebant*. plerique Msti Bongarsii, duo in Var. Lect. Cl. Burmanni, et scriptus Academiae Duisburgensis habent *mille equitum*, quod merito probat Bernegg. DUK. Ita et Cant. ac plerique mei, uno vel altero excepto, omnesque Hearnii, nec non et edd. Rom. anni 1472. ac Parm. Ita supra 7, 16, 9. *Mille jugerum agri possideret*. Pariter *mille equitum* 28, 3, 2. 27, 38, 11. et 42, 55, 7. *mille peditum* 21, 52, 9. et 33, 14. [?] *mille sagittariorum ac funditorum* 22, 37, 8. *mille hominum* 24, 41, 10. et 43, 23, 2. *mille armatorum* 25, 24, 1. *mille Macedonum* 33, 14, 4. *mille talentûm* 37, 1, 5. ubi alia vide. Adde, quae notantur ad 5, 26, 5. *et mille equitum* est in Lov. 4.

Ad primum adventum Romanorum obcursurus] *ad* hic significat tempus. V. Gronov. ad Senec. 4. de Benef. 6. *occurrere* autem in tempore venire. V. Gronov. ad Seneo. 2. Controv. 11. DUK. *concursurus* Lovel. 1. V. ad 36, 24, 4.

Postquam perditas res amissaque castra accepit] Omiserunt mentionem oppidi, cui modo nomen reddidimus: *perditas res ad Scissim amissaque*. Ita enim Put. Flor. Regius. J. FR. GRON. Ita et in Cant. fuisse videtur. *amissa castra* sine copulante particula habet Harl.

§. 2. *Haud procul Tarracone classi milites navalesque socios*] Vos emendastis pro *classi*, *classis*, supraque scripsistis minutis literis has duas dictiones *ubi erat*. quasi sic obscure loquatur Livius, ut duo verba subaudiri oporteat: cum sic emendandum esset, *classicos milites*. VALLA. *Haud procul Tarraconem* Lov. 4. *Haud procul a Tarracone* Harl. Deinde *classicos*, ut Valla emendat, servant Flor. Cant.

Digitized by Google

ent) equite passim dimisso, cum magna caede, ma-
3 jore fuga ad naves compellit. nec diutius circa ea
loca morari ausus, ne a Scipione obprimeretur,
4 trans Iberum sese recepit. Et Scipio, raptim ad fa-
mam novorum hostium agmine acto, quum in pau-
cos praefectos navium animadvertisset, praesidio

Voss. Lov. 1. 2. 5. Gaertn. aliique. Sed, ea voce in duas divisa, *classi consules milites* legit Lov. 4. *classi consulis milites* Harl. *classe consulis milites* Lov. 3. *ubi erat classis classicos milites* Ber. *ubi erat classis consulis milites* Hav. *erat classis consules milites* Hafn. *Classici milites* etiam infra memorantur 26, 48, 12. *Stare hinc legionarios milites, hinc classicos.* ab aliis saepius *classiarii* vocantur. ab his distinguuntur *socii navales*, ut supra c. 50, 3. *Ut sociis navalibus adfatim instructam classem, ita inopem milite habebat.* Per eos autem plerumque intelliguntur remiges et nautae; licet interdum hoc nomine etiam milites classici indicentur. V. Scheff. 2. de Milit. Nav. 3. Mox *socios palantes per agros* Haverk. Male. 7, 17, 8. *Multos populatores agrorum vagos palantes obpressit.* 10, 20, 5. *Vagos praedatores in agros palantes excipiant.* 23, 42, 12. *Obprimere populatores nostros vagos, sine signis, palatos.* 33, 15, 6. *In vagos palatosque per agros hostes inpetum fecerunt.*

Quod ferme fit, ut secundae res negligentiam creent] Malim *creant.* Quasi diceret, quia videlicet secundae res negligentiam creant. T. FABER. Sed ita quodammodo supervacua erunt illa *quod ferme fit.* DUK. *creant*, ut Faber conjecit, etiam Voss. et Lovel. 2. Sed vulgatum adversus eum defendit quoque Doujatius. *quod ferme sit* Lovel. 5. V. ad 5, 3, 8. Tum *neglegentiam* Flor. V. ad 2, 11, 4. In sequentibus *equite admisso* Lovel. 4. 5. Quid sit *admittere equum*, supra vidimus ad 2, 19, 6. Id tamen ne hic probemus, tum sensus prohibet, tum auctoritas optimorum codicum. Deinde *magna caede et majore fuga* Lovel. 4. *magna caede, majoreque fuga* Gaertn. Frustra.

§. 4. *Raptim ad famam novorum hostium agmine acto*] Vet. lib. *accito.* accivit autem agmen Scipio classicorum militum et navalium sociorum, quos vagos palantesque per agros Asdrubal oppresserat, ut in paucos praefectos animadverteret. SIG. Revocavi lectionem trium Pall. [*agmine acto*] nam Sigonius substituerat ex uno suo *accito.* quod non exputo, cur praeponi debeat nostrae trigae. GRUT. Sigonii liber *accito*, quod ignorant nostri codd. GEBH. *agmine aucto* Hearnii L. 1. sollemni et passim obvio scribarum errore. V. ad 1, 32, 3. c. 37, 1. c. 43, 7. c. 56, 9. 3, 22, 1. 4, 2, 2. 8, 17, 11. c. 23, 12. 9, 38, 9. 10, 46, 6. 21, 26, 1. c. 31, 12. et alibi. Similiter etiam *actor* et *auctor* commutari, supra vidimus ad 1, 26, 5. Nihil mutandum hoc loco. Pessime etiam hic versatus est Sigonius. Non enim Scipio, ut credidit, classicorum militum et navalium sociorum agmen ad se

Digitized by Google

Tarracone modico relicto, Emporias cum classe rediit. Vixdum digresso eo, Hasdrubal aderat: et, 5 Ilergetum populo, qui obsides Scipioni dederat, ad defectionem inpulso, cum eorum ipsorum juventute agros fidelium Romanis sociorum vastat. Excito 6 deinde Scipione hibernis, toto cis Iberum rursus

accivit, ita enim classem praesidio destitutam hostibus opportunam reddidisset, sed ipse, raptim agmine acto, ad eos profectus, quum in paucos praefectos navium animadvertisset, et modicum Tarracone praesidium reliquisset, cum classe Emporias rediit. Locutionem *raptim agere agmen* ipse Sigonius Livio restituit, ac Gronovius inlustravit infra 26, 9, 3.

Quum in paucos praefectos paululum animadvertisset] Quid est hoc *paululum animadvertisset?* Non sic Latini. dixisset potius *leviter, modice, clementer.* quid, quod et historia repugnat? Nam Polybius eandem rem tangens 3, [76.] auctores fugae et acceptae cladis more patrio ait punitos. *τοὺς αἰτίους τῶν συμβεβηκότων*, inquit, *κατὰ τοὺς παρ' αὐτοῖς ἐθισμοὺς κολάσας.* Nec ignotus in talibus delictis militiae mos. Planissime igitur scribendum *palam animadvertisset.* LIPS. 1. Epist. Quaest. 12, Pall. tres *quum in paucos refectos.* GEBH. Lipsius *palam.* Put. *PAVIUM*, hoc est, *navium*, nam de illis agitur. 23, [26, 4.] *In ipso impetu movendarum de integro rerum, perculit eum praefectorum navium transitio.* J. FR. GRON. *paulum animadvertisset* Flor. et Cant. (* Cel. Burm. legendum conjicit *paulum severius animadvertisset.*)

Modico relicto, Emporias cum classe rediit] *modico reliquo* Cant. Eaedem voces etiam alibi commutantur. Vide Gudium ad Phaedri 1, 31, 13. et quae infra notantur ad 22, 51, 1. Dein *Emporia* Flor. Cant. Lov. 4. 5. Harl. Ber. Gaertn. Vatic. Latinii, et quaedam edd. vett. *Emptoria* Voss. et Lovel. 1. *Emptoriam* Hav. *Temporia* Lov. 5. *Emporiam* Hearnii N. *Emporium* edd. Rom. anni 1472. ac Parm. V. ad cap. praec. §. 2.

§. 5. *Et Illergetum populo*] *et ille argentum populo* Flor. Cant. et Lovel. 1. ac 4. *et Ilergetum populo* Gaertn. *et Ilargetum populo* Lovel. 3. *et Illargetum populo* Lovel. 5. Mox *quasi obsides*, pro *qui obsides*, Lovel. 4.

§. 6. *Excito deinde Scipione hibernis, stoicosis Tarracone Iberum rursus cedit. Agros Scipio*] Vetus codex *stoicohis* habet. Sed neutrum, ut ingenue fatear, intelligo. Verum haud omnino absurdum sit, si quis *hosticosis* legat ab eo, quod *hosticum* sit, quod et inpacatum. Nam hiberna illa ob incursus hostium fuerant inquietissima. SABELL. Cum *stoicosis* omnino corrupte legatur, quidam ex nostris professoribus adscripsit in margine, vide, ne legendum sit *hosticosis.* Sed, praeterquam quod sensus inest nullus, quis verbum hoc, nisi barbarus, admittat? Nos vero, multo studio, sed et pari labore, perquisitis veteribus exemplaribus, cum tandem incide-

Digitized by Google

cedit agro. Scipio, relictam ab auctore defectionis Ilergetum gentem quum infesto exercitu invasisset, compulsis omnibus Athanagiam, urbem (quae
7 caput ejus populi erat) circumsedit: intraque dies paucos, pluribus quam ante obsidibus imperatis,

rimus in illud, quod in coenobio Divi Johannnis a viridibus Patavii custoditur, sic legendum asserimus: *Excito deinde Scipione hibernis, hostis cis Tarraconem Iberum versus cedit.* ut sit sensus: Cum audisset Hasdrubal, hibernis excitum Scipionem, statim ille, qui Iberum trajecisset, et citra Tarraconem cum exercitu tunc esset, Scipionis adventum haud ferens, Iberum versus cedit. Aliter nec verborum structura, nec sensus quadrat. BAPT. EGNATIUS Racemat. c. 5. - Ita [*hostis cis Tarraconem, Iberum rursus redit*] veteres habent codices: quae lectio placet, si recte intelligatur, quod hostis Hasdrubal, qui cis Tarraconem una cum Ilergetibus, qui et ipsi cis Iberum sunt, socios Romanorum vexabat, adventu Scipionis perterritus rursus ad Iberum redit. Nam Tarraconem versus eum cessisse, ubi praesidium erat Romanorum, vix intelligitur: quanquam hoc quidam ita emendarunt, temere, meo quidem judicio. GLAR. Hunc locum [*hostis cis Iberum Tarraconem versus cedit*] vitiosum notat Glareanus, probatque, ut ita legatur: *hostis cis Tarraconem Iberum rursus cedit.* neque Livii sententiam assequitur, quae vetusta in lectione continetur, ita: *Excito deinde Scipione hibernis, toto cis Iberum rursus cedit agro. Scipio relictam ab auctore defectionis Ilergetum gentem cum infesto exercitu invasisset*, etc. Quod enim ait, *toto cis Iberum rursus cedit agro*, recte ait: quia paulo ante idem Asdrubal trans Iberum se receperat: post autem, digresso ab Tarracone Scipione, reversus est: tum excito hibernis Scipione, toto rursus cessit agro. Quia vero trans Iberum Asdrubal se receperat, propterea ait: Ilergetum gentem, quam ad defectionem sollicitaverat, ab auctore defectionis Asdrubale relictam fuisse. Nam Ilergetes cis Iberum sunt. „ † Recte hic Glareanus dubitavit, quod „ex vetusto exemplari Sigonius „ostendit. " † SIG. Pal. sec. *stoicosis Ilergetum cedit agro.* Pr. vero et tert. *stoicosis Hiberum rursis cedit. Agros Scipio* etc. Vet. ed. *Tarraconem cis Hiberum rursus redit. Agros.* Evolvatur monstro suo Pal. sec. lectio, extrahatur aliquid, quod profecto volet Livius sibi esse genuinum. Mox statim tert. *relictos ab auctore defectionis et Ilergetum gentem.* GEBH. *Exacto deinde Scipione hibernis* Hafn. Tum *stoicosis Hiberum rursus caedit agros* Flor. a m. 1. *versus cedit* a m. 2. *stoicosis Iberum rursus cedit agros* Cant. Voss. Lovel. 1. Harl. et Gaertn. neque differt Lovel. 5. nisi quod *sorsus*, pro *rursus*, legat. *stercosis Iberum rursus cedit agros* Lovel. 4. *stationibus Hibero rursus cedit* Rec. *toto cis Iberum rursus cedit agro* Ber. et Hafn. neque aliter etiam Hav. nisi quod vocem *cis* omittat. *rursus* itaque, pro quo Gron. anno 1665. *rursum* dederat, in contextum revocavi.

Compulsis omnibus Athana-

Digitized by Google

Ilergetes, pecunia etiam multatos, in jus ditionemque recepit. Inde in Ausetanos prope Iberum, socios et ipsos Poenorum, procedit: atque, urbe eorum obsessa, Lacetanos auxilium finitimis ferentes nocte, haud procul jam urbe, quum intrare vellent, 8

giam, urbem (quae caput ejus populi erat) circumsedit] Firmat huic oppido suum nomen ed. vetus. Pall. tres *Atanagrum*. GEBH. Primo duae priores voces exsulant ab Exc. Pithoei. Hinc *Atanagrum* legunt Hearnii N. Exc. Pithoei, Voss. Lovel. 3. 4. Hafn. et Flor. a m. 1. *Adtanagrum* a m. 2. *Attanagrum* Harl. Gaertn. et Hearnii D. *Attanagium* Lovel. 5. *Atanagium* Rec. *Attanagiam* edd. Rom. anni 1472. ac Parm. *Athanagram* Hav. *Athanagrum* Cant. Ber. et Brancal. Latinii. Si verum est, quod suspicatur Marca 2. Marc. Hisp. 26. hanc urbem esse, quae etiam Ilerda vocatur, eamque Ligures Salyos, quibus Graeci Massilienses permixti erant, a se expugnatam quasi *Athanasiam* Graeca voce, sive inmortalitatem vocasse, vulgatam *Athanagiam* servandum erit. Deinde *quae caput populi ejus erat* Lovel. 3. *quae caput hujus populi erat* Gaertn. *urbem (caput ejus populi erat) circumsedit* Exc. Pithoei. quod non displiceret, si plures ac certiores codd. consentirent. V. ad 22, 46, 9. Tandem *obsedit* Ber. *circumdedit* Lovel. 4. V. Cel. Burmann. ad Suet. Calig. 48.

§. 7. *Pecunia etiam multatos in jus ditionemque recepit*] Reperitur in Pal. sec. *in jus ditionemque suscepit*. GEBH. *multos* Harl. et Flor. a m. 1. *multatos* a m. 2. V. ad 2, 52, 4. Tum *in jus deditionemque* Voss. Lov. 1. et Hafn. Passim hae voces commutantur. V. ad 26, 21, 17.

§. 8. *In Ausetanos prope Iberum*] *Ansetanos* Voss. et Hav. *Ansatanos* Lovel. 1. *Ausetanos* Lovel. 3. *Ausitanos* Lovel. 4. *Inde jam Lusetanos* Hafn. Doujatius, praetexens Ausetanos nulla ex parte Iberum adtigisse, *Cosetanos* scribendum esse conjicit. Quamvis enim Cosetanorum caput Tarraco fuerit, Scipionum opus, opinatur tamen, forte aliquem illorum angulum inter Tarraconem et Iberum tunc a Romanis defecisse. Sed ut Ausetanos hoc loco prope Iberum, ita eos haud procul Ibero sitos esse dicit infra 39, 56, 1. *Haud procul flumine Ibero in agro Ausetano proelia secunda cum Celtiberis fecit*. Hinc Marca 2. Marcae Hisp. 9. Ausetanos Plinii alio loco, quam Ausetanos Livii, sitos esse statuit, et hos quidem Ibero vicinos fuisse ex ipsa Livii narratione ac serie rerum gestarum ostendit.

Haud procul jam urbe, quum intrare vellent, excepit insidiis] Omnes tres Pall. *haud procul jam urbem*. GEBH. *procul jam urbem* etiam Flor. Lovel. 3. 4. 5. Gaertn. Hav. Hearnii N. et priscae edd. usque ad Ascensium, qui anno 1513. primus *urbe* dedit. Etiam alibi *πρὸ procul* cum casu quarto in Mssis construitur. V. ad 7, 39, 7. 9, 32, 5. e. 41, 14. hoc cap. §. 2. 27, 42, 14. 28, 5, 5. Dubitat Vossius 6. Gramm. 22. utrum accusativum adsciscat. Posset tamen hoc loco *urbem* regi non a *procul* sed a verbo sequenti *intrare*. Et ita sensit librarius Ber.

Digitized by Google

9 excepit insidiis. Caesa ad duodecim millia: exuti pene omnes armis, domos passim palantes per agros diffugere; nec obsessos alia ulla res, quam iniqua
10 obpugnantibus hiems, tutabatur. triginta dies obsidio fuit: per quos raro umquam nix minus quatuor pedes alta jacuit: adeoque pluteos ac vineas Romanorum operuerat, ut ea sola, ignibus aliquoties
11 conjectis ab hoste, etiam tutamentum fuerit. Postre-

qui dedit *haud procul, quum jam urbem intrare vellent.* Deinde *excipit insidiis* Lovel. 4. Paullo ante *urbem eorum obiressa* Flor. *urbem eorum obires* Cant. *urbe eorum absessa* Lov. 5. Tum *Laceranos* Lov. 4. *Lacedones* Lovel. 5.

§. 9. *Caesa ad duodecim millia, exuti pene omnes armis*] *Caesa duodecim millia* Lov. 3. et Ber. a m. 1. Tum *exuti prope omnes* Flor. V. supra hoc libro c. 58, 3. Mox *obsessos alios ulla res* Rec. *obsessos ulla alia res* Lovel. 3. Tum *tutatur* Lov. 4. et 5.

§. 10. *Raro umquam nix minus quatuor pedes alta jacuit*] *raro umquam vix minus quatuor pedes nix alta jacuit* Hearnii N. a m. 2. *raro nix umquam minus* Ber. a m. 1. *raro nix minus* a m. 2.

Adeoque pluteos ac vineas Romanorum operuerat, ut ea sola] *adeo pluteas ac vineas* Lov. 3. *adeoque pluteas et vineas* Lov. 4. *adeoque plateas et vineas* somniant Voss. et Hearnii N. *adeoque platras ac niveas* Hav. *Td sola* deficit in Voss. Lovel. 1. et Hearnii D. atque N. a m. 1.

§. 11. *Viginti argenti talentis pacti deduntur. Tarraconem in hiberna reditum est*] Pall. pr. et tert. *pacti deducuntur Tarraconem. in hiberna reditum est.* GEBH. Ita et Flor. Cant. Lovel. 3. Harl. et Hearnii D. et N. a m. 1. *pactis deducuntur Tarraconem* Voss. Lovel. 1. et Gaertn. Praeterea *viginti talentis argenti* Ber. et Gaertn. Hinc *in hiberna reductum est* Ber. et Hafn. Paullo ante vero Ausetanorum princeps vocatur *Amusicus*, pro *Amusitus*, in Flor. Voss. Lovel. 5. Ber. Gaertn. et Hearnii N. *Amusicius* in ultimi cod. marg. et Hav. *Armisicus* in Lovel. 4. et 5. *Amuscus* in Harl. *Amulicus* in Hafn.

§. 1. *Romae autem et circa urbem multa ea hieme prodigia facta*] Pall. tres *Romae aut circa urbem.* ut refert quoque vetus ed. GEBH. Put. Men. Voss. tres Pall. Andreas *Romae aut circa urbem.* Melius foret *Romae et circa.* J. FR. GRON. *Romae aut circa urbem* etiam omnes mei, et Hearnii codd. neque aliter edd. principes. Postea pro *aut* datum est *auf* sive *autem*, quam lectionem in Ven. ed. anni 1498. et paucis proximis vidi. Mogunt. demum dederunt id, quod vulgo exstitit, et recte a Gronov. ejectum est. Ejus autem conjectura *Romae et circa* firmatur loco Obseq. de Prodig. c.

Digitized by Google

mo quum Amusitus princeps eorum ad Hasdrubalem profugiſſet, viginti argenti talentis pacti deduntur. Tarraconem in hiberna reditum eſt.

LXII. Romae aut circa urbem multa ea hieme 1
prodigia facta: aut (quod evenire solet, motis semel in religionem animis) multa nunciata, et temere credita sunt: in quis ingenuum infantem seme- 2
ſtrem in foro olitorio triumphum clamaſſe: et foro 3

112. *Romae et circa fulmine pleraque decussa.* Similiter N. Heinsius ad Vell. Pat. 1, 3. legendum conjicit *Romae aut circa multa* etc. *Tò circa* saepe absolute sine casu poni vidimus ad 9, 2, 7. Verum invitis libris id non recipio. Supra 1, 38, 1. *Collatia et quidquid circa Collatiam agri erat, Sabinis ademtum.* ubi etiam Gronov. vocem *Collatiam* ex conjectura delebat. 36, 14, 12. *Proërnam inde recepit, et quae circa eam castella erant.* Hic quoque *τὸ eam* Gronovio displicebat. 39, 25, 3. *In controversiam autem veniebant Philippopolis, Tricca, Phaloria et Eurymenae, et cetera circa eas oppida.* V. plura ad locum medium notata. Mox *motis semel religione animis* Ber. *motis in religionem animis* Hearnii D. Insuper *temere creduntur*, pro *credita sunt*, Lovel. 3.

§. 2. *In queis ingenuum infantem semestrem in foro olitorio triumphum clamasse*] *in quis* Flor. pluresque alii codd. et edd. V. quae notavi ad Silii 1, 13. Adde plenius de hac scribendi ratione agentem Cortium ad Sall. Jugurth. 80, 5. Verum duae hae voces desunt ab Lovel. 1. reliquis omnibus invitis: contra quinque posteriora vocabula exsulant ab Cant. quae intercidisse credo ob repetita mox *et foro.* Ceterum idem prodigium refert etiam Valer. Max. 1, 6, 5. verum id *in foro boario* accidisse narrat. quum autem proxime apud Livium sequatur *et in foro boario*, errorem hunc ipsius Valerii in exscribendo oscitantia admissum esse suspicatur Jac. Periz. ad eum locum; Torren. vero ex Msti unius vestigiis *olitorio*, pro *boario*, legendum suspicatur. Denique vir doctus in Observ. Miscell. tom. 5, 201. et hic et apud Valer. Max. *Io triumphe* scribendum conjicit. priorem enim vocem *Io* elisam esse ab ultimis literis praecedentis; ea vero exemta, *triumphe*, quod per se idoneum sensum non efficere credebatur, in *triumphum* mutatum esse: pluribusque deinde formulam hanc insustravit. quibus adde simile prodigium ab infante nondum nato editum infra 24, 10, 10. *Infantem in utero matris in Marrucinis Io triumphe clamasse.* Codd. tamen, quibus usus sum, omnes constanter in vulgatum conspirant.

§. 3. *Et foro boario bovem in tertiam contignationem sua sponte escendisse*] *et in foro* Gaertn. et Hav. quod non displiceret, si gravioris auctoritatis codices idem servarent, ut tan-

Digitized by Google

boario bovem in tertiam contignationem sua sponte escendisse, atque inde tumultu habitatorum ter-
4 ritum sese dejecisse: et navium speciem de coelo adfulsisse, et aedem Spei, quae est in foro olitorio, fulmine ictam: et Lanuvii hastam se commovisse: et

to magis adpareret causa, cur superiora verba in cod. Cant. intercederint; qui hic pro *et foro* legit *in foro*. Tanto magis autem id probarem, quia Livium praepositiones repetiisse supra docui ad 6, 28, 6. Deinde, quum hic bolim *scandisse* ederetur, Gronovius *escendisse* substituit, quod se Put. auctoritate fecisse supra testatur ad 2, 28, 6. Optimo autem huic cod. etiam Flor. consentire ex ejus excerptis disco. Videri potest litera prima intercecepta esse ab ultima vocis praecedentis. V. ad 2, 44, 6.

§. 4. *Et navium speciem de coelo adfulsisse*] *affulxisse* Lovel. 4. *affluxisse* Ber. et Hafn. quomodo et alibi errarunt librarii. V. supra ad 9, 10, 2. Infra 23, 32, 7. et ad Silii 2, 131. *effulsisse* Harl. V. infra ad 43, 13, 3. *offulsisse* legendum conjicit Cel. Burm. ad Quinctil. Declam. 9, 7. V. quae de hoc verbo notantur ad Silii Ital. 13, 114. Mox *quae in foro olitorio*, omisso *τοῦ est*, Cant. Lovel. 1. et Harl. cum multis ex primis edd. *quae est in foro olitorio* Flor. Lovel. 3. 4. 5. Ber. Gaertn. et Hav. cum ed. Rom. principe, Rom. anni 1472. ac Parm. quod secutus sum.

Et Lavinii hostiam se commovisse] Satis constat, ut supra monui [ad 6, 2, 8.] *Lanuvii* esse legendum, et paullo post [hoc cap. §. 8.] *Lanuvium*, quia ibi Juno Sospita. inde *hastam* se moviſſe, non *hostiam*, verosimilius est Livium scripsisse. quod hostia mota sit, in prodigiis numquam, quod sciam, est legere, sed hastam. Idem auctor alibi [24, 10, 10.] Hastam Martis Praeneste motam pro prodigio nunciatum. Quod Junoni fuerit hasta, Homerus et alii demonstrant. Idem Livius alibi [40, 19, 2.] *Pontifices hastas motas nunciavere, et Lanuvii simulachrum Junonis Sospitae lacrymasse*. SABELL. Voculam *et* non agnoscit Cant. Tum *Lanuvi*, sive *Lanuvii*, Flor. Cant. Voss. Harl. et Lovel. 1. 2. Reliqui cum Brancal. Latinii *Lavinii* legunt, quod non sine ratione Sabellico displicuit propter Junonis mentionem, proximis verbis factam: Junonem enim sub nomine Sospitae, non Lavinii, sed Lanuvii cultam esse. V. etiam Sigon. ad 8, 13, 5. Urbium autem *Lanuvii* et *Lavinii* nomina saepissime in Mstis commutari, supra docui ad 3, 29, 6. Deinde *hostiam* tantum non omnes codices mei et Hearnii D. servant. Recte tamen pro eo *hastam* Sabellicum substituisse puto. V. infra ad 40, 19, 2. Mox *pulvinari*, pro *pulvinario*, Lovel. 3.

§. 5. *Hominum species procul candida veste visas, nec tamen illis congressos*] Vet. lib. alii, *nec tamen cum illis congressos*. alii, *nec tamen cum ullo congressos*. SIG. Pall. tres, et vet. ed. *hominum specie procul candida veste visos, nec tamen ullos congressos*. GEBH. Omnes ante Gryphium, *multis locis hominum specie candida veste vi-*

Digitized by Google

corvum in aedem Junonis devolasse, atque in ipso pulvinario consedisse: et in agro Amiternino multis locis hominum specie procul candida veste visos, nec cum ullo congressos: et in Piceno lapidibus pluisse; et Caere sortes extenuatas: et in Gallia lupum

sos, nec cum ullo congressos. Neque mutandum fuit. Ita loquitur religionis et *ἐυφημίας χάριν*, non ausus certo nomine, quicumque fuerint, ignarus appellare; ne peccaret: caeterum intelligi potest *Daemonas aërios*, genios vel *nescio quos.* Notum est illud *si Deus, si Dea.* Sic l. 1. de Aenea [c. 2, 6.] *Situs est, quemcumque eum dici jus fasque est, super Numicium flumen: Jovem Indigetem appellant.* Alioquin et noster l. 24, [10, 10.] *Hadriae aram in coelo, speciesque hominum circa eam cum candida veste visas esse.* J. FR. GRON. *hominum species visas* non primus Gryphius, sed jam ante Frob. anno 1535. recepit. quod unus ex meis Hafn. servat. unus item Hearnii N. *hominum species visos* Ber. et Hav. *hominum speciem visos* Lovel. 5. Rec. et Gaertner. reliqui *hominum specie visos.* Insuper *procul a candida veste* Harl. Deinde non etiam Gryphius *nec tamen illis congressos* primus dedit; sed jam prior idem Froben. anno 1535. admiserat: quum editt. principes ad eum usque *nec tamen illos congressos* exhibuissent. *nec cum illos congressos* habet Flor. Cant. Voss. Lovel. 1. et Harl. *nec tum illos congressos* Lovel. 4. *nec tam illos congressos* Hafn. *nec tamen illos congressos* Ber. Gaertn. et Rec. *nec cum illis congressos* Hav. et Lovel. 3. *nec tamen cum illis congressos*, vel *nec tamen cum ullo congressos*, Hearnii N. *nec cum ullo congressos* Lovel. 5. et Hearnii D. atque L. 1. Paullo ante *Miternino* erat in Lovel. 5. *Amiturnino* in Lov. 4. et Hearnii D. *Amiterno* in Lovel. 3.

Et in Piceno lapidibus pluisse] *lapides* Lovel. 4. 5. Gaertn. et Hearnii L. 1. Utramque locutionem in usu fuisse, supra docui ad 3, 10, 6. quare etiam vulgatum *lapidibus*, quod reliqui, et inter eos omnes optimae notae codd. defendunt, servandum puto. Deinde *pluvisse* Flor. et edd. vett. quomodo antiquitus hic lectum fuisse, constat ex Prisciano 10, 881. V. supra ad 1, 31, 1.

Et Caere sortes extenuatas] Ita habent vetustiores codices. Quidam *extenuatae* restituerunt, sed errant. GLAR. Quid in ternis Livii locis, hic, mox hoc cap. et l. 23, [1, 11.] *extenuatae sortes* sint, mente et oculis jam diu investigo. Quae autem vis, aut quae mens hic verbo *extenuandi*, praesertim in sortium ista re? quas majores aut minores in prodigiis factas nusquam legi; nec, si legi, capiam satis. Cui enim significationi id aut notae? Vide omnino, ne remotius, ut solet in his talibus, vetustiusque verbum fuerit, quod per imperitiam exscribentium mutarit. Ego non improbe id suspicor, et ausim ubique rescribere *extaeniatas sortes*: quod interpretor taeniis vittisque solutas et liberatas. Nam rem ita habuisse puto. Sortes taleoli aut surculi e ligno fuere non grandes; quibus literae ad divinandum insculptae

Digitized by Google

6 vigili gladium e vagina raptum abstulisse. Ob cetera pro-

sive notae. Eae privatim habitae, eae publice. Sed quae in publico praesertim religiosae censebantur, et cana quadam veritate sacrae. Itaque sancte et religiose in templis ipsis habebantur in arca reconditae, et, nisi fallor, taeniis vittisque laneis seorsum involutae. De arca suggerit Sueton. in Tib. 63. *Majestate Praenestinarum sortium territus destitit, cum obsignatas devectasque Romam non reperisset in arca.* et Cic. in Divin. [2, 41.] qui arcam eam ipsam ex olea fuisse pluribus verbis narrat. At de vittis quid ni suspicer? cum hunc cultum et velamen adpositum sciam omnibus sacris. Quibus tamen puris manibus evolvi solent, cum promerentur ad consulentium usum. Hoc nunc Livius narrat jure ut prodigium, sortes eas sponte evolutas et (uno proprioque verbo) sponte extaeniatas esse: tamquam si Fortunae ipsius manu sparsae et jactae ad grande aliquid praedicendum. Plutarchus non modice me juvat, qui in Marcello [immo in Fabio p. 174.] hoc alterum Faleriis prodigium e Livio ipso ita vertit: *Τοῦ δὲ ὑπὲρ Φαλερίου οὐρανοῦ ῥαγῆναι δόξαντος, ἐκπίπτειν καὶ διασπείρεσθαι πολλὰ γράμματεῖα, καὶ τούτων ἑνὶ γεγραμμένον φανῆναι κατὰ λέξιν, Ἄρης τὰ ἑαυτοῦ ὅπλα σαλεύει.* En excidisse ait sortes, et varie dispersas; non e coelo ipso, quod quispiam censuerit, (pugnet enim id palam cum Livii mente) sed ex involucro et arca. Extaeniatas igitur ille clare vertit *ἐκπίπτειν καὶ διασπείρεσθαι.* LIPS. 2. Elect. 12. Sortis instrumenta *sortes* dicebantur. Cicero de Divin. [2, 32.] *Simia sortes evertit, sortes dissipavit.* Accipiuntur et nonnumquam sortes pro oraculi responso; quae olim, Satana suggerente, diversis in locis consulentibus reddebantur, quibus imposturis et hodiernis temporibus impuri impiissimique quidam delectantur, et *sortilegi* dicuntur, 26. quaest. 1. in toto titulo Extrav. de Sortileg. Erant autem, ut docet Cic. 1. de Divin. [18.] duo oraculorum genera, seu responsorum: unum, quando ore dabatur a furentibus, ac demum afflatis, puta a Pythia, Apollinis numine correpta: alterum, quod aequatis et paribus sortibus ex urna ducebatur. Habebant enim tabellas, seu folia, aut paginas taleolasve ligneas, certis quibusdam sententiis obscuris notatas; quarum quaedam felicitatem, quaedam calamitatem praenunciabant: educebantur vero e sitella vel urna, et haec etiam sortes seu oracula vocabantur. Cic. loc. cit. [1. de Divin. 34.] *Quum Spartiatae oraculum ab Jove Dodonaeo peterent, legatique illud, in quo inerant sortes, collocavissent, simia et sortes ipsas et caetera, quae erant ad sortes parata, disturbavit.* Quod pariter Aeschylus docuit. Oraculum itaque Caere reddebatur non modo responso voce dato, sed sortibus inscriptis. Has autem *extenuatas* ait Livius, eo quod vel tabellae imminutae ex se essent, vel responsa non semper nec omnibus ex more darentur, quod portentosum habitum. Quae tamen interpretatio ne exacte satisfaciat, efficiunt ejusdem Livii verba per initia subsequentis libri hujusmodi: *sortes sua sponte attenuatas, unamque excidisse ita scriptam: Mavors telum suum*

Digitized by Google

prodigia libros adire decemviri jussi. quod autem lapidibus pluisset in Piceno, novemdiale sacrum edi-

convertit. Itaque *extenuare* et *attenuare* non propria significatione et communi accipiendum, sed pro eo, quod est disgregare seu disjungere, et concreto et aggerato seu conjuncto opponitur. Sic Cic. de Nat. Deor. [2, 39.] aërem die extenuatum nocte concretum dixit. Ita ut sensus sit, sortes, quae in urna insimul junctae erant, attenuatas sponte, hoc est, nullo responsum petente, nec sacerdote dante, ex se extenuatas, hoc est, disjunctas, et unam ex urna excidisse, in qua erat inscriptum *Mavors* etc. quod pro portento habitum. Caere urbs praeclara Hetruriae fuit ex eodemmet Livio l. 1. et in extrema parte libri 4. et l. 28. Plinio l. 3, 5. et Strabone l. 5. Hanc perperam Servius Agillinam vocatam tradit in eum Virgilii locum 8. Aen. *Urbis Agillinae sedes* et illud 10. Aen. *Qui a Caerete domo*. Servio autem errandi occasionem praebuisse puto Plinii verba loco cit. quae disjunctive legenda, non conjunctim. Agillinam enim aliam urbem fuisse a Caerete palam est. In urbe itaque Caere religionis eximium fuisse cultum, praeter oraculum et sortes, ex eo colligimus, quod Festus tradat, caerimonias dictas a Caere oppido, quamvis Gellius 4, 9. a Cerere derivatas, sed minus apposite, scripserit. Nec non ex eo quoque, quod, Gallis Capitolium obsidentibus, flamen Quirinalis aliique sacerdotes, Vestales virgines, ac populi Romani sacra Caere convexere ex ipso Livio l. 5. Petasones Caeretanos, et Caeretana vina mire extollit Martialis. Quamvis autem a Caeretanis Romana sacra servata fuerint, unde et hodie vulgo *Caerete* de servatis dicitur, illi tamen sola civitate Romana donati sunt, nec umquam suffragii jus obtinere potuerunt; unde qui Romani cives suffragandi, notae causa, munere privantur, ita ut nec ferre suffragia in comitiis, nec in eisdem ad honores promoveri possent, dicebantur *referri in Caeritum tabulas*, ut docet Gellius 16, 13. M. DONAT. Haud aliter [*extenuatas*] libri calamo exarati. Verisimiliter Lipsius reponit *extaeniatas*; quamvis conjecturam improbat Gutherius 4, 12. de Jure pontificio. GRUT. Lipsius legendum censet *extaeniatas*, hoc est, taeniis vittisque solutas ac liberatas. At Marc. Donatus *sortes extenuatas* intelligit disgregatas, disjunctas. Ego vero *extenuatas sortes* interpretandas censeo eas, quae evanuerunt et disparuerunt consulentibus. Suet. Tib. 63. *Majestate Praenestinarum sortium territus destitit, cum obsignatas devectasque Romam non reperisset in arca*. GEBH. *extenuatas* prodigii instar est eruditis viris, ita certatim illud vel emendant, vel perverse explicant. Lipsius legebat *extaeniatas*. Alii aliter vel legunt, vel exponunt. perperam. Vetustissimus liber bibliothecae Puteaneorum majusculis literis scriptus *attenuatas* habet, non *extenuatas*. Utriusque tamen vocis eadem significatio est. Quippe ἰσχναινόμενας vel μικρυνόμενας, hoc est minores factas, intelligendum. Ovidius [1. Art. Am. 735.]

Attenuant juvenum vigilatae corpora noctes.

Plinius [36, 6.] *Ita sectae attenuantur crustae*. Martialis [14, Epigr. 104.]

Digitized by Google

ctum, et subinde aliis procurandis prope tota civ
7 tas operata fuit. Jam primum omnium urbs lustra
ta est, hostiaeque majores, quibus editum est, Dii
8 caesae; et donum ex auri pondo quadraginta La
nuvium ad Junonis portatum est; et signum aeneum

Attenuare nives norunt et Caecuba nostra.

Nam vinum infusum nivibus eas attenuat et minuit. Ita igitur *attenuatae* sortes, quae imminutae sunt, ac minores factae. In ostentis, ut et somniis, omnia majora et auctiora videre, laetum ac prosperum judicant aruspices et ὀνειροκρίται. E contra triste ostentum est, si qua res solito minor et tenuatior defectiorque apparet. Quadrigae fictiles praeparatae in fastigium delubri Jovis Capitolini, quod in fornace orevissent, felix fortunatumque omen rebus Romanis portenderunt. Narrat Plinius 28, 2. Perdiccae uni ex Temenidis, quum apud regem Macedoniae ovibus pascendis operam suam locasset, panis, qui ejus nomine coquebatur, in furno duplo major factus regnum Macedoniae attulit. V. Herodotum 8, 137. Si res aliqua per prodigium major facta prosperi eventus habet significationem, e diverso necesse est, ut eadem attenuata et imminuta tristes exitus denunciet. Inde igitur interpretandae *sortes attenuatae*, vel *extenuatae*, quae pro malo ostento habitae sunt. Idem de somniis judicium. Penes veteres eorum interpretes membrum aliquod aut aliud quodcumque per quietem solito majus et auctius visum laeta significat: contractum et emaciatum contraria. Eodem pertinent septem opimae vaccae et septem macie defectae, quas e flumine ascendentes vidit rex Aegyptius. V. Artemidorum et alios scriptores Ὀνειροκριτικῶν. SALMAS. ad Solin. p. 487. *extenuatae* legunt Flor. Cant. Voss. Lovel. 1. 3. 4. 5. Harl. Gaertn. Hav. omnesque, quas vidi, edd. principes. Rejecta Lipsii conjectura Salmasii interpretationem probat Perizon. Animadv. Hist. 9. p. 381. Mox *ex vagina*, pro *e vagina*, legit Flor.

§. 6. *Prope civitas operata fuit*] Vet. lib. *prope tota civitas*. SIG. Quod Sigonius in veteri libro invenit, non tantum in omnibus scriptis, sed et omnibus, quas vidi, edd. constanter superest: ut nesciam, quam scholio huic addendo caussam Sigonius habuerit. Paullo ante *decemviri jussi sunt* edd. vett. Tum *pluvisset*, pro *pluisset*, Flor. Hav. et edd. antt. V. ad §. praec. Deinde *aliis procurationibus*, pro *procurandis*, Lovel. 4. et 5.

§. 7. *Hostiaeque majores, quibus edictum est, Diis caesae*] MSS. *editum*. Ut 41, [13, 3.] *Editis ab aruspicibus Diis, quibus supplicaretur*. 42, [2, 6.] *Editumque ab decemviris est, et quibus Diis quibusque hostiis sacrificaretur*. J. FR. GRON. Ita etiam Flor. Cant. Voss. Lov. 1. aliique cum Hearnii L. 1. et D. Infra 22, 10, 10. *Quia ex fatalibus libris editum erat, ut is voveret, cujus maximum imperium in civitate esset*. 29, 10, 6. *Responsum oraculo editum, majorem multo victoriam adesse populo Romano*. 30, 2, 13. *Editi*

Digitized by Google

matronae Junoni in Aventino dedicaverunt; et lectisternium Caere, ubi sortes adtenuatae erant, imperatum; et supplicatio Fortunae in Algido; Romae quoque et lectisternium Juventati, et supplicatio ad aedem Herculis nominatim; deinde univer- 9

a collegio pontificum Dii, quibus sacrificaretur. 40, 45, 5. *Decemviri jussi adire libros edidere, quibus Diis et quot hostiis sacrificaretur.* 45, 34, 4. *Edita tribunis centurionibusque erant, quae agerentur.* Pluribus hoc verbum inlustrarunt Gronovius ad 25, 12, 4. 43, 13, 7. et, qui jam haec loca laudavit, Celeberr. Burmann. ad Lactantii 4. Metam. Fab. 1. ubi etiam docet, librarios ita saepissime erraſſe. cujus neglegentiae eorum plura in Mſſis Livii exempla obcurrunt. V. ad 2, 50, 10. 3, 5, 9. c. 28, 3. c. 34, 6. 4, 23, 2. 5, 18, 8. 6, 23, 12. c. 33, 5. 7, 35, 2. 22, 10, 10. 29, 6, 10. 30, 2, 13. c. 20, 1. 34, 56, 12. 36, 37, 5. Adde viros doctos ad Suet. Caes. 18. et ad Aug. 72. Paullo ante *urissis lustrata est*, pro *urbs*, Flor. *ursis lustrata est* Voſſ. et Gaertn.

§. 8. *Et donum ex auri pondo quadraginta Lanuvium Junoni portatum est*] Pal. tert. et vet. ed. *Lavinium*. GEBH. Put. et vetuſtiores consensu *Lanuvium et Junoni*. Lege *Lanuvium ad Junonis portatum est*. J. FR. GRON. *Lanuvium*, non *Lavinium*, legendum eſſe, Sabellicus jam supra monuit §. 4. *et Junoni* Flor. Voſſ. Lovel. 1. 4. Harl. Ber. Hafn. Rec. Gaertn. et Hearnii D. et N.

Junoni in Aventino aedificaverunt] Belle. Signa scilicet et aereae ſtatuae aedificantur, ut domus, ac templa. Ridiculum eſt, et tamen depravatio ea manifeſtaria in omnibus adhuc libris. Quin tu lege *dedicaverunt*, et Livium impuri sermonis absolve. PH. RUBEN. 1. Elect. 36. Recepimus conjecturam Phil. Rubenii *dedicaverunt*. Nam in Put. erat una litera minus *edicaverunt*. in Voſſ. *hedificaverunt*. J. FR. GRON. *edicaverunt* etiam ed. Rom. anni 1472.

Ubi sortes extenuatae erant] Put. *adtenuatae*. ut et Reg. Pet. Men. Meſſalla apud Plinium 34, 14. *Serviliorum familia habet trientem sacrum, cui summa cum cura magnificentiaque sacra quotannis faciunt, quem ferunt alias crevisse, alias decrevisse videri, et ex eo aut honorem aut deminutionem familiae significari.* J. FR. GRON. *sortes attenuatae erant* etiam Flor. et Cant. Infra 22, 1, 11. *Sortes sua sponte adtenuatas, unamque excidisse.*

§. 9. *Et supplicatio Fortunae in Algido; Romae quoque et lectisternium Juventae*] Put. Reg. Pet. Men. *Juventati*. Sic enim proprie adpellatur id numen *Juventas*. Priscae editiones alludunt *Juventuti* J. FR. GRON. Omnia haec vocabula deerant in Ber. propter repetitionem τῶν *et supplicatio*. Eadem vocabula cum praecedentibus *ubi sortes adtenuatae erant*, *imperatum* similiter exsulant a Lovel. 4. Sed *Juventuti* legunt Lovel. 1. 3. 5. Hafn. Rec. Gaertn. Hav. et Hearnii N. *Juventati* Flor. Cant. Voſſ. et Harl. V. infra ad 36, 36, 5.

Supplicatio ad aedem Hercu-

Digitized by Google

so populo circa omnia pulvinaria, indicta; et Ge-
10 nio majores hostiae caesae quinque; et C. Atilius
Serranus praetor vota suscipere jussus, si in decem
11 annos respublica eodem stetisset statu. Haec procu-
rata votaque ex libris Sibyllinis, magna ex parte le-
vaverant religione animos.

lis; nominatim deinde universo populo] Cel. Burmannus me monuit, mutata distinctione legendum esse *ad aedem Herculis nominatim; deinde universo populo.* Et ita non tantum quidam codd. praeferunt, verum Aldus etiam excudi jussit in contextu; qui tamen inter errata priorem interpunctionem revocavit. quod perperam ab eo commissum videtur.

§. 10. *Si in decem annos R. P. eodem stetisset loco. Haec procurata votaque*] Quidam *R.P.* legerunt *Romanum populum*, cum *respublica* significetur. Ego priorem dictionem *Res* integre scriberem. Quidam etiam pro *loco* legunt *statu.* denique *procurata vota* adjectivum ac substantivum cum relativo *quae*, non cum conjunctione *que*: sed mihi displicet, tametsi res est non magni admodum momenti. GLAR. *si in decem annos p. r. in eodem statu stetisset* Berol. quod exponi debet *populus Romanus.* Sed *Romanus populus* est in Rec. Hafn. et multis edd. antt. Saepe ita peccasse librarios, vidimus ad 9, 26, 8. *rempublicam* habet Harl. de quo errore v. ad 10, 37, 16. *eodem stetisset loco* est in antiquitus editis, pro quo Aldus *statu* recte substituit. Eam enim lectionem tuentur omnes codd. Recte etiam Glareanus *Haec procurata votaque* probat. Alterum vix sensum efficit, licet ita in quibusdam Mstis reperiatur.

§. 11. *Magna ex parte levaverunt animum religione*] In MS. est *levaverunt animum religionis.* Nec id mutem. Legi apud nescio quem veterum *levare curarum.* Apud Plautum [in Epid. 2, 2, 55.] *Nec sermonis fallebar tamen.* Apud Quadrigarium *Quiescere pugnae.* Cujus locus apud Agellium 9, 13. diserte et expresse sic legitur in optimis Giselini scidis. *Manu significare coepit, utrique ut quiescerent pugnae. Facta pausa est.* LIPS. 4. Epist. Quaest. 10. Vulgata lectio tuetur se consensu omnium librorum nostrorum. GEBH. Lipsius ex suo *animum religionis*, quod in Voss. notavimus. Caeteri non subscribunt. Put. *religione animos.* 7, 3, 1. *Nec tamen ludorum primum initium, procurandis religionibus datum, aut religione animos, aut corpora morbis levavit.* J. FR. GRON. *regionis* Hafn. *religionis* etiam Lovel. 1. et Hearnii D. quod etiam probat Colvius ad Apulej. 5. Metam. p. 70. At recte lectio illa Gronovio suspecta est ad Gellii 9, 13. Licet enim Quadrigarius, Plautus, et alii ita loquantur, non tamen Livius ita loqui solet, apud quem similes Graecismi vix reperiuntur. Praeterea *religione animos* Flor. Cant. Harl. et Exc. Pithoei, quod recepi. Deinde *levaverunt* Lov. 4. 5. et Gaertn.

Digitized by Google

LXIII. Consulum designatorum alter Flaminius, 1
cui eae legiones, quae Placentiae hibernabant, sorte evenerant, edictum et literas ad consulem misit, ut is exercitus Idibus Martiis Arimini adesset in castris. Huic in provincia consulatum inire consilium 2
erat, memori veterum certaminum cum Patribus;

§. 1. *Arimini esset in castris*] Vet. lib. *adesset*. SIG. Pall. tres *adesset in castris*. GEBH. Put. Men. Voss. cum Sigoniano *adesset*. Polybius [3, 77.] et alii testantur, Etruriam Flaminio, Ariminum Servilio evenisse provinciam: notissimumque est, apud Trasimenum lacum in Etruria prope Arretium Flaminium esse ab Hannibale caesum. Itaque mirabar, eum Ariminum diem ad conveniendum edixisse exercitui, ibique consulatum inisse dici ab Livio, censebamque pro *Arretio* illius urbis nomen suppositum. Sed repressit me Zonaras, e cujus comparata cum aliis narratione colligo, etsi divisae fuerint ita consulibus provinciae, placuisse tamen ambos junctis viribus Hannibali opponi in Liguribus, ubi exspectaturum Romanos ille se simulabat, et pugnandi copiam facturum: ut vero necopinantibus eis, equitatu in castris relicto, noctu silenti agmine profectus, superatis angustiis in Etruriam contendit, tum consules γνόντας ὑπατημένους, Servilium ἀυτοῦ ὑπομεῖναι, Flaminium persecutum eo instantius, quod speraret, se absque socio laudis victoriam habiturum, Arretium pervenisse. J. FR. GRON. *adesset* etiam omnes mei, et Hearnii codd. *Ariminum* Lov. 3.

§. 2. *Huic in provincia consulatum inire consilium erat*] Pall. tres *in provinciam*. GEBH. Ita etiam Flor. Harl. et Hav. Praeterea *Hac in provincia* Lovel. 3. *Hic in provincia* Hearnii N. in margine.

Memori veterum certaminum cum Patribus; quae tribunus plebis, et quae postea consul] De C. Flaminii tribunatu sic Cicero in Catone [4.] *Q. Fabius Maximus consul iterum, Sp. Carvilio collega quiescente, quod potuit, C. Flaminio tribuno plebis restitit, agrum Picenum et Gallicum viritim contra senatus auctoritatem dividenti.* Et Valerius 5, [4, 5.] *Cum Flaminius tribunus plebis legem de Gallico agro viritim dividendo promulgasset invito senatu, precibus minisque ejus resistens, ac ne exercitu quidem adversus se conscripto, si in eadem sententia perseveraret, absterritus, postquam pro rostris ei legem jam ferenti pater manum injecit, privato fractus imperio, descendit e rostris.* Idem Polybius 2, [21.] Cicero de Invent. [2, 17.] De consulatu et triumpho C. Flaminii scribit Plutarchus in Marcello [299.] *Cum augures vitio creatos esse consules Flaminium Furiumque dixissent, senatum eos extemplo ab exercitu literis emissis revocasse: receptas autem literas Flaminium non ante aperuisse, quam hostes fuderit. Itaque ei redeunti triumphum vix concessum esse, ipsum privatum triumphasse, atque consulatu se abdicare coactum esse.* Triumphavit de Gallis. SIG. *memoria veterum cer-*

Digitized by Google

quae tribunus plebis, et quae postea consul, prius de consulatu, qui abrogabatur, dein de triumpho
3 habuerat; invisus etiam Patribus ob novam legem, quam Q. Claudius tribunus plebis adversus senatum, uno Patrum adjuvante C. Flaminio, tulerat; ne quis senator, quive senatoris pater fuisset, maritimam

taminum Lovel. 3. Rec. et Hearnii N. in contextu. *memor veterum certaminum* Gaertn. Deinde *quae prius tribunus plebis, et quae postea consul de consulatu*, trajecta voce *prius*, Harl. Mox *deinde triumpho*, pro *dein de triumpho*, Harl. Gaertn. Hav. et edd. vett. usque ad Froben. anni 1531. Legis, quam C. Flaminius tribunus plebis de agro Gallico et Piceno viritim dividendo tulit, meminit etiam Cic. in Bruto 14.

§. 3. *Invisus etiam senatui ob novam legem, quam inique Q. Claudius tribunus plebis adversus senatum, uno Patrum adjuvante*] *Tò inique* disparet in libris MSS. Deinde exhibent *atque uno Patrum adjuvante*. GEBHARD. Put. *invisus etiam Patribus*. Idemque, ut et Voss. ac tres Pall. ignorant *tò inique*. et profecto magis impedit sensum, quam juvat. Forte et, quamvis mutis scriptis, legendum, *adverso senatu*. 33, [23, 3.] *Q. Minucius, tentata tantum relatione, quum adversum omnem senatum videret*. 42, [22, 2.] *Ne caussam diceret adverso senatu, infestiore populo*. 6, [42, 9.] *Comitia consulum adversa nobilitate habita*. Cur autem Put. plurimique nostri *atque uno*, non exputo. nisi fuit *tantumque uno*. Aut *adversante senatu, uno*. Potuit enim fieri, ut librarius exprimeret ADVERSSENATUANTE, emendaturus, quod peccarat, nescio qua festinatione parte posteriore vocis praeterita; unde sequentes *atque* fecerint. J. FR. GRON. *invisus etiam senatu* Lovel. 1. 5. Harl. et Gaertn. *invisus etiam Patribus* Flor. et Cant. Deinde vocem *inique* in nullo cod. inveni, ut nec Hearnius in suis. Verum insuper *quam Claudius*, omisso ejus praenomine, Lovel. 3. Ber. Gaertn. Hav. et Hearnii D. ac N. *quamq; Claudius* Harl. *quemque Claudius* Lov. 1. *quemq; Gladius* Flor. a m. 1. *quamq;* a m. 2. *adversus senatum* etiam superest in omnibus meis, pro quo Gronovius *adverso senatu* conjicit. Ita supra hoc lib. c. 10, 2. *Hanno unus adverso senatu causam foederis magno silentio egit*. 39, 41, 4. *His accensi homines adversa nobilitate non M. Porcium modo censorem fecerunt*. Sall. in Jug. 84. *Neque illi senatus, quamquam adversus erat, de ullo negotio abnuere audebat*. Similiter *adversa Patrum voluntate*, pro *adversus Patrum voluntatem*, optimi cod. auctoritate Gronov. supra restituit 1, 46, 2. ubi v. quae notavi. Verum *atque uno Patrum adjuvante* hic legunt etiam Flor. Cant. Lovel. 1. 4. 5. Harl. Ber. Gaertn. et Hav. *atque ut uno* Lovel. 3. Hinc veriorem puto ingeniosam Gronovii conjecturam *adversante senatu, uno patrum adjuvante*.

Q. Claudius] Hunc Pighius, nescio quo auctore, cognomine

Digitized by Google

navem, quae plus quam trecentarum amphorarum esset, haberet. Id satis habitum ad fructus ex agris 4 vectandos. quaestus omnis Patribus indecorus visus. Res, per summam contentionem acta, invidiam apud nobilitatem suasori legis Flaminio, favorem apud plebem alterumque inde consulatum, peperit.

Flaminium vocat, et inter tribunos plebis A. V. 1oxxxv. recenset. Sed id ex hoc loco non satis certo demonstrari potest. Nam quod paullo post dicit Livius, Flaminium hac lege suadenda sibi favorem plebis et secundum consulatum peperisse, ex eo non necessario consequitur, legem illam hoc anno latam fuisse. Quum enim inter primum et secundum consulatum Flaminii quinque anni interjecti fuerint, potuit etiam tertio vel quarto eorum ferri. Certe in his verbis Livii *Q. Claudius legem ste. tulerat*, nihil est, quod nos cogat id ad annum, qui secundum consulatum Flaminii proxime praecessit, adligare. Qui et ob quas causas legibus Romanis prohibiti fuerint naves habere, docet Cujacius 6. Obs. 38. Quod autem Livius naves maritimas memorat, et Claudio quaestum omnem Patribus indecorum visum dicit, eo significari videtur, quum Romani post bellum Punicum primum partem Siciliae, Sardiniam et Corsicam tenerent, senatores sibi in his praedia comparare, et per speciem deportandorum ex iis fructuum negotiationes amplissimo ordine indignas exercere coepisse. DUK. De hoc Q. Claudio ejusque cognomine *Flaminio*, quo a Pighio adpellatur, infra v. ad 27, 21, 5. Illud autem forte Pighio ansam dedisse potuit Q. Claudii tribunatum plebis ad annum proxime praecedentem referendi, quoniam a Livio vocetur *nova lex*; quod tamen etiam alio sensu accipi potest.

Ne quis senator, quive senatoris pater fuisset] *ne quis senatorum* Hafn. Gaertn. et Hav. Tum *qui senatoris pater* Ber. a m. 1. *quive senatoris filius* ad oram Livii Ant. Perizonius; verisimilius *cuive senator pater* Cl. J. Alex. Roëllius conjecerunt. Mox *centum amphorarum* Lov. 3.

§. 4. *Id satis habitum ad fructus ex agris vectandos*] Vocula *Id* non adparet in Lovel. 4. Deinde *in agris* legunt Voss. et Lov. 1. In verbis sequentibus, *quaestus omnium Patribus* Gaertner. *quaestus omnibus Patribus* Rec. Tum *indecorus visus est* omnes edd. usque ad Cl. Jac. Gronovium, qui *τὸ est* omisit, quod in nullo etiam scripto meo inveni. Hinc *legis Flaminio suasori* Lov. 4. *Flaminio suasori legis* Lov. 5. Probare autem nequeo, quod Glareanus ad §. seq. receptam interpunctionem mutare conetur, legens *invidiam apud nobilitatem suasori legis*, *Flaminio favorem apud plebem*, ac *suasori legis* de Q. Claudio accipiens. Licet enim, qui legem tulisset, eamdem interdum suaderet, quum tamen Q. Claudius adjuvante Flaminio legem illam tulisse dicatur, vulgatam distinctionem servo, ut potius Flaminius vocetur suasor legis, eaque res invidiam apud nobilitatem, favorem apud plebem eidem Flaminio peperisse dicatur.

Digitized by Google

5 Ob haec ratus auspiciis ementiendis, Latinarumque feriarum mora, et consularibus aliis inpedimentis retenturos se in urbe, simulato itinere privatus 6 clam in provinciam abiit. Ea res, ubi palam facta est, novam insuper iram infestis jam ante Patribus

§. 5. *Ob hoc ratus auspiciis emendis, Latinarumque feriarum mora*] Ita vulgo habent recentiora exemplaria. Vetus codex *ementiendis* habet. Ego monui, ut videret lector, ne *emendandis* sit legendum. SABELL. Sabellicus *emendandis* legendum putavit. Sed ex codice Moguntino *ementiendis* recte restitutum est. Nam loquitur hic author ex opinione Flaminii. Praecedenti autem versu distinguendum post *legis*, ut suasor legis intelligatur Q. Claudius, non C. Flaminius. GLAR. Fuit olim *emendis:* inde *ementiendis* factum est: in quo verbo sensus est ille quidem, verum non germanus. Quis enim erat, cujus interesset, *ementiendis* consulto auspiciis C. Flaminium consulem retinere, ne adversus ferocissimum hostem exiret? Malim ego *petendis*, aut *repetendis*, ut est in vet. aliquot libris, id est, eum secunda non apparuerunt, iterum atque iterum usque ad perlitationem petendis. Quam rem saepissime consules, ne extemplo in provincias exire possent, moratam esse, alibi tradit, ut l. 41, [16.] Cn. Cornelio et Q. Petilio consulibus. SIG. *Ob haec ratus auspiciis ementiendis* Pal. unus. Reliqui *Ob hoc ratus auspiciis emendis*. Sigonio placuit ex libris, ut vult, *Ob hoc ratus auspiciis petendis*, aut *repetendis*. utrumque inepte. Verebatur, ne mora ei objiceretur vel mentitis auspiciis, quod frequentissimum erat. mirorque quaerere Sigonium, cujusnam interesset, ementiendis consulto auspiciis C. Flaminium retinere, ne adversus ferocissimum hostem exiret? Quin Patrum universorum intererat, quibus indignum videbatur, res magnas geri a plebejo Flaminio, etc. GRUT. Probissime solus Pal. sec. *Ob haec ratus auspiciis ementiendis*. Nam, ut retineret senatus Flaminium, auspicia et alias moras objiciebat atque ementiebatur. Cicero Philipp. 2, 35. *Audiebam quidem te paratum venisse, quod me de ementitis auspiciis, quibus tamen parere necesse erat, putares esse dicturum.* Quare vana est correctio Sigonii, *petendis* aut *repetendis* substituentis. GEBH. Sigonius *repetendis*. male. Timebat Flaminius, ne, sicut in priore consulatu suo ob prodigia, quae augures sibi inter auspicandum oblata retulerant, jussus erat a Patribus magistratu se abdicare, ita et nunc vana auspicia ementirentur. Plutarchus in Marcello [209.] et Zonaras [8, 20.] H. VALES. *auspiciis ementiendis* MSS. optimi. et sic jam inter veteres editos Becc. et Mog. Frustra infestus est Sigonius subjiciendo *repetendis*. Cicero 1. de Divin. [16.] *M. Crasso quid acciderit, videmus, dirarum obnunciatione neglecta. In quo Appius non satis scienter virum bonum et civem egregium P. Atejum notavit, quod ementitum auspicia subscripserit.* Philipp. 2, [33.] *Magna, ut spero, tua potius, quam reipublicae calamitate ementitus es auspicia.* et rursum c. 35. *Audiebam quidem te pa-*

Digitized by Google

movit: *Non cum senatu modo, sed jam cum Diis immortalibus, C. Flaminium bellum gerere. consulem* 7
ante inauspicato factum revocantibus ex ipsa acie Diis atque hominibus non paruisse; et nunc conscientia spretorum et Capitolium et sollemnem votorum

ratum venisse, quod me de ementitis auspiciis, quibus tamen parere necesse erat, putares esse dicturum. et 3, 4. *Collega uno referente, eo, quem ipse ementitis auspiciis fecerat.* Pro Domo [48.] *Ementiri, fallere, abuti Deorum immortalium numine ad hominum timorem voluisti. Et qui religiones omnes polluerit aut ementiendo aut stuprando.* Flaminius in priore consulatu, ἐπαιρόμενος τῇ νίκῃ, τήν τε ἀιρεσιν ἀυτῶν ἀπεδείκνυ ὁι ἀυτῆς ὀρθῆς ἔχουσαν, καὶ διὰ τὸν πρὸς ἀυτὸν φθόνον ἐνέκειτο καὶ τοῦ θείου τοὺς δυνατοὺς καταψεύδεσθαι, ut ait Zonaras [8, 20.] J. FR. GRON. *Ob haec*, praeter unum Hav. qui alterum lectionem servat, omnes codd. quibus utor. quare id recte in contextum Gruterus admisit. Deinde *petendis auspiciis* Rec. et Hearnii N. in margine. *emendis auspiciis* Lovel. 1. 4. 5. et Voss. qui in margine exhibet *habendis auspiciis.* sed *emetiendis auspiciis* Hav. Hearnius etiam *emetiendis* vel *emendis* se in suis reperisse testatur. Sed recte *ementiendis* viri docti probarunt, quod in reliquis meis superest. *ementiri auspicia* est falsa auspicia nunciare. *mentiri* dixit supra 10, 40, 4. *Pullarius, auspicium mentiri ausus, tripudium solistimum consuli nunciavit.* Pariter *ementiri falsa naufragia* Livius infra dixit 25, 3, 10.

§. 6. *Non cum senatu modo, sed jam cum Diis immortalibus, C. Flaminium bellum gerere*] *Neque cum senatu* Ber. Deinde *sed cum Diis immortalibus* Lovel. 3. 4. 5. Harl. Ber. Gaertn. Hav. et edd. omnes usque ad Jac. Gronov. qui substituit *sed jam cum Diis.* Et ita praeferunt reliqui codd. Hinc Flaminii praenomen, quod in omnibus apud me libris superest, se in L. 1. et N. non invenisse, Hearne testatur. Insuper *gerere bellum* Lovel. 3. Paullo ante *infensis jam ante Patribus*, pro *infestis*, Ber. V. ad 2, 46, 7. *infestis jam Patribus* Lovel. 3. et edd. vett.

§. 7. *Consulem ante inauspicato factum revocantibus ex ipsa acie Diis*] *consulem antea* Ber. V. ad 40, 12, 3. *consulem autem inauspicato factum* Hav. V. ad 27, 35, 7. Deinde *revocantibus ex ipsa arce Diis* legere jubet J. Clericus, invita omnino historia. Constat enim ex Plutarcho in Marcello 299. et Zonar. 8. Ann. 20. eo in primis tempore ex provincia literis senatus revocatos fuisse Flaminium cum collega, quo cum hostibus proelio congressuri erant. Illos vero auspicatos, se a senatu revocari, non ante literas perlegisse, quam pugna commissa victoriam reportassent.

Et nunc comitia praetorum et Capitolium et sollemnem votorum nuncupationem fugisse] C. Flaminium, ut dixi, vitio consulem factum a senatu a bello, quod cum Gallis gerebat, revocatum non paruisse, tradit Plutarchus. Quod cum ita sit, sane

Digitized by Google

8 *nuncupationem fugisse: ne die initi magistratus Jovis optimi maximi templum adiret: ne senatum, invisus ipse, et sibi uni invisum, videret consuleretque: ne Latinas indiceret; Jovique Latiari sollemne sa-*
9 *crum in monte faceret: ne, auspicato profectus in Capitolium ad vota nuncupanda, paludatus inde cum*

intelligi potest, cum in vet. lib. *conscientias praetorum* inveniatur, *conscientia praeteritorum* esse emendandum. Nam, quo modo vulgo legitur, *comitia praetorum* nihil ad rem pertinet: neque enim initio consulatus habebantur comitia praetoribus creandis, sed eodem fere tempore, quo consulibus. Hanc autem lectionem excogitavit Paulus Manutius, qui in ejusmodi veterum auctorum mendis et dignoscendis et emendandis maxima cum ingenii et doctrinae laude jam per multos annos versatur. SIG. Adprobavit Paulli Manutii emendationem *conscientia praeteritorum* Carolus Sigonius. Interim constanter libri scripti et casca ed. *ne nunc conscientias praetorum*. Pro *votorum* quoque in Pal. pr. erat *victorum*. GEBH. P. Manutii conjectura est, laudata Sigonio; cum vulgo esset *comitia praetorum*, quod pressum invenio primum Moguntiae. Scripti et Andreas, Aldus, Asc. B. aliique priores *conscientias praetorum*. Unde vere, puto, fecimus: *et nunc conscientia spretorum* (Deorumque et hominum) *et Capitolium et solennem votorum nuncupationem fugisse*. Hanc nempe conscientiam metum ei fecisse, ne et Dii contemtionem sui adversis ominibus vindicarent, et homines, praecipue Patres atque augures, impedimentis honorem ei extorquerent. 35, [12, 9.] *Ut, quum in Graeciam Antiochus trajecisset, conscientia violatae per sociorum injurias Romanae amicitiae conjungeret se cum Antiocho.* J. FR. GRON. *ne nunc conscientias praetorum* Voss. Lovel. 3. 4. Ber. Gaertn. *nec nunc conscientias praetorum* Hav. *et ne nunc conscientias praetorum* Lovel. 5. *nunc conscientias praetorum* Flor. pro quo recte Gronov. *conscientia spretorum*, unica litera ex fine praecedentis vocis in initium sequentis retracta: quod genus errorum, quia olim voces continua serie scribi solebant, ab indoctis librariis saepissime commissum est. Mox *votorum supplicationem*, pro *nuncupationem*, Hav.

§. 8. *Ne senatum, invisus ipse, et sibi uni invisum, videret*] Vet. lib. *invisus ipsi*. SIG. Pall. tres *ipsi*. Vetus autem ed. *ne senatum invisus, et sibi ipsi uni invisum, videret*. GEBH. *invisus ipsi* Lov. 3. 4. 5. Harl. Gaertn. et Hearnii D. quod Gronovius etiam in prima ed. notarum in libris esse monuerat. Et ita edidit Aldus, qui tamen in erratis *ipse* revocavit. *ne senatum invisus, et sibi ipsi uni invisum* omnes antt. edd. Quod nunc vulgo legitur, jam vidi in Ven. anni 1498. *nec senatum* habet Hav. Paullo ante *Jovis circa templum* Gaertn. *Jovis omne templum* Voss. Lovel. 3. 4. 5. Harl. Ber. Hav. Hearnii N. a m. 1. (τὸ *omne* a manu altera erat deletum) et edd. vetustissimae. *Jovis omen tem-*

Digitized by Google

lictoribus ad provinciam iret. lixae modo sine insignibus, sine lictoribus, profectum clam, furtim, haud aliter quam si exsilii caussa solum vertisset. magis 10 *pro majestate videlicet imperii Arimini, quam Romae, magistratum initurum, et in deversorio hospitali, quam apud penates suos, praetextam sumtu-*

plum Rec. Per compendium scriptum fuerat *Jovis ŌM templum*, ut in Flor. exstat; quod *omne* vel *omen* reddiderunt indocti librarii, quum debuissent *Optimi Maximi*, quemadmodum Frobenius anno 1531. reposuit.

Jovique Latiali solemne sacrum in monte Albano faceret] Abiit a tribus libris *Albano*. GEBH. Optimi *Latiari*. nam *Albano* nusquam scriptum invenimus. A Moguntinis est. Andreas, Bece. Asc. Aldus, Juntas, Tarv. Ven. ignorant. 25, [12, 2.] *Eo die perpetrato sacro in monte in suas quisque provincias proficiscuntur*. 40, [45, 2.] *Latinas mox subito coorta et intolerabilis tempestas in monte turbavit*. J. FR. GRON. *Latialis* et *Latiaris* in vetustis libris scribi, multi adnotarunt. V. interpretes Ciceronis ad Orat. pro Milone 31. In Varrone 4. de ling. Lat. 16. est *collis Latiaris*, non *Latialis*. DUK. *Latiari* apud me Florent. et forte etiam Cant. Similis lectionis diversitas etiam est in Sueton. Calig. 22. *Quidam eum Latiarem Jovem consalutarunt*. Ita optimus Salmasii aliique codd. ibi servant. V. Casaub. Graev. et Burmann. ad eum l. Adde Oudend. ad Lucani 1, 198. Vox *Albano* in nullo etiam apud me cod. superest, in nullo etiam apud Hearnium. 22, 1, 6. *Latinis feriis actis, sacrificio in monte perfecto, votis rite in Capitolio nuncupatis*. 44, 22, 16. *Latinis, quae pridie Kalendas Apriles fuerunt, in monte sacrificio rite perpetrato*. Eadem etiam perperam in uno cod. addita erat infra 25, 12, 2.

§. 9. *Paludatus inde ad provinciam iret*] Put. Reg. et alii non nisi optimi *paludatus inde cum lictoribus in provinciam iret*. Pessimo facinore duas voces *cum lictoribus* omiserunt. J. FR. GRON. *paludatus deinde* Hearnii D. V. ad 36, 24, 10. Male. *inde* est ex Capitolio. Voces *cum lictoribus* supersunt in Flor. et Cant. quibus et L. 1. adstipulari, Hearnius testatur. Paullo ante *profectus in Capitolio* Flor. Voss. Lovel. 1. 3. 4. 5. Harl. Ber. et Hav.

Lixae modo sine insignibus, sine lictoribus, profectum clam] *lixae non* Lovel. 4. Sed indoctus scriba *mŏ*, id est *modo*, et *nŏ*, id est *non*, perperam commutavit. V. ad 4, 56, 6. Tum *sine lationibus* Lovel. 3. in contextu. Deinde *profectus* Flor. Voss. Lovel. 1. 4. 5. Harl. Ber. Gaertner. Hav. Hearnii N. et edd. usque ad Moguntinos.

§. 10. *Magis pro majestate videlicet imperii*] *imperii videlicet* Harl. Sed vox *videlicet* non adparet in Ber. qui etiam mox *in penates suos* praefert a m. 1. *ad penates* a m. 2. Idem codex §. seq. omittit vocabulum *universi*.

§. 12. *Legatos enim mitti placuit*] Pal. tert. *legatos emitti*.

Digitized by Google

11 *rum.* Revocandum universi retrahendumque censuerunt; et cogendum omnibus prius praesentem in Deos hominesque fungi officiis, quam ad exercitum
12 et in provinciam iret. In eam legationem (legatos enim mitti placuit) Q. Terentius et M. Antistius profecti, nihilo magis eum moverunt, quam priori con-
13 sulatu literae moverant ab senatu missae. *Paucos* post dies magistratum iniit, inmolantique ei vitulus

GEBH. *legatos ei mitti* Lov. 5. et Hav. V. supra ad 9, 19, 5. Mox *eum moverunt*, pro *movere*, Flor. Lovel. 1. 3. 5. Harl. Gaertn. Hav. et Hearnii N. *eum commoverunt* Ber. et Hearnii L. 1. Deinde *priore consulatu*, pro *priori*, Voss. Lovel. 3. 4. 5. Harl. Ber. Gaertn. et Hav.

§. 13. *Inmolantique ei vitulus jam ictus*] Paulo aliter Silius hoc maxime modo idem refert [5, 63.]

Nec rauco taurus cessavit (flebile) ad aras
Immugire sono, pressamque ad colla bipennem
Incerta cervice ferens, altaria liquit.

Ceterum tristis admodum portenti loco semper habitum, si hostia aufugisset. unde scribit in Julio Sueton. [59.] Caesarem ne religione quidem ulla a quoquam incepto umquam absterritum vel retardatum exemplo subjecto: quod, licet immolanti aufugisset hostia, profectionem adversus Scipionem et Jubam non distulerit. Et in Galba [18.] *Magna et assidua monstra*, inquit, *jam inde a principio exitum ei, qualis evenit, portenderant. Cum per omne iter dextra sinistraque oppidatim victimae caederentur, taurus, securis ictu consternatus, rupto vinculo essedam ejus invasit.* Item Tacitus de Vitellio [3. Hist. 56.] *Concionanti (prodigiosum dictu) tantum foedarum avium supervolitavit, ut nube atra diem obtuderent. Accessit dirum omen. Profugus altaribus taurus, dejecto sacrificii apparatu, longe, quam ubi feriri hostias mos est, confossus.* Hinc et Lampridius inter omina mortis Alexandri Severi ponit [in ejus vit. 60.] quod, cum natalem diem concelebraret, hostia cruenta effugit, albamque ejus vestem, cum qua constiterat, cruentavit: et Val. Max. 1, 6. inter portenta, quibus Dii Pompejum monuerant, ne cum Caesare ultimam belli fortunam experiri vellet, hostiarum ab ipsis altaribus fugam recensset. Qua de re etiam ita Dio [l. 41, [182.] καὶ πολλὰ τῶν ἱερείων αὐτοῖς ἤδη τοῖς βωμοῖς προσαγόμενα ἐξέδρα. Videatur et Ammianus Marcell. l. 23. et iterum Silius 16, [265.] MOD. V. quae notavi ad Silii 5, 63. Paullo ante *magistratus iniit*, pro *magistratum* Harl. Tum in sequentibus *sese quum proripisset* Flor. a m. 1. et Lovel. 1. *sese quum prorupisset* Lovel. 3. et Harl. *quum sese prorupisset* ed. Rom. anni 14[illegible] *Proripere* et *Prorumpere* saepe in Mstis commutantur. V. supra ad 2, 23, 8. ubi locutionem *sese proripere* inlustravi aliis exem

jam ictus e manibus sacrificantium sese quum proripuisset, multos circumstantes cruore respersit. Fuga 14
procul etiam major apud ignaros, quid trepidaretur, et concursatio fuit. id a plerisque in omen magni terroris acceptum. Legionibus inde duabus a Sem- 15
pronio prioris anni consule, duabus a C. Atilio praetore acceptis, in Etruriam per Apennini tramites exercitus duci est coeptus.

plis. 3, 17, 1. 8, 28, 5. et Cortium ad Sallust. Catil. 32. *quum se proripuisset* Ber.

§. 14. *Id a plerisque in omen magni terroris acceptum*] Fortasse rectius *id a plerisque omen magni terroris acceptum*. Tacitus 1. Ann. [28.] *Id miles, rationis ignarus, omen praesentium accepit, ac suis laboribus defectionem sideris adsimulans.* J. FR. GRON. Si quid mutandum, magis placeret, ut legamus, *id a plerisque ut omen magni terroris acceptum*. quod sibi etiam in mentem venisse Cl. Dukerus indicavit. Propius enim ad lectionem vulgatam accedit, si τῷ *in* substituamus *ut*, quam si totam voculam expungamus. (* v. ad 45, 18, 8.) Et ita fere supra est 10, 11, 2. *Tertius ab eo casu dies finis vitae consuli fuit. Quo velut omine belli accepto*, etc. Epit. Liv. 49. *Uticenses legati Romam venerunt, se suaque omnia dedentes. Ea legatio, veluti omen, grata Patribus.* Paullo ante *Fuga etiam procul major* Hav. *Fuga etiam procul et major* Ber. *Fuga procul etiam in animo* Lovel. 3. Deinde *et occursatio fuit*, pro *concursatio*, Lovel. 1. V. ad 36, 24, 4.

§. 15. *In Etruriam jam per Apennini tramites exercitus duci est coeptus*] Pall. omnes *in Etruriam per Apennini tramites*, omissa vocula *jam*. GEBH. Delevimus τὸ *jam*, quod abest a scriptis, et ex praecedenti voce repetitum videtur. Ignorat et Andreas. Tarv. et Ven. jam adsciverunt. J. FR. GRON. Τὸ *jam* abest etiam ab omnibus meis, et Hearnii codd. Ante Tarvis. autem id jam adscitum vidi in Mediol. anni 1480. Hanc voculam etiam alibi ex vocis praecedentis literis ultimis repetitam esse, supra vidimus ad 6, 14, 13. Praeterea *et in Etruriam* Flor. Voss. a. m. 1. Lovel. 1. 3. Harl. et Ber. Tum *duci coeptus est* Gaertner. In verbis praecedentibus *duabus a Sempronio prioris anni consule, et C. Atilio praetore acceptis* Lovel. 3.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google